Digitized by Google

P. Cancon S. C.

M

Digitized by Google

DECISIONVM CAVSARVM CIVILIVM, CRIMINALIVM ET HAERETICORVM,

Venetiis, in Palatinatu Apoſtolico Iuridicè tractatarum.

THOMAE TRIVISIANI I.C.
PRÆSTANTISSIMI,

Ac nonnullorum DD. eiuſdem Palatij
Auditorum.

LIBRI DVO.

Nunc primùm in eorum, qui in foro verſantur
gratiam euulgati.

Cum duplici Indice.



Cum Gratia & Priuil. Cæ. Mai. ſpec. ad decennium.
FRANCOFORTI,
Ex Officina Typographica Nicolai Baſſai, M.D.[illegible]

Б 24 0.25

SPECTATAE VIRTVTIS, FIDEIQVE VIRIS, DNO IOANNI RICHARDO SCHEFFER, I.C. ET *Electori Moguntino à conſilijs; atq; Dn.* CHRISTOPHORO SPRENGER, *Illuſtri Comiti Solmenſi Lichæ à Secretis,*

ὑγιαίνειν, καὶ εὐπράττειν.

IMPERATOR noſter, D. Iuſtinianus, amici, Tribonianum cũ Collegis Theophilo, & Dorotheo à ſolertia, legum ſcientia, ac fide rerum gerendarum, vt noſtis, comendat. Quo nomine appellat eos, quibus publicæ vtilitatis procurandæ adminiſtratio commiſſa eſt; nec non eos, qui de iure reſpondent, Iureconſultos. Legum enim Antiſtites ij æquè dici merentur, à quibus diuini, humaniq́ue iuris oracula petuntur; atq; illi, qui Curiæ præſunt; vtriq; Iuſtitiæ Sacerdotes. Hi, quod facti eſt; diſcernunt, conſtituuntq́;: illi, quid iuris ſit, definiunt.

Appellare autem eſt officij quenq; ſui monere; & eiuſdem dignitatem, atq; cum Repub. neceſſitudinem, vt par eſt, efferre. Nanq; iuris, legumq; cognitio cum ingenij acumine & prompto & dextero fidei haud dubiæ cuſtos, & obſeruatrix eſt. Veluti magnes ferrum attrahit, apprehendit, atque motu

Digitized by Google

circumagit; non vi, nec mole ſua; ſed rerum natura operante: quam nos potius ſuſpicimus, quam indagando aſſequimur: Sic homo legum peritus publica munera manibus quaſi attingit, ſuſtinet, atq; ductu ſuo moderatur, non eruditione, nec rerum vſu ſolum: verùm rationis, ac naturæ magis, ad virtutem optimè compoſitæ, efficacia; quæ non niſi ex fide rerum capeſſendarum perſpicua fit; & mirum ſui amorem apud bonos excitat, apud plurimos admirationem.

O egregiam laudem eorum, qui iure vel dicundo, vel moderando fidelem operam nauant. Siquidem à principe laudari ſummum, & perpetuum encomium eſt. Nanq; D. Iuſtinianus Iureconſultorũ induſtriam, & ſcientiam fide perſpectam omnibus probat verius, quàm quales eſſe debeant, hortatur: qui, vt generoſus equus, calcare opus non habent; ſed honorum & gloriæ, virtutis amore, per ſe ſunt æmuli. Atqui quò maior Principis noſtri ſapientia eſt & perſpicacia in dignoſcendo, & promouendo Reipub. commodo: nimirum Iureconſultos eidem adhiberi, rectè iudicantis: eo maior in illos quoque bonorum virorum; potiſſimum verò primatũ, magiſtratumúe gtatia redundat, & famæ exiſtimatio. Quid enim ad promerendum in Iureconſultos ſtudium; quid ad conciliandum ijſdem amorem, quid denique ad faciendum officium, atque in eo perſiſtendum magis conducit, quàm ipſum principem, Magiſtratuſuè eos ſolertes, peritos, & fideles reputare, quos publicarum Rerum præſides, ac iudices eſſe,

eſſe,dignantur?Principum Magiſtratuumuè in ſuos miniſtros probam, non ſimulatam, fiduciam,quin accurata, non affectata, ſolertia ſequatur, quis ambigit?

Iureconſultus igitur; ſiue ius profiteatur, vel de eo reſpondeat; ſiue cauſis forenſibus, vel publicis occupatus ſit; ſui muneris eſſe ſibi perſuadeat,ius dignitatis ſibi iam quæſitum tueri;nec tam ſui quàm totius Iureconſultorum ordinis rationem habere. Quod fiet, ſi imitatione Triboniani,& recti conſcientia, quod ad ſolertiam, & fidem attinet, animo ſuo acquieſcet. Gloſſator doctum aduocatum, quem nos Iureconſultum nominamus, è D. Iuſtiniani elogio, deſcribit; qui ſæpè publicis, ac priuatis in rebus lapſa erigat ſua induſtria, cauſam perditam reſtaurans, fatigatam reparans, & litibus multò tẽpore protractis finem imponens; inſtar militis ſtrenui, clypeis & thoracibus Rempublicam protegentis, glorioſa voce, & ſolertia patriam, parentes,atq; ciues ſaluans; qui in ſe laudabilem vitam probis moribus monſtret, & docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandiq́; ſubtilitatem, atque copiam diſſerendi ſe habere patefaciat; quiq́ue ita fidem ſe præſtet, vt pro eo præſumatur,fidem ipſius in dubium vocari, periculoſum eſſe. Quis autem, inquit vulgus, non animaduertit,qua iniuria Iureconſulti; & ij, qui publicæ vtilitati ſtudent, tum ab aulicis Thraſonibus; tum verò ab illis, quos ars quælibet inimicos habet, nedum iuris, & æqui notitia; quotidiè excipiantur; quibus modis & odio, & contem-

ptui ſint? Eſto. Attamen Ciceroni adſtipulamur, cyclopicam illam petulantiam incuſanti, dum cenſet, quòd is, qui ius ciuile contemnendũ putet, vincula reuellat non modò iudiciorum; ſed etiam vtilitatis, vitæq́; communis: qui autem interpretes iuris vituperet, ſi imperitos iuris eſſe dicit, de hominibus, non de iure ciuili detrahat: Sin imperitis non putet eſſe obtemperandum, non homines lædat; ſed leges, & iura labefactet. Nobis ſarta tecta maneant iura, & & illibata dignitas: quam ſi carpunt, quantum poſſunt fruſtrà: nequicquam id efficiunt, quod volunt; ſed ſeſe bonis omnibus & doctis ludibrio tandẽ exponunt. Verùm longius digredior, rei occaſione à Typographo, amico noſtro, Nicolao Baſſæo, oblata; & veſtrum amore, quos mecum hac in re ſentire, omninò ſtatuo, in publicum prodit denuò Germanis noſtris Thomæ Triuiſiani I. C. Itali, opus deciſionum cauſarum ciuilium & criminalium pereruditum; illud ſi cum iudicio perpenderitis, facilè Authoris & ſolertiam, & legum ſcientiam deprehendetis; de fide ipſius nihil dubitamus; penes vos iudicium eſto; quos ſinceros, induſtrios, & fidei obſeruantes noui. Hæc præfationis loco exarare malui, quàm alienum laborem, tanquam meum, vobis dedicare; vos me, vt facitis, amore proſequamini; quem ad omnia officiorum genera deuinctum vobis, paratũq́; habetis. Valete. E Muſæo noſtro Cal. VIIbr. Anno reparatæ ſalutis humanæ, M. D. XCV.

Veſtrum obſeruantiſſ.

Ioannes Baptiſta Cæſar, D. Reipub. Francofurtanæ ad Mœnum Syndicus.

DECI-

DECISIONVM CIVILIVM LIBRI PRIMI

Epitomata.

DECISIO. I.

TRaditur differentia inter Ordinarium, & delegatum, & intellectus, cap. ſignificauit, de corpor. vitiat.

II. Iudex qui exceptiones pro parte rei propoſitas, in fine litis, ante tamen diffinitiuæ ſententiæ prolationem reſeruauit: Actore inſtante, pro diffinitiua, Reo verò non contradicente, numquid poterit (omiſſa tali reſeruatione) ſententiam diffinitiuam proferre.

III. Numqnid Sacerdos confeſſarius poſsit de licentia confitentis confeſsionem ipſam in iudicio reuelare, & in actis publicare, adeo, vt illius reuelatio probet in iudicio tamquam teſtis.

IV. Reiectio articulorum per actorem in iudicio productorum an ſit interlocutoria, à qua detur appellatio, quæ habet vim diffinitiuæ, nec ne?

V. An, & quo caſu contra propriam confeſsionem admittatur probatio.

VI. An iudex grauaminis coram quo etiam de negotio principali actum fuit, debeat de grauamine prius, ſeu de toto negotio principali cognoſcere.

VII. Electio iudicis ad quem ſpectet in ſecunda inſtantia, quando actor à mitiori, reus à grauiori ſententia appellauit, & plures poſſunt eſſe Iudices

VIII. Intellectus ad cap. Ordoardus de ſolutionib.

IX. Sponſalia liberè contracta, & ad inuicem per partes iuramento firmata, neceſsitant ad palam contrahendum.

X. Vtrum conſanguinei, & affines admittantur in teſtimonium in cauſa matrimoniali.

XI. Vtrum teſtes tres, & mulieres, deponentes de auditu ab his, qui interfuerunt contractui matrimonij, & nunc mortui ſunt, probent ipſum matrimonium, de quo non principaliter, ſed incidenter agitur, fauore ſiquidem prolis legitimandæ tantũ.

XII. Vertebatur in dubium, an legitimus per ſententiam diffinitiuam declaratus, debeat reſtitui ad dignitates, quas obtinebat ante illorum priuationem ſub prætextu illegitimatis, tamquam ſpoliatus.

XIII. Cauſa appellationis ab interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, debet regulari tam in appellando, quàm in proſequẽdo vti diffinitiua.

XIIII. Mandatum Procuratorium an per clauſulas generales appoſitas, ad non expreſſa extendatur.

XV. Vertitur in dubium, an ob non vſum priuilegij, & ob vſum contrarium, licet modo infra ſcripto introductum priuilegium prædictum ſublatum eſſe videatur?

XVI. Libri rationum mercatorum an in magna ſumma ſufficienter probent pro ſcribente mercatore, contra pro tempore mercatores?

XVII. Quando, & quo caſu ſententia lata à Iudice ſæculari inter Eccleſiaſticas perſonas, & de rebus Eccleſiaſticis, teneat, & in iudicatum tranſeat, cuius iudicatæ rei exceptio obſtet, etiam coram Iudice Eccleſiaſtico, vt audiri non poſsit, etiam per beneficium reſtitutionis in integrum.

XVIII. An capitulum canonicorum ſuccedat in funere Epiſcopi mortui.

XIX. Verum Vicarius generalis delegare poſsit, & an ſententia pro parte poſsit ſuſtentari, & pro parte non.

XX. Intellectus c. is qui fidem, de ſponſ. & matrim.

XXI. Inſtrumentum locationis de biennio in biennium vſque quo conductor viverit. an ſit nullum in vim extrauag. Pauli II.

XXII. An actor poſsit plures intentare actiones contra reum nec ne?

XXIII. Domicilium quanto tempore, & quomodo contrahatur.

XXIIII. Differentia quænam ſit inter vſucapionem, & præſcriptionem.

XXV. Pontifex in beneficialibus, non intendit tollere ius quæſitum parti, & ideo literæ Apoſtolicæ ſunt diligenter attendendæ.

XXVI. Filius naturalis non ſuccedit in emphyteuſi patri cõceſſa.

XXVII. Tranſacto termino ad ſe præſentandum Iudici ad quem,aſsignato à Iudice à quo, abſque alia pronuntiata Iudicis ſententia tranſitum fecit in iudicatam.
XXVIII. Quòd cauſa matrimonialis ſit fauorabilis,& in dubio pro matrimonio iudicandum ſit; fallit hoc regula iuris, in duobus caſibus.
XXIX. Alienatio, præſcriptio, vel compoſitio de decimis, fieri non poteſt, niſi de aſſenſu Summi Pontificis.
XXX. Propoſitio hæc. Quicquid acquirit Monachus,acquirit Monaſterio, quod de illo Monaſterio intelligitur, in quo acquirens tamquam talis detegitur.
XXXI. Nuncius Apoſtolicus,ad aliquem Principem deſtinatus, habens in facultatibus ſuis cognitionem cauſarum ex appellatione interpoſita ad ſanctam ſedem Apoſtolicam deuolutarũ, ſeruabit ferias Romanæ Curiæ, vel ciuitatis in qua ius dicit?
XXXII. Expenſæ neceſſariæ debent deduci.
XXXIII. Regularis profeſſus obtenta licentia à ſuo ſuperiori, de ingrediendio ſtrictionem Religionem, ante annum profeſsionis æmittendæ, redeundo ad primum Monaſterium, redire intelligitur ex tunc, non autem ex nunc.
XXXIIII. Intellect. cap. 2. de foro compet.
XXXV. Regulares non probant in fauore Monaſterij ſui in teſtes inducti.
XXXVI. Ordinarij locorum, non poſſunt cauſas ciuiles Regularium contra ipſos motas cognoſcere, vel quouis modo diffinire.
XXXVII. Reconciliatio tex. in c. vltra tertiam, cum c. fin. 3. q. 3.
XXXVIII. Procuratori monitio à iudice facta, vt pro tali die conducat principalem ſuum, ad reſpondendum poſitionibus, ſub pœna confeſsi, nulla eſt, traditurque intellectus, capit. 2. de confeſſ. lib. 6.
XXXIX. Ad probandam legitimitatem, quæ neceſſario requirantur?
XL. Intellectus ad l. ſcripturas, C. qui. portio. in pignor. habeant.
XLI. Clauſula, quæ in manuſcriptis inter priuatos initis quo-

tidiè Venetijs ſolet apponi, videlicet, *à Chi preſenter a,* limitatur.
XLII. Intellectus ad Clemen. 2. de teſtib. & atteſtatio.
XLIIII. Nomina teſtium, quando edenda ſint parti.
XLV. Sæuitiæ quæ ſint attendendæ ad ſeparationem Thori obtinendam.
XLVI. Teſtis depoſitio ſi nulla fuerit declarata, confirmari poteſt, de nouo deponendo formiter, & non aliâs.
XLVII. Intellectus traditur cap. 1. & c. veniens, de eo qui duxit in matrimonium, quàm prius, polluit per adulterium.
XLVIII. Reus hæres Rectoris alicuius Eccleſiæ, ſoluentis penſionem annuam deſtinatam ſolui in certo loco, ibi conueniri non poteſt, niſi & ibidem reperiatur.
XLIX. Iuriſdictio delegata partium conſenſu tacito, vel expreſſò, prorogatur de tempore ad tempus, non autem de perſona ad perſonam.
L. Iuramentum teſtibus quibus verbis ſit differendum, ad tollendas difficultates.
LI. Intellectus cap. ſuſpicionis, de offic. poteſt. iud. delegat.
LII. Sententia nulla, ſi per aliam confirmetur, tenet in vim confirmantis, non confirmatæ.
LIII. Ordo iudicialis, ſi non ſeruetur, ſententia inde ſecuta eſt nulla.
LIV. Sententia non dicitur nulla, ſi fuerit lata, & pars non admiſſa ad opponendum repulſas contra teſtes.
LV. Citatio abſentis exequi ſolet ad loca, vbi conſueuit, citatus commorari, vel in perſonam procuratoris.
LVI. In teſtibus æqualibus numero, attenditur ætas, & pro ſenioribus inclinandum eſt.
LVII. Dos Monaſterio aſsignata, pro monachatu puellæ ipſa non profitendo, vel moriendo, vel concedendo à Monaſterio, ipſi, vel parentibus venit cum fructibus reſtituenda.
LVIII. Alienatio bonorum Eccleſiarum nulla præſcriptione ſaluatur, præſertim Iuriſpatronatus, patrono inſcio.
LIX. Iudex lapſo termino dilationis aſsignatæ, quocunq; nomine vtatur, vel prorogãdi, ſeu reintegrandi, videtur ſemper alium concedere.

LX. Minor ſecundus ius commune, diſpenſatus ad ſacros ordines, maior tamen ſecundum ius municipale, contrahere poteſt, & ſe, bonaq; ſua obligare.

LX. Filiatio quomodo probetur.

LXI. Accuſatio mariti contra vxorem producta, de adulterio per eam commiſſo, inducit iuſtam cauſam ſeparationis Thori.

LXII. Victus victori eſt ſemper in expenſis condemnandus.

LXIII. Vis & metus, quæ conſiderabilis ſit in viro, ad effectũ impediendi matrimonium contrahendum, & dirimendi iam contractum.

LXIV. Abſolutio à iuramento ad effectum agendi requirit citationem illius, in gratiam cuius pars iurauit.

LXV. Priuilegium Pontificis de Decimis non ſoluendis de bonis talis Monaſterij, intelligitur de bonis duntaxat poſſeſsis tempore conceſsionis Priuilegij, non autem de poſtea acquiſitis.

LXVI. Intellectus cap. Relatum, & cap. Licet, de offic & poteſt. iudic. delegati.

LXVII. Iudæus ratione contractus, & ratione delicti ſortitur forum ſicuti alius non Iudæus.

LXVIII. Nullitas ex tribus, citationis, mandati, iuriſdictionis, aut ex earum aliqua, etiam poſt tres conformes reuocatur.

LXIX. Promiſsio de ſe obligando, obligatione non ſecuta, non obligat promittentem.

LXX. Deciſio formans quæſtionem ad partes, & non decidens pro qua, intelligitur deciſum pro affirmatiua.

DECISIONVM CRIMINALIVM LIB. SECVNDI

Epitomata.

DECISIO I.

REus renuncians defenſionibus ſuis coram iudice, prioris inſtantiæ, coram quo crimiminaliter extitit proceſſatus, nunquid ipſis poterit in ſecunda, vti inſtantia, ſeu aliâs de nouo defenſiones proponere.

II. An

II. At qui obtinuit beneficium cum promiſsione penſionis excedentis redditus, & prouentus ipſius beneficij, Simoniacus dicatur.

III. Bannitus an poſsit audiri accuſando vxorem adulteram.

IV. Contrarietas ſcripturarum, cera recens, productio illarum præter ſtylum, inducunt præſumptionem falſitatis.

V. Textus in l. querelam, C. de falſ. procedit etiam in crimine Symoniæ.

VI. Procurator ſubſtitutus lite conteſtata, etiam in criminalibus, alium ſubſtituere poteſt.

VII. Intellectus Bullæ Pij V. ſuper non admittendis reſignationibus beneficiorum, niſi in certis caſibus, & de illis non conferendis conſanguineis reſpectu pœnæ ſuſpenſionis.

VIII. Nunquid iudex ſæcularis poſsit punire clericum coram ſe in teſtem inductum, & falſum repertum, ſeu per iudicem Eccleſiaſticum iuxta ſententiam iudicis ſæcularis exequendam.

IX. An corpore vitiatus exiſtens, & falſificator, debeat puniri, & qua pœna.

X. Iudex incompetens, inimicus, & de cuius iniuriæ vindicatione agitur, nec formare proceſſum, nec iudicare ipſe poteſt.

XI. Iuriſdictio ordinaria quando videatur ſuſpenſa per aſsiſtentiam iudicis delegati in eo actu ſcilicet delegato.

XII. An articuli obiectiui in cauſa adulterij debeant admitti & teſtes deſuper examinari.

XIII. Tractatur materia Sodomiæ, & quæſtionum.

XIV. Crimen paſſus an, & quando faciat indicium ad torturam.

XV. An ſponſo per verba de futuro competat ius accuſandi necem ſponſæ ſuæ.

XVI. Mulier ex cauſa ſæuitiarum receſsit à viro ſuo, & coram Ordinario petit ſeparationem Thori, & à mutua cohabitatione. Vir excipiendo itidem petit ſeparationem ex capite adulterij per dictam vxorem ſuam commiſsi, lis conteſtatur hinc inde, quæritur an lite pendente debeantur alimenta.

XVII. Raptus quis dicatur, & traditur intellectus l. Vnic. C. de Raptu Virginum.

XVIII. Textus c. 1. de homicidio, l. 6. multifariè declaratur.

XIX. Re-

XIX. Regularis deferens habitum Regularem coopertum, licèt in habitu Clericali compareat, Apoſtata tamen cenſebitur abſque alio, quod cauſam timoris iuſtitiæ alleget.

XX. Accuſator non tenetur exprimere diem commiſsi delicti.

XXI. Adulterium quomodo probetur.

XXII. An liceat viro ducere ſecum ſocios, pro occidenda vxore reperta in adulterio, & traditur intellectus, l. marito, ff. ad leg. Iul. de adult. & ſtupro.

XXIII. Sententia criminalis, parte non audita nulla dicitur.

XXIIII. Moniales delinquens circa crimen ſacrilegij, quomodo & quo loco ſit punienda.

XXV. Reconciliantur opinione Bartoli, & Marſilij contrariæ circa intellectum, l. vnicæ, C. de Raptu virginum.

XXVI. Intellectus l. vnicæ, C. de Raptu Virginum.

XXVII. Aduocatus tam in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis, ſemper pro veritate cauſas defendere debet.

XXVIII. Intellectus c. in fidei fauore, de hæret. lib. 6.

XXIX. Textus cap. in omni negotio, de teſtibus, & atteſtation. numquid vendicet ſibi locum, in quocunque delicto.

XXX. Licentia quæ à Prælatis conceditur ſacerdoti, iurandi, & teſtimonium veritati perhibendi coram iudicibus ſæcularibus, quando & quomodo concedenda veniat.

XXXI. Hæreſim confitendo, an eam reuocando, poſsit, & quando audiri?

XXXII. Sententia ex vna cauſa petita, ad aliam non extenditur.

XXXIII. Intellectus l. vnicæ, C. de raptu virg. in verbo, Honeſtarum.

XXXXIIII. Verba dubia interpretanda ſunt iuxta mentem proferentis.

XXXV. Monachus profeſſus, Sacerdos factus, furato Calice, Patena, & alijs argenteis, clauſtrum deſerit, habitum Monachalem, & nomen dimittit, Presbyteri ſæcularis habitum, & nomen ſumit; & ſic per plures annos Miſſam celebrat, deſijt ob decretum de non celebrando, ſine licentia Ordinarij, quam non procurat, ne ſe Monachum detegat. Hæc omnia confeſſus eſt. Et inſuper credidiſſe ſine peccato id potuiſſe facere, credidiſſe etiam

excommunicationes eſſe nullius valoris, ob animum quem habebat redeundi ad clauſtra, & poſtea crediſſe, excommunicationes ſimpliciter nil valere, & repertas eſſe ad hominum terrorem, & recognoſcere ſuos errores, & paratum eſſe abiurare, per tempus duodecim annorum non confeſſus eſt, neq; Euchariſtiam ſumpſit, An ſit quæſtioni ſubijciendus pro habendo certo reſponſo ſuper interiori eius crudelitate.

XXXVI. An pro relapſo habeatur, qui non adimpleuit pœnitentiam, ſibi in ſententia abiurationis iniunctam, licet inquiſitus de relapſu interim decedat ſacramentaliter confeſſus, adeò vt eius cadauer tradi debeat Eccleſiaſticæ ſepulturæ.

XXXVII. In abiuratione de vehementi, non rectè apponitur, quod ſi abiurans incidat in aliam vehementem, habeatur pro relapſo.

XXXVIII. Dictum teſtis de auditu ab eo, qui aſſeruit ſe fuiſſe aliâs hæreticum, facit ſemiplenam probationem.

XXXIX. Vehementer ſuſpectus de hæreſi poſt purgationem Canonicam effectus, non poteſt vti relapſus condemnari, & brachio ſæculari tradi, ſed vel torqueri, vel de vehementi dumtaxat damnari.

XL. Intellectus l. Vnicè, C. de rapt. virg.

XLI. Intellectus l. Vnicè, C. de rapt. virg.

XLII. Conſtitutio Epiſcopi non tollit conſtitutionem Summi Pontificis, vel alicuius Concilij à Summo Pontifice approbati.

XLIII. Quo caſu ſententia ciuiliter obtenta, aperiat viam criminaliter eam reuocandi.

XLIV. An ſummus Pontifex cauſam alicui committendo decidendam ſecundum formam iuris, intelligat de Canonico, vel Ciuili tantum, excludendo Statuta, vel Conſuetudines.

XLV. Dictum vnius teſtis non excuſat accuſatorem à condemnatione expenſarum.

XLVI. Confeſſio qualificata in criminalibus, ſemper in totum debet acceptari cum ſua qualitate, vel in totum reſpui, nō autem diuidi, & pro vna parte acceptari, & alia non.

XLVII. Oſculum luxurioſum quod dicatur.

XLVIII. Regularis etiam ſi apoſtatat, & atrocius delinquat, perdit

ērdit priuilegium fori, ſed Iudex Eccleſiaſticus propter hoc nō
erdit iuriſdictionem ſuam in eum, & locus eſt preuentioni.

LIX. Qui teſtes non admittantur in criminalibus.

. Venenum cum multiplex ſit, oportet vt ſit ex mala ſpe-
ie, & Reus dederit accuſari, aliàs venenum allegare fuiſſe exhi-
itum, eſt perinde, ac ſi venenum non reperiretur in rerum na-
ura.

I. Quilibet tenetur reuelare delictum in cauſa hæreſis, nec
lo modo poteſt ſe excuſare.

II. Comparatio literarum non facit plenam probationem
criminalibus, præſertim contra Reum de famoſo libello in-
uiſitum.

III. Teſtes qui reijciantur à teſtimonio in criminalibus,
non examinentur, & examinati non probent, vel de falſo pu-
ri poſsint.

IV. In dubio tam de iure patronatus, quam de ordinario, in
neficialibus vltimus ſtatus attenditur, & actio huiuſmodi,
m ciuilis, quam criminalis eſſe poteſt.

V. An Epiſcopus ex cauſis, de quibus in priuilegio, potue-
extincta familia de Manzolis Eccleſiæ huius, de qua eſt con-
ouerſia patrona, iterato eam ſeruituti Iuris patronatus Laico-
m ſubijcere, & ſic in ea concedere illis de Amighinis Ius patro-
tus, abſq; alio incurſu pœnarum.

Dato quòd opinio negatiua verior eſſet, nihilominus an
orum de Amighinis ex multiplicatis præſentationibus, & de-
per ſecutis iuſtitutionibus ab immemorabili tempore citra,
æſumatur legitimus titulus, ita vt ipſi, & habentes cauſam ab
, conſeruari debeant in eorum poſſeſsione, vel quaſi, præſen-
ndi, tamquam poſsidentes cum legitimo titulo.

Seu ſaltem præſcripſerint dictum Ius præſentandi, ex
o per immemorabile tempus continuarunt in poſſeſsione hac
æſentandi.

Data præſcriptione illorum de Amighinis, an vltimus de
orum familia, potuerit in ſua poſtrema voluntate legare, imò
uens transferre hoc Ius patronatus in familiam de Turchis,
m Epiſcopi conſenſu.

Data affirmatiua pro veriori, & in omnem euentū, quòd nō
con-

conſtaret de noniure illorum de Turchis, attamen an R. D. Zacharias, nuper præſentatus per Dominum Bartholomæum de Turchis, & ab ipſo Epiſcopo inſtitutus, debeat in dicto beneficio conſeruari, exiſtente prædicto Domino Bartholomæo in poſſeſsione præſentandi, vt apparet ex præſentatione, & inſtitutione facta in perſonam D. Roberti, vltimi, & immediati dicti beneficij poſſeſſoris, per obitum cuius, &c.

L v i. Intellectus extrauagantis ambitioſæ Pauli II. de bonis Eccleſiæ non alienandis.

L v i i. Sacrilegium nunquid dicatur? commiſſum cum Moniali Conuerſa, nondum tamen profeſſa, & terminatur quod non.

L v i i i. In homicidio puniendo, quæ qualitates, & circumſtantiæ attendantur.

L i x. Fornicationis pœna quænam ſit, & quo tempore præſcribatur.

L x. An iudex ratione delicti poſsit punire reum de exceſsibus alibi commiſsis.

L x i. Traditur modus, ac praxis ſingularis pro excitando iniuriantem, quod de iniuria conuincatur, vel iniuriam ſeu delictum ſemminatum concludenter probet.

L x i i. Teſtis ſeruatis ſeruandis in iudicio examinatus contra N. Reum conuentum, & defendentem, poſtquam delictum concludenter (mediante eius depoſitione) probauerit, non auditur aliter aſſeuerans cum iuramento.

L x i i i. Presbyter ſacerdos quæ pœna puniatur ob ſacrilegium commiſſum.

L i v. Iudex qui dicatur ſuſpectus, & quæ ſuſpicionis cauſæ ſint attendendæ.

L x v. Ex quibus præſumptionibus, quis conuincatur de hæreſi.

L x v i. Iudex in quibus magis delinquat in committendo criminoſos puniri, quam criminoſi crimina perpetrando.

THO-

THOMÆ TRIVISANI DECISIONVM CAVSARVM Ciuilium.

LIBER PRIMVS.

SVMMARIA.

Differentia Doctorum circa allegationes iuris.
Doctorum miſerorum refugium quale ſit.
Deciſionum vtilitas, & neceßitas.
Deciſiones Rotæ ſunt maioris authoritatis, quàm communis Doctorum opinio, de mente Ioan. de Imola.
Deciſiones Rotæ ſunt minoris authoritatis, quàm communis Doctorum opinio, de mente And. Sicu.
Deciſio etiam ſimplicis Doctoris attendenda eſt.
Finis Authoris qualis.

PRAEFATIO.

1 PAVPERVM † Doctorum mos eſt, reſpondere de iure, per regulas generales, optimi verò Doctoris, per ſpeciales deciſiones, notat Felyn *in c.1.de præſcrip.*
2 *num.6.inſi.* † Et refugium miſerorum eſſe videtur, adire, & conglomerare regulas generales, inquit Angel. *in conſ. 14. num. 3. & Dominus meus Rimin.iun.conſil.689.num.122.vol. 6. & ex per eum ibidem allegatis*, prçſertim quando habetur text. qui in materia propriè & ſpecificè loquitur, non eſt ab eo diſcedendum per alium textum in materia ſatis remotè loquentem. *Alex. in l.ſed & ſi quis, §. quæſitum, ff. ſi quis caution. num. 15.inſi.Grat.conſi.105.incipien. videtur treugam, nu. 7.lib.1. Alphon.Mendin. in tractatu de compatibil. be-*
3 *nefic.in 2.part.c.12.num.27.fol.mihi 144.* † Ideo nedum bonum, imò perneceſſarium eſt, habere præ manibus deciſiones in terminis, pro reſolutione cauſarũ, quia deciſio ſemper ſuper re certa formatur & fit. D. meus Rimin.iu.
4 *conſi.534.num.18.vol.5.* Et licèt deciſiones † Rotæ ſint maximæ authoritatis, & maioris, quàm communis Doctorum opinio, not. *Io. de Imol. in cap.olim, de lit.conteſt.num.13.relat. à Hieron.Cuchalon.in addition. ad Dec.ſuper l. iura ſanguinis, ff.de regul.iur.* quam tamẽ opinionem tanquam er-
5 roneam, & iure meritò reprobat † *And.Sicul. in alleg.c.olim, num.32.* dicens, quòd pro certo errat Imo-

rat Imola, quia communis opinio præſumitur verior, & maioris authoritatis, pro qua ſua opinione allegat *l. 1. ff. de offic. quæſt. in verbo, & crebrior apud veteres opiniones.* Ita etiam conſuluit *Stephan. Bertrand. conſi. 236. num. 1. vol. 3.*

Deciſiones nihilominus alicuius Tribunalis, Ciuitatis inſignis, vtpote Vicariæ Neapolitanæ, Peruſiæ, Lituaniæ, Pedemontanæ, & aliarum ſimilium: & nedũ Deciſiones Rotæ, aut alicuius Ciuitatis huiuſmodi, cuiuſcũque legis, † vel doctoris, in terminis etiam ſine lege loquentis, ſunt plurimum attendendæ, notat Iaſ. *in l. non minus, num. 3. in fi. C. de procurat. Pau. de Caſtro, in l. mutuum, ff. de acquir. hæredit. quaſi in fine. Calcan. conſi. 62. num. 10. verſ. & inquit.* Hocque confirmant vnanimes Domini mei Iuriſconſ. Ferrarienſes, vt Felyn. *in cap. 1. num. 11. de reſcript. Iac. de Zochis Felyni Conterraneus in d. cap. olim, de lit. conteſt. Proſper Paſet. conſ. 120. n. 8. conſ. 110. num. 5. & conſil. 131. num. 18. Cephal. conſi. 363. in fine, vol. 3. & dominus præceptor meus Rimin. iun. conſil. 225. nu. 2. vol. 3.* & latiſſimè tenet, redditq; rationem, quare, *in conſil. 689. num. 120. & ſequen. volum. 6.* 6

Cum igitur deciſiones cauſarum tantæ authoritatis & vtilitatis, mòdò Rotæ, ciuitatũ tribunalis, legis, Doctoriſvè alicuius ſint, † ideo ex his ductus non abſurdum fore reputaui, deciſiones infra ſcriptas meo Marte obtentas, in vnum collectas, maturè digeſtas, poſteritati conſecrare, vt facio, faxitque DEVS, vt 7

quales ego deſidero,& propter quas diu elaboraui, ad conſpectum & vſum omnium cōpareant.

EPITOME.

Traditur differentia inter ordinarium, & delegatum,& intellectus capit. ſinificauit,de corpor. viciat.

SVMMARIA.

1 *Reſcriptum Apoſtolicum aliàs ordinario directum, non delegatorium, ſed excitatorium in dubio cenſetur.*

2 *Clauſula in reſcripto Apoſtolico apponi ſolita, videlicet: vt ſummariè, de plano, ac ſine ſtrepitu & c. an alteretur.*

3 *Clauſula vice & authoritate noſtra & c. an conſtituat delegatum, & num. 18.*

4 *Mandatum Papæ aliquid faciendi per aliàs ordinarium, non conſtituit ipſum delegatum.*

5 *Differentia inter iuriſdictionem ordinariam, & delegatam, & nu. 10. 11. 12. 13. 14. & 20.*

6 *Reſcriptum de procedendo contra exemptos, non dicitur delegatorium, ſed excitatorium.*

7 *Clauſula in reſcripto appoſita. Concedimus tibi & c. an importet delegationem.*

8 *Ordinarius in vim reſcripti, duplici authoritate procedere poteſt copulatiuè.*

9 *Ordinarius, cui reſcriptum præſentatum fuit, vt tantum delegatus procedere poterit.*

10 *Iuriſdictio delegati quanta*
11 *Delegatus delegantem repræſentat.*
12 *Appellatio delegati deuoluitur ad delegantem.*
13 *Delegatus recipit ſportulas.*
14 *Delegatus habet modum, & formam procedendi deſcriptam in reſcripto.*
15 *Delegatus & ordinarius in dubio delegatus habendus erit.*
16 *Papa apponens os in cauſa, cauſa dicitur affecta.*
17 *Felyn. opinio laudatur.*
18 *Verba reſcripti debent aliquid operari.*
19 *Concedo verbum & c. quid ſapiat.*
20 *Intellectus c. ſignificauit, de corpor. viciat.*
21 *Verbum præcipimus, & iubemus & c. quid importet.*

DECISIO PRIMA.

FVERAT commiſſa cauſa ex Reſcripto Apoſtolico Nuncio Venetiarum, qui iam tanquam ordinarius dictâ cauſam cognoſcebat, domini presbyteri Curtij Aueduti de Senis forenſis tunc Venetijs, neſcio quo fato commorantis, ſuper re ciuili, ipſo reo exiſtenti, in qua commiſſione aderant clauſulæ ordinariæ apponi ſolitæ, & conſuetę: quærebatur, nunquid in cauſa huiuſmodi deberet ad vlteriora procedere tanquam ordinarius, vel delegatus, ſeu veluti ordinarius, & delegatus ſimul?

Quòd tanquam ordinarius procederet, probabatur ſic, reſcriptum præſertim aliâs or-
1 dinario directum, † non delegatorium, ſed in dubio excitatorium cenſetur, iuxta text. in terminis, *in cap. licet. de offic. Iud. ordin. vbi Innocen. num. 1. Abb. antiq. num. 1. Ioan. And. num. 1. Ioan. de Anan. num. 1. Abb. num. 3. Felyn. num. 6. Anto. de Butrio num. 1. Bal. ibi in initio, & Ioan. de Imola num. 8. Pet. de Anchar. num. 3.*

Quæ concluſio procedit, etiam ſi adſit clau-
2 ſula, vt † ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, &c. nam propter hoc, reſcriptum non alterat ſubſtantiam iuriſdict. ordinariæ, ſed dat duntaxat modũ procedendi, vt per annotata *in Auth. à Zeno. collat. 6. de Iudic. §. fi. & Auth. õnia, coll. 8. in medio litis non fieri ſacras for. vel ſac. iuſſion.*

Ampliatur primò, pręmiſſa procedere, etiam † ſi iuſsit clauſula, vice, & authoritate no-
3 ſtra, &c. dũmodo inſit non in verbis diſpoſitiuis, ſecus in executiuis, vt notant Doct. præſertim Io. de Imo. *in Cle. 1. de preben. n. 3.*

Ampliatur ſecundò, etiam ſi mandat †
4 ordinario aliquid fieri, aut generaliter, aut ſpecialiter, namque hoc caſu non intendit ſummus Pontifex, dare litteras præiudiciales, vt ordinarius fiat delegatus, ſed illius reſcripta ſine partium iudicio ſunt recipiẽda, notat tex. *in capit. cum aliquibus, de reſcript. in 6. vbi Archid. num. 1. Ioan. And. num. 2. Francus num. 9. & Dec. conſ. 209. volum. 2. num. 5. omnino viden.* Præiudicium † enim eſſet quotieſcunque Epiſcopus

verbi

verbi gratia Triden. procederet in cauſa, cuius cognitio ſibi competit in vim iuriſdictionis ordinariæ; ipſe verò veluti delegatus procederet, tunc quidem fines delegationis non potuiſſet excedere, ſportulas recepiſſet à partibus, & ſi contingeret appellare, non ad Patriarcham Aquileien. metropolitan. ſed ad ſummum Pontificem appellandum fuiſſet. 5

Ampliatur tertiò, quod etſi Pontifex mandat † ordinario, vt procedat cõtra exemptos, non obſtante pro illa vice, vel in perpetuum aliqua exemptione, quia non per hoc videtur dare iuriſdictionem ordinario procedendi, ſed tantùm remouet obſtaculũ exemptionis, & in reliquis contra ipſos tanquam ordinarius procedere poterit, & ideo non dat nouam iuriſdictionem, ſed aliâs ſublatam reſtituit, notant Doctores, præſertim *Felyn. in c. cùm acceſſiſſent, num. 5. propè finem, de conſtit. qui ad hoc alleg. gl. not. in c. ſtatutum, de præben. in 6. in verbo numerandũ*, quia talis reſtitutio iuriſdictionis contra exemptos, dicitur in priſtinum ſtatum repoſitio, vt notat *Rom. conſ. 247. incip. Primò dici poteſt, & c. nu. 4. & iura ibidem alleg. latè hoc not. Dom. meus Rimin. iun. conſ. 32. nu. 33. vol. 1.* 6

Ampliatur quartò, etiamſi in reſcripto dicat, † concedimus tibi, & c. nam verbum hoc, concedimus, non videtur mutare poteſtatem, *Felyn. in c. licet, de offic. iud. ord. nu. 2. in fi.* & propterea iuriſdictione tãtùm ordinario procedere dicebantur omnino. 7

Alij tamen aſſerebant, quòd ordinarius, quotieſcunque eſt ſibi aliqua demandata cauſa, quam veluti ordinarius ipſam cognoſcere debuerat, ſed ad excitandam iuriſdictionem ordinariam fuit demandata, poſſet † vtraque
8 iuriſdictione vti, ordinaria ſcilicet, & delegata, *Felyn. in c. cum ex officij, de praſcript. num. 3. & nu. 19. & Dec. in l. & ſi Prætor, ff. de offi. eius cui, & c. nu. 1. & eſt text. in c. ſignificauit, de corpor. viciat. in illis verbis, videlicet noſtra & tua authoritate, & c. vbi Io. de Anan. nu. 1. Abb. nu. 1.* Et ſic duplici authoritate procedere poſſe probatum extitit, quo caſu etiam non tenetur ex ipſis alteram eligere, ſed vtraq; vti inſimul, vt *Innoc. in d. c. cum ex officij de praſcript. num. 3.*

Tertia tandem erat opinio, vt talis ordinarius, non vt ordinarius, ſed † vt delegatus
9 ſimpliciter procederet, pro qua opinione allegatur tex. in terminis, *in l. & ſi Prætor, ff. de offi. eius cui, & c. vbi Dec. nu. 4. quem ſequitur Ant. de But. in ſæpe alleg. c. cum ex officij, nu. 8. Bart. in l. 1. §. ſi quis, nu. 14. & 15. ff. de appel. & relat. & idẽ Bar. in l. præcipimus, nu. 1. C. de appellat. & conſult. & Bald. in l. qui procuratorem, ff. de procurat. & defenſ. nu. 3.*

Addebatur ſecundò, quòd delegatus po-
10 teſt † exequi iuriſdictionem ſuam cõtra quoſcunq; etiam extra diæceſim ſuam, cuius eſt ordinarius, quod minimè facere poteſt ordinarius, *l. vlt. ff. de iuriſd. omn. iud. & Clem. Paſtoralis de ſent. & re iudic.*

Tertiò

Tertiò, quia delegatus à Papa, Papam † re- 11
præſentat, *c. ſane, Clem. 2. de offic. & poteſtate iudicis delegati* ordinarius nihil niſi legem ipſam, ergo delegatus dignior, ſed digniora ſemper præcedere debent, *l. 1. & 2. ff. de albo ſcriben.* ergo potius cenſebitur delegatus, quã ordinarius.

Quartò, quia appellatio iudicis delegati
Papæ, deuoluitur † ad ipſum Papam delegan- 12
tem, omiſſo medio, ſecus appellatio iudicis ordinarij, quæ deuoluitur ad ſuum ſuperiorem, prout probatur ex tex. *in capit. ſuper quæſtinum, §. porro, de offic. & poteſt. iud. deleg. & l. 1. §. 1. ff. quis & à quo appell.* procedendo duplici authoritate, ſcilicet ordinaria, & delegata, daretur occaſio dubitandi in iure, ad quem eſſet appellandum, quod omnino euitari debet.

Quintò delegatus † recipit ſportulas, quod 13
quidem non facit ordinarius, *cap. cum ab omni, de vita & honeſt. cleric.*

Sextò delegatus tenetur † ſeruare ordinem 14
commiſſionis, & delegationis in procedendo ſibi datæ, aliàs proceſſus eſſet nullus, *cap. cum dilecta, & ibi latè Felyn. de reſcript. nu. 1. & ſeq. cap. Piſanis, de reſtit. ſpoliat. l. diligenter, ff. mandati*, ordinarius non habet authoritatem limitatam ab homine, ſed à iure, & ideo magna eſt differentia inter ordinarium & delegatum, & eſt talis, quòd vtraq; inſimul vti non poteſt, ob
tot difficultates enarratas, & propterea † in 15
dubio potius delegatus, quàm ordinarius cẽſebitur, vt *And. de Butrio in alleg. capit. cum ex offi-*

cij, de præſcript. num. 8. namque vnquam aliquem vidiſſe credo, reſcripta Apoſtolica etiam excitatoria, quin per ipſa innouatum aliquid non videretur, addendo, vel detrahẽdo, & ſic non ordinarius, ſed merè delegatus habebitur, *gloſ. in cap. hi, qui, de præben. in 6. in verbo ſpecialiter, & gloſ. fi. in allegata l. & ſi prætor, ff. de offic. ei[illegible] & c. dominuſq; meus Rimin. iun. conſ. 32. nu. 17. & 32. vol. 1.*

Non obſtant primò, quod in dubio reſcriptum ordinario directum excitatorium potius, quàm delegatorium cenſeatur, quia reſpõ-
16 detur, quod verum eſt, † quotieſcunq; dirigitur alicui ordinario in eadem cauſa, nam tunc Pontifex nõ dat iuriſdictionem de nouo, ſed quam habet à iure excitat, & propterea dicitur excitatorium, ſed non propter hoc talis ordinarius in procedendo non cenſebitur delegatus, namque cùm Papa iam impoſuerit manus in committendo, & in demandando, videtur iuriſdictio affecta, *c. vt noſtrum, de appell. vbi Doctores, & Innoc. in fi. in illis verbis, item non eſt. Sed clariſſimè id not. Dec. conſ. 137. ſub numer. 3.* qui ſumus Pontifex, cùm ſit ordinarius omnium, & ab eo iuriſdictiones circa eccleſiaſtica profluant, & refluant, notat Vant. *in tract. de nullitate ex defectu iuriſdictio &c. num. 10.* vbi citat Bart. Bald. Dec. & multos alios grauiſſimæ armaturæ, propterea tanquam delegatus debebit procedere.

Ad primam ampliationem reſpondetur,
17 quod veritas † eſt in contrarium, prout Felyn,

&

per ipſum allegata, *in cap. licet, de offic.*
. 4.
ecundam reſpondetur, contrariam o-
em † veriorem eſſe, prout tenet Felyn. 18
licet, de offic. ord. num. 2. & 7. & Franc. in
liquibus, de reſcrip. in 6. nume. 4. Hippol. de
g. 89. & Boer. dec. 151. num. 5. 6. 7. & 8.
quidem, & quod omnes tradunt hanc
ionem, quod quando illa verba (vice,
oritate noſtra) non variant principa-
poſitionem, tunc procedunt iura pri-
legata, ſed ſecus dicendum eſt, † nam 19
ba ſemper tendunt ad principalem di-
onem, aliàs fruſtratoriè eſſent appoſita,
id non operarentur, maximè in reſcri-
ter eſſet tamen dicendum in compro-
c ſimilibus.
ertiam reſpondetur, quod ſemper ab
rio ad Papam, † omiſſo medio poteſt 20
pellare, vt dicit Abb. *in c. antiqua, de pri-*
. 7. & 8. & in c. dilecti, vlt. de appellat. nu. 12.
tulas Victor ſoluit, ad cuius inſtantiam
uit cõmiſſa, & vices mandati, ſeu dele-
is continent clauſulas generales, adeo
æquiparatur ordinario, inſunt etiam
uis inciden. emergen. annexis, &c. &
ullum infertur præiudicium.
quartam reſpondetur, prout notat Fe-
dicto capit. licet. de offic. ordin. num. 1.
Ad quintam reſpondetur pariter, quod
m † concedo, ſapit translationem pote- 21
ſtatis

ſtatis, § *ſed & quòd Principi, &c. in inſtitu. de iure naturali gent. & ciuil. glo. ibi in verbo conceſsit, & glo. 1. in. c. lex eſt. diſtinct. 2.*

Deueniendo modò ad alia iura allegata, & præſertim *capit. ſignificauit. de corp. viciat*, Quę etſi prima facie videantur aliquid eſſe, nihil
22 attamen reuera obſtant, † namque verba illa, (noſtra, & tua authoritate) non ſunt intelligenda, vt duplici authoritate ille Archiepiſcopus procederet ad diſpenſationem, de qua in textu habetur, prout elegantiſsimè notat Hoſtien. *numero 3. in fi. & Io. And. nu. 9.* vbi inquit, ꝑcedas authoritate noſtra, & tua, hoc eſt facta tua, vel tibi demãdata, & modò tua facta, & hac de cauſa ibidem tenet *Abb. num. 1.* quòd iuriſdictio ordinaria & delegata, ad actũ expediendum ſimul habitu concurrere poſſunt, non tamen exercitio, propterea Archiepiſcopus Rauen. non habebat aliquam authoritatem diſpenſandi cum eo, cui abſciſſa fuerant virilia, & ideò tanquam ordinarius non potuerat ſecum diſpenſare, ſed ex iurisdictione, & authoritate delegata, quæ etiam, vt notat *Antonius de Butrio ibi, & Ioan. de Anan. nu. fi.* alteri cõmittere non potuit, quia electa fuit induſtria perſonæ, ideò delegatus, non ordinarius erat.

Quemadmodum, & in reſcriptis Princi-
23 pum ſeruatur, vt † quandò ineſt clauſula, ſeu verbum hoc, præcipimus, vel iubemus, tunc ſapit delegationem, adeo vt per ſe ipſum iudicare teneatur, nec alteri cauſam huiuſmodi

modo

modo ſupradicto ſibi cõmiſſam, ſubdelegare poterit, *Bartol. in l. ſape. ff. de officio Præſid. nume. 1. & ibi Bald. & gl.* Et ita fuit etiam deciſum, & reſolutum ſub Illuſtriſſimo Laurentio Campegio, Reuerendoque Roberto Tanio Auditore generali, in cauſa Bertella nuncupata, qui Illuſtriſſimus Campegius, & admodum Reuerendus Auditor Robertus Tanius Burgen. quales fuerint, & quomodo honorificè geſſerint negotia publica, & ius vnicuique indifferenter adminiſtrarint priuatim, tradit *Deſid. Guid. conſilio 15. numer. fin. et conſilio 16. numero 194. et ſequen. Thom. Triuiſanus.*

EPITOME.

Iudex, qui exceptiones pro parte rei propoſitas, in fine litis, arte tamen diffinitiuæ ſententiæ prolationem reſeruauit: Actore inſtante pro diffinitiua, Reo verò non cõtradicente, nunquid poterit (omiſſa tali reſeruatione) ſententiam diffinitiuam proferre.

SVMMARIA.

1 *Exceptiones altiorem requirentes indaginem reſeruantur, & quæ ſint. num. 2.*
2 *Excipiens ſi incontinenti offert ſe probaturum, auditur.*
3 *Incontinenti aliquid probari quomodo dicatur.*
4 *Liquidæ exceptiones quæ ſint.*

5 *Excepti-*

5 *Exceptiones peremptoriæ in primis & ante omnia ſunt diſcutiendæ, nec reſeruandæ.*
6 *Reſeruatio Iudicis quid operetur.*
7 *Verificatis exceptionibus reſeruatis, proceſſus redditur retro nullus.*
8 *Iudex non tenetur interloqui, niſi parte inſtante*
9 *Iudex fatuus eſſet interloquẽdo, nemine inſtante.*
10 *Actor non tenetur ſupplere negligentiam rei.*
11 *Qui tacet, & loquendo obuiare poteſt, conſentire videtur.*
12 *Iudex de partiũ conſenſu, abſq; alia cauſæ cognitione poteſt ſententiam diffinitiuam proferre.*
13 *Iudex ad vlteriora procedẽdo videtur tacitè exceptiones propoſitas reijciendas pronunciaſſe.*

DECISIO II.

1 EXceptiones, † quæ altiorem requirunt indaginem, reſeruãtur, ne retardetur proceſſus ſuper negotio principali, tex. eſt, *in l. ille, à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad ſenatuſc. Trebell. vbi gloſ. in verbo non erit, & in l. 3. §. ibidem ff. ad exhib. vbi gloſ. in verbo, ſi obſcurior, & in l. fin C. de compenſation. Abb. in capit. cum contingat de of. & poteſt. Iud. deleg. num. 13. & in eodem cap. notat Felyn. num. 18. ver. ſecundò fallit. Bart. in l. nam & poſtea in princ. ff. de iureiur. num. 2. Hippol. de Marſ. ſingul. 365. Afflict. deciſ. 52. num. 2.* & ſunt illæ, † quæ nõ ſunt
2 liquidæ, nec de facili poſſunt liquidari, vt tradit *Deſid. Guid. conſ. 8. n. 7. & per eũ ibid. copioſè alleg.*

Quæ

Quæ autem liquidæ ſunt, † & incontinenti 3 probari poſſunt, & reus obtulit ſe incontinē-ti probaturum, quòd † aliquid incontinenti 4 fieri dicunt, eo inſtanti *l. quod ait lex, ff. ad l. Iul. de adult. & ſtupro. l. continuus actus ff. de verb. oblig. Bart. in l. cum enim. ff. de nouat. & delegat. nume. 2.* alij verò infrà triduum, *vt tex. in l. fin. Cod. de error. aduoc. & l. fin. Cod. de iudic. & Bald. in conſ. 250. num. 7. vol. 1.* nonnulli arbitrio Iudicis relinquere voluerunt, notat *gloſ. fi. in cap. præterea, de teſtibus cog.* præſertim in caſu præſenti, de quo nodo quæritur, vt eleganter notat Ripa, *in l. ... §. condemnatum, ff. de re iudic. num. 32.* de quo uidem verbo incontinenti latè tangit *gloſ. in ... pit. quia propter, in verbo, mox. de elect. & deciſ. Ge... ua deciſ. 1. nu. 32. omnino viden.* nō reſeruantur, ...l diſcutiūtur, *l. ſi is à quo. ff. vt in poſſ. legat. Bart. num. 2. Abb. conſ. 31. ſecundæ partis, in fi. & idē Abb. ... cap. cum contingat, de of. & poteſt. Iud. deleg. ibiq; ...n. num. 18. & idem Felyn. in cap. ex parte, de teſtib. ...tteſt. num. 14. & 15.*

Liquidæ † autem ſunt illæ, quæ non requi- 5 ...t alias probationes, nec oppoſitiones, & ...bantur per ſententias, inſtrumenta, ſcri...as, & acta publica, de quibus breuiter te... *Petrus de Beneintend. Dec. Bonon. 7.* Iſtæ verò, ... probationes, & oppoſitiones reſpectiuè 6 ...deſiderant, non reſeruantur, nec illę, quę ...nptoriæ dicuntur, quia & ipſæ ante litis ...ſſum ſunt terminandæ, vt notat *Felyn. in c. ...ntingat, de offi. & poteſt. Iud. deleg. nu. 18. ver. credo,*

credo, quod iſta, & in cap. ex parte, de teſtib. num. 12. Afflict. deciſ. 63. num. 1. aliàs proceſſus redderetur nullus, prout in his terminis conſuluit *Abb. conſ. 14. numero 3. lib. 1.*

7 Reſeruatio † hæc Iudicis operatur, vt reus conſeruetur cum exceptionibus ſuis, quibus aliquando verificatis, iuuat ipſi excipienti adeo, vt ſi ſuo tempore præpoſitarum exceptionum id factum eſſet. *gl. in ca. cum contingat, de offic. deleg. in verbo, nihilominus, & in eod. cap. not. Abb. num. 13. Bal. in l. terminato, Cod. de fruct. & expen. lit. nume. 5. & Barto. in l. ille, à quo, §. ſi de teſta-*
8 *mento, ff. ad ſenatuſconſ. Trebell. num. 5.* & † talis proceſſus tali caſu redditur retro nullus, tàm per ſuperius allegata per *notat. per Hippol. de Marſ. ſingul. 198. incipien. teſtis, & ſingul. 696.* qua ſic facta reſeruatione, tenetur iudex ante ſententiam diffinitiuam ſuper ipſis reſeruatis exceptionibus interloqui, aliàs ſententia eſſet nulla, per ſuperius allegata.

Ijs tamen non obſtantibus, contrarium deciſum & reſolutum fuit, ex eo, quòd etiam ſi Iudex tenetur infrà inſtãtiam, etiam ſub certa pœna ſtatuta aliquid proferre, ſeu interlo-
9 qui, † non tenetur tamen, nec pœnam ſibi cõminatam meretur, niſi pars, ad gratiam cuius reſeruatio facta fuit, iterum ac de nouo petat, voluit *Abb. in cap. Venerabilis, de Iudic. nume. 19. Felyn. in cap. ſi autem, de reſcript. nume. 3. & 4. & latè Franc. in repetit. cap. ex ratione, de appella. num. 103. Bar. in l. cũ Papianus, C. de ſent. & interloc. om. iud. n. 1.*

Ratio

Ratio enim eſt, quia † fatuum eſſet, Iudi- 10
cem ſuper non petitis interloqui, vt notat *Abb in capi. ad diſſoluendum, de deſponſ. impub. nume. 5. & idem Abb. in capit. cum inter, de conſuet. num. 4. Marian. Socin. in c. qualiter, & quandò, de accuſat. num 49. & nulla eſt ſententia, Card. Zabar. conſil. 29. num. 6.*

Nec actor tenetur † in iudicio facere men- 11
tionem de exceptionib. reo competentib. & ad ipſius inſtantiam reſeruatis, vt Grammat. *deciſ. 66. num. 29.* ſed tenetur Reus, & eo maximè intelligendo. & audiendo (actore ita inſtante) Iudicem partes præſentes monere ad
audiendam diffinitiuam ſententiam, † debuit 12
contradicere, aliàs conſentire videtur. *cap. qui tacet. de regu. iur. in 6. vbi Dyn. num. 1. & allegato per eum ibi c. 2. de accuſ. in 6. & latè Puteus, dec. 150. lib. 1. & à contrario ſenſu probat Curt. iun. in cõſ. 34. nu. 5.* Propterea nõ obuiando, loquẽdo, & tacito modo permittẽdo, tacendo, & per conſequens conſentiendo, poteſt iudex (omittendo reſeruationem ſupra dictam,) ſuper negótio principali procedere, & definire, † tan- 13
quam de partium conſenſu. *l. ſi conuenerit. ff. de re iud.* & tacito quodam modo pronunciando,
† exceptiones illas reſeruatas minimè admit- 14
tendas, ſed penitus reijciendas eſſe, *argum. cap. ex parte M. de appellat. & Abb. in cap. 1. de ordin. cognit. num. 10. & Bart. in l. à præcedente, Cod. de dilation. num. 4. & Deſid. Guid. conſilio 7. num. 5. Thomas Triuiſanus.*

EPITOME.

Nunquid ſacerdos confeſſarius poſſit de licentia confitentis confeſſionem ipſam in iudicio reuelare, & in actis publicare, adeo, vt illius reuelatio probet in iudicio tanquam teſtis.

SVMMARIA.

1 *Sacerdos poteſt de licentia confitentis reuelare confeſſionem, & quando, vel quo caſu numero 3. & 4.*

2 *An ſacerdotis confeſſarij depoſitio, ſufficienter probet?*

DECISIO III.

HÆC quæſtio apud Canoniſtas videtur indubitata, licèt penes ſacros Theologos adhuc pendeat indeciſa, vt. ſcilic. poſſit ſacerdos de conſenſu, & licentia confitentis confeſſionem ipſiùs ſacramentaliter habitam † in iudicio reuelare, vti teſtis
1 iuratus. *cap. nemo. de Symon. Ioan. Andr. numero 3. ibidem Ioan. de Anan. num. 2. & tex. in capitu. ſignificaſti, de adulter. vbi Abb. num. 5. Ioan. Andr. num. 1. Zubarel. num. 3. Anton. de Butrio num. 3. Hoſtien. nu. 26. Imol. in cap. conſanguinei. numero 5. de ſententia, & re iudic. Aret. in cap. teſtimonium, in fin. ſuper glo. vlt. de teſtibus. Hoſtien in ſumm. de pœnitent. & remiſſion.*

miſsion.3. in quo tenet hoc idem, ibi, niſi de conſenſu confitentis. *Ioan. de Anan. in capit. innotuit, num. 8. de elect. Marian. Socin. in capitu. cum Matthæus. de Symon. num. 1. & ibi Ioan. de Anan.* dicens ita communiter tenere Doctores. *Lapus alleg. 94. incipien. quidam presbyter. in principio. verſic. in contrarium. & Didacus in ſecunda par. cap. 8. num. 9. fol. mihi 265.* Et hæc opinio communiter ſeruatur in practica, præſertim vbi † agitur de 4 ſubleuando confitentem in requirentem à peccato, & ita iudicatum fuiſſe atteſtatur Felyn. *in allegat. c. cum Matthæus, de Symon num. 1.*

At verum etiam eſſe debet, quòd eius depoſitio nihil, aut parum debet probare, quia illa pœnitentis confeſſio, fuit facta Deo, non homini, & ſacerdos in iudicio teſtimonium perhibendo, eſt homo, & hominem repræſentat, *cap. ſi ſacerdos, de offi. iudic. ordin.* quia talis confeſſio fuit facta in pœnitentia, & proptereà non probat in iudicio. *Ioan. de Anan. in d. cap. ſi ſacerdos. numer. 6. & latè Bald. in l. Archigerontes. C. de Epiſcopali audien. numero 2. Bald. in allegat. cap. num. 7.*

Vltrà, quod etiam ex alio capite talis confeſſio non videtur probare, quia † pœnitens, 5 qui ſponte peccata ſua confeſſus eſt, & fortaſſe hac intentione ſibi in iudicio de illa inſeruiendi, proptereà potuerit ille pœnitens non verùm dixiſſe, ita Abbas *in dicto capitulo ſi ſacerdos de offic. ordin. num. 1. & 2.* Sed quia agebatur † ad fauorem matrimonij, & de ſuble-

uando pœnitentem à peccato, ideo fuit deci-
4 ſum per Reueren. Bonarellum Auditorem, vt
talis depoſitio concludenter probaret: per *glo.
ſingul. in cap. tua nos, de ſponſal. & matrimon. in verbo, qualiter tibi conſtiterit. Ripa num. 107. de remed. ad curand. peſtem. Deſiderius Guido.*

EPITOME.

Reiectio articulorum per actorem in iudicio productorum an ſit interlocutoria, à qua detur appellatio, quæ habet vim diffinitiuæ, nec ne?

SVMMARIA.

1 *Appellatio ab interlocutoria nulla eſt, ſi in ea cauſæ grauaminum non ſint expreſſæ, quæ etiam ſi ſint notoria, exprimi tamẽ debent, & nu. 2.*

2 *Articuli impertinentes non debent admitti, parte ſic inſtante.*

3 *Clauſula, ſaluo iure &c. in articulis appoſita, quid operetur.*

4 *Iudex interlocutoriam ſuam reuocare poteſt.*

5 *Reus ſuſcipiens onus in ſe probandi, ſit actor.*

6 *Actori incumbit onus probandi.*

7 *Ad probandum quis non admittitur, quod probatum non releuat.*

8 *Occupatio loci non acquirit dominium in eo loco, maximeq́ in eccleſia.*

9 *Nemo abſq; actione experiri valet.*

10 *Conſuetudo eſt lex, & ſeruatur pro lege.*

11 Clau-

11 *Clauſula, Implorans & c. quid importet.*

12 *In pari cauſa, potior eſt conditio poſsidentis.*

13 *In interlocutoria diffinitiuæ vim haben. non exprimuntur cauſæ grauaminum.*

14 *Iniquitas Iudicis ſi ex eiſdem actis apparet, in interlocutoria non exprimuntur cauſæ grauaminum.*

15 *De iure Canonico à quocunque grauamine datur appellatio.*

16 *Enumerantur interlocutoriæ vim diffinitiuæ habentes.*

17 *Interlocutoria, quæ parat præiudicium negotio principali, habet vim diffinitiuæ.*

18 *Grauamen, quod per diffinitiuam reparari non poteſt, habet vim diffinitiuæ.*

19 *Reiectio articulorum pro parte actoris productorum, habet vim diffinitiuæ.*

20 *Interlocutoria, quæ totum terminat negotium habet vim diffinitiuæ.*

21 *Iudex, qui admiſit libellum, tenetur etiam admittere articulos, ſuper contentis in libello confectos.*

22 *Articuli in dubio ſemper admittuntur cum clauſula, Saluo iure impertinentium, &c.*

23 *Clauſula, Saluo iure impertinentium, &c. quid inferat.*

24 *Articuli omninò impertinentes qui dicantur.*

25 *Reiectis articulis primis, reiecti intelliguntur additionales.*

26 *Iudex, qui detulit appellationi, ab interlocutoria interpoſitæ, non poteſt ipſam reuocare.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

37 *Iudex non poteſt reuocare appellationem interpoſitam à grauamine vim diſſinitiuæ habentem.*

38 *Iudicis pronuncia, per quam reiecit articulos pro parte actoris productos, ſi ab ea actor non appellat, tranſit in rem iudicatam.*

39 *Actore non probante reus abſoluitur, etiamſi reus abſumpſerit onus probandi, & non probauerit.*

40 *Iudex, cognito de grauamine, cognoſcit de toto negotio.*

DECISIO IIII.

IN vna Iuſtinopolitana dubitabatur, nunquid appellatio interpoſita ꝑ parte Domini Marquardi Appollonio, ab interlocutoria ordinarij Iuſtinopolitani, per quam reiecit articulos productos, per prædictum Dominum Marquardum actorem in cauſa, ſuſtineri poſſit, licet non fuerint cauſæ grauaminum expreſſæ, & deductę in libello appellatorio.

Et primò, pro parte presbyteri Georgij aduerſarij, dicebatur nullã fuiſſe, aut eſſe appellationem, pro Domino Marquardo interpoſitam, ex eo, quod in dicta appellatione nõ fue-
1 runt † deductæ cauſæ grauaminum, vt tenebatur de iure, cũ appellatio fuerit interpoſita ab actu interlocutorio, *iuxta Clem. appellanti, & capit.*

cap. conſuluit, el. 2. de appel. & ibi Doctores ferè omnes. Quæ cauſæ grauaminum, etſi notoriæ ſint, ex primi † tamen debent, *allega. Clement. appellanti & cap. conſuluit, el. 2. vbi Abb. nu. 1. Bald. in initio, & c. 1. de appel. in 6. Rota. dec. 2. de appel. in nou. nu. 2.* 2

Dicebatur etiam, dato, ſed non conceſſo, appellationem fuiſſe deſertam, vel nullam, vt ſuperius allegatum fuit, ex quo † articuli erãt 3
impertinentes, non debebãt admitti, maximè ſic parte opponente, & inſtante, *per text. in l. ſi duo patroni, §. item Iulian. ff. de iureiur. vbi Bart. nu. 1. & 2. & late Grammat. deciſ. 45. numero 4. 5. 6. 7. & 8.* quorum impertinentia ex ipſorum lectura ſatis colligebatur.

Addebatur pariter, quòd tanquàm impertinẽtes non fuerint admiſſi, quo caſu poterat actor ipſis corrigere, ſeu additionales concludentes præſentare, vt moris eſt, præſertim † vi- 4
gore clauſulæ ſaluo iure in primis articulis appoſitæ, quæ operatur, vt alij articuli exhiberi poſsint, *not. Specul. in tit. de teſte, in fine,* ſeu ſaltem poterat auctor oſtendere iudici ex nouiter deductis eſſe pertinentes, & Iudex ipſos tunc admiſiſſet, † reuocando interlocutoriã reiectio- 5
nis, *capitu. cum ceſſante, de appellat. Abbas ibidem, num. 3. & cæteri Doctores omnes, & capit. ſignificantibus, eodem tit. ibiq; Franc. & Petrus de Beneintendis, in deciſ. 40. nu. 2.* Sed cùm iam Reus † ſuſceperat 6
onus probandi contrarium, videtur & ipſe actor in hac cauſa factus, notat Bellam. *concluſ. 735. nume. 1. & Lapus, allegat. 135. nu. 4.* & ipſi reo

 aſſerenti

aſſerenti ſe poſſidere, & minimè aduerſarium ipſi pariter onus probandi incumbit, *l. ei qui, l. quoties, §. qui dolo, ff. de probation. l. ſi creditor, C. de pignorat. act. l. cum te minorē, ff. ead. l. actor, quod aſſeuerat, C. de probation. capit. 1. de iureiurando,* ſic q;
7 ipſo † reo iam facto actore, non probāte Dominus Marquardus obtinebit in cauſa, iuxta *l. 1. C. de probation. & regula. actore non probante, reus, &c.* Ratio namque ſuadet, quia ſi rei exceptiones veniunt appellatione actoris, *l. 1. §. ait prætor, ff. de dolo mal. vbi Bart. numero 1.* propterea ſuccedit in iudicio excipiendo, vt actor, & exceptiones ſuas probando, per ſuperius alleg.

Dicebatur pariter, quod quis non admitti-
8 tur ad † probandum, quod probatum non releuat, vt ad id ſolet allegari text. *in cap. cum contingat, de offic. & poteſt. iud. deleg. l. ad probationem, l. 1. & 2. C. de probation. Abb. in cap. ad id, quod, de ſpōſ. & matrim. num. 2.* At cum per huiuſmodi loci
9 † occupationem non acquiratur dominium, vt text. eſt *in cap cum ſuper, de cauſ. poſſ. & propriet. vbi Abb. num. 18. & idem Abb. in capit. ratio nulla de præben. & dignit. num. 2. & idem Abb. in cap. non minus, num. 6. de immunit. eccleſiarum,* ergo quid poterit ſperare actor in tali cauſa, cum nullā habere poſſit actionem in dicta eccleſia, tanquā in re non ſua, per ſuperius allegata iura, & ſic ex breuiter his enarratis rationibus, videbantur actorem nullo modo fore admittendum, tanquam nullam habentem actionem, & cum
10 † nemo abſque actione experiri valeat, vt notatur

tatur *in capit. ad aures, de præſcription. vt ibidem Abb. num. 5. & Felyn. num. 3. & Bart. in l. ſi pupilli, §. videamus, num. 7. ff. de negot. geſt.* Propterea dictus presbyter Geórgius inſtabat ex omni capite iam propoſito abſolui, & ſe liberari à petitis cum expenſis.

Quæ omnia cum prima facie videbantur fouere bonum ius dicti presbyteri, tamen deciſum fuit, pluribus rationibus, de quibus infra, videlicet.

Primò ſiquidem conſideranda breuiter occurrit conſuetudo loci, quę eſt, vt ſcamna priuatorum quorumcunque non amoueantur, ſed ibi affixa remaneant, ad priuatorum ponentium libitum, & propterea Dominus Marquardus, ſeu ſui antiquiores, qui ſcamnum litigioſum poſuerunt, iuxta talem conſuetudinem iam veteratam, ab alio non potuerat, nec debebat amoueri: namque † conſuetudo lex 11
eſt, & pro lege ſeruatur, *l. 1. 2. & fin. C. quæ ſit lõg. conſ.* & ſecundum talem conſuetudinem Iudex debet iudicare, prout notat *Bellam. concluſi. 2. num. 1. & Specul. in titu. de teſte. §. nunc videndum à nobis de articulis, num. 3.*

Conſideranda æquè veniunt, verba, in libello Domini Marquardi appoſita, videlicet, qui Dominus presbyter aduerſarius, nullum ius meum excedens, habens, non debebat ita de facto, ab antiquiſſima mea poſſeſſione, me ſpoliare: & propterea peto in priſtinum ſtatũ, & meam poſſeſſionem reduci, implorans vos

 & offici-

& officium veſtrum, &c. per quæ verba, non intendit Dominus Marquardus habere aliquod ius in dicta Eccleſia, ſed officium iudicis implorat, quòd tantùm poſtulanti impartitur ad priuati vtilitatem, *Abb. in c. ea quæ de ſententia, & re iudic. numero ſecundo, in capit. ſi hæres, de teſtam. numero 7. & in capit. quæritur, nonnulli, de reſcript. numero 15. & in capit. Apoſtolicæ, de except. numero primo*, vt prouideat de eius benignitate, & ſua authoritate, quid magis rationi conſonum eſſe videtur, quæ clauſula, † im-
12 plorans, &c. additur ad obtinendum aliquid non ex iuſtitia tantùm, ſed ex benignitate Iudicis, *Specul. in titu. de offic. omni. iudic. §. 2. num. octauo*, & vt in proprijs terminis loquitur Hoſtien. *in capitu. abolendæ, de ſepult. numero ſi. & ibi Abb. num. 5.*

Iis itaque præſuppoſitis, quo ad negotium principale principaliter intentatum, tenetur ipſe presbyter oſtendere conſuetudinem prædictam eſſe in contrarium, ſeu ſaltem contra ius, *not. Bellam. concl. 407. numero 1.* aut qua alia rationabili cauſa ſcamnum amouit, & ſi ius ſuum non exceſſerit, ius Domini Marquardi, ab re iudicandum erit rectè ſcamnum amo-
13 uiſſe, nam iuris regula ſatis eſt clara, vt † in cauſa potior conditio ſit poſſidentis. *capitul. in pari de regul. iur. in ſexto, vt ibi gloſſa fin.* & hoc quo ad merita cauſæ, quo verò ad allegatas nullitates, breuiter reſpondetur, verum quidem eſſe in quacunque appellatione ab

actis

ctis interlocutorijs interpoſita, teneri appellantem cauſas grauaminum deducere. Sed limitatur duobus modis.

Primo modo, quando talis interlocutoria habet † vim diffinitiuæ, quo caſu non requiritur expreſſio grauaminum. notat *Abb. in capitu. peruenit. 2. de appellat. numero ſexto & ſeptimo, & Franc. in capitul. vt debitus de appellat. numero vigeſimo quinto, Roman. conſil. 41. numero primo, & Bellam concluſ. 417. numero 1.* quæ huiuſmodi interlocutoria regulatur in iudicio, vt diffinitiua. *Rota deciſ. 5. aliàs 99. de dom. & contu. in nou. & Capyc. in deciſ. Neapol. deciſ. prima, numero duodecimo.* 14

Limitatur ſecundò, quandò † iniquitas interlocutoriæ, ſeu Iudicis interloquentis, ex ipſis actis apparet. notat *Bald. in leg. minoribus, Cod. de his quibus vt indig. numero 7. Rota deciſ. 2. de appellat. in nouis. num. 1. Felyn in capitu. cum ordinem. de reſcript. numero vndecimo, Grammat. conſil. inter ciuil. 109. numero decimo ſeptimo.* Quòd autem appellatio de qua agitur, habeat vim diffinitiuæ, probatur. 15

Generaliter de iure † canonico à quocunque grauamine datur appellatio, *Abb. in capit. venerabilis, de iudic. numero 7. & in capitu. vt debitus. de appellatio. numero 3. & in capit. qualiter, & quando. de iudic. numero 3.* in quibus grauaminibus non habentibus vim diffinitiuæ, cauſæ grauaminum debent nominatim inſeri *clement. appellanti. de appellationibus*, interlocutoria verò 16

verò inferens grauamen irreparabile, vimque diffinitiuæ habens, in libello huiuſmodi appellatorio non tenetur appellans cauſas grauaminum inſerere, vt in interlocutoria, per
17 quam iudex † reſtituit aliquem ad appellandum, dicitur habere vim diffinitiuæ. notat *Bellam. concluſ. 335. num. 1.*

Item quando iudex pronunciauit neutri parti litigantium eſſe deferendum iuramentum litis deciſiuum, & ipſarum pars petierit, quòd aduerſarius aut iuret, aut referat, *iuxta l. manifeſtæ turpitudinis, ff. de iureiur. ita ſingulariter notat Bald. in capit. iuramentum, de iureiur. nume. 3.* Tertiò quando iudex ſententiam tulit, & reũ in expenſis minimè condemnauit. *Rota deciſ. 1. num. 1. vt lite non conteſt. in nouiſ.* Quartò à ſecũdo decreto iudicis, *Bart. in l. ſi finita, §. ſi fortè. ff. de damn. infect. num. 7.* Quintò ab obſeruatione iudicij, *l. Titia, ff. de occupat. Bart. ibi numero 2. 3. 4. 5. & 6.* Sextò quando iudex admittit procuratorem ad cauſam, qui verè procurator nõ eſt, & è contrà, *Bald. in l. 2. C. de Epiſcopali audientia, num. 14.* Septimò quando quis vult probare exceptionem contra teſtem ex aduersò examinandam, & iudex recuſat, *tex. in capit. ex parte, de iureiur.* Octauò à denegatione quartæ dilationis petitæ cum ſolennitate legali, cauſa vlla legitima non refragante, quare concedi non debeat, *cap. ſignificauerunt de iureiur.* Nonò quando iudex mandat examinari teſtes, & aduerſarius ignorat examen eſſe faciendum, ſeu

ſaltem

ſaltem locum, in quo teſtes examinari debẽt. *Federic. de Senu. conſ. 71. nu. 1.* Decimò à pronuncia competentiæ, *Abb. in dicto capit. ſignificantibus. de offic. deleg. num. 3. & in capit. peruenit. 2. de appell. num. 8. & Bald. ibidem num. 2. Item Bald. in capit. cũ ceſſante. de appellat. num. 12. Felyn. in capit. qualiter, & quando. de accuſat. num. 9. Bartol. in l. 2. ff. de appel. recipien. num. 13. & Bal. in l. 2. Cod. de epiſcopali audien. nu. 13.* Duodecimò, à pronuncia appellationem fuiſſe deſertam, *Bal. in l. 2. C. de Epiſcopali audien. num. 20.* Decimòtertiò, à pronuncia non ritè fuiſſe appellatum. Decimoquartò, à pronuncia non potuiſſe appellari. Decimoquintò, à pronuncia appellationi non eſſe deferendum, vt notat *And. Barb. in addit. ad Bald. in l. 2. C. de his, quibus vt indig.* Decimoſextò, eodem loco notatur, vt quando fit præceptum contra confitentem in iudicio, non pendẽte iudicio, ſit interlocutoria habens vim diffinitiuæ. Decimoſeptimò, à pronuncia iudicis mandantis procedendum eſſe ad vlteriora ſuper libello obſcuro. *Bartol. in l. 2. ff. de appellat. recip. num. 16. & Bald. in allegata l. 2. C. de Epiſcopali audien. nu. 12.* Decimo octauò, ab arbitro fideiuſſores approbando, qui verè non ſunt idonei, *l. arbitro ff. qui ſatiſdar. cogant.* Decimononò, à pronuncia iudicis, quod procedendum ſit ſuper libello inepto, *Bal. in alleg. l. 2. C. de Epiſcopali audien. num. 2.* Vigeſimò, à falſa interpretatione ſententiæ, *l. ab executore, ff. de appellat. & relation.* Vigeſimoprimò, à denegatione copiæ Actorum,

rum, *l. 2. C. vt lite penden.* Vigeſimoſecundò, Bannitus ab interlocutoria banni. *Bald. in allegat. l. 1. C. de Epiſcopali audient. numero 9.* Vigeſimotertiò, à iuſſu Prætoris, vt pecuniam ſoluat minori ſine tutore, *l. ita Prætor, §. præmittitur, ff. de minoribus.* Vigeſimoquartò, ab exceſſu latæ ſententiæ, *l. ab executione, C. quorum appellat. non recip.* Vigeſimoquintò à carceratione, *Bal. in dicta leg. 2. C. de Epiſcopali audient. num. 6.* Vigeſimoſextò à breuiori termino à iudice aſſignato, *Abb. in capit. ſpeciali, §. porrò nume. 2. de appel. in fi.* Vigeſimoſeptimò, quando iudex mãdat non eſſe reſpondendum libello tanquàm inepto. *Abb. in capitulo peruenit, 2. de appellat. numero 8. & in capitulo, ad diſſoluendum. de deſponſ. impub. numero 2.* Vigeſimooctauò, ab interlocutoria iudicis de habenda quæſtione in quacunque cauſa, *l. ante ſententiam, ff. de appellat. recipien. & Bal. in allegat. l. 2. C. de Epiſcopali audient. numero 4.* Vigeſimononò, à præceptis iudicis de ſoluendo, *l. creditor, §. iuſſus, ff. de appellat. Bartol. in leg. quod iuſſit, ff. de re iudic. numero 4. Ioan. Andr. in capitulo peruenit, 2. de appellat. numero 6. Henric. Boich. in capit. litteris, de officio, & poteſt. iud. deleg. numero 8. & 9.* Trigeſimò, interlocutoria iudicis ſuper exceptionibus etiam declinatorijs, vel emptorijs, iudicium nullum reddentibus, *capitul. fin. de appellat. in 6. gloſ. 2. in Clemen. fin. eodem titulo.* Trigeſimoprimò, ſuper recuſatione iudicis, & ſic fore, vel ne, ſuſpectum, *ita Archid. in capitul. iudex, de offic. iud.*

de leg. in 6. Trigeſimoſecundò, interlocutoria, qua pronunciatur eſſe probatum, vel non, *vt per gloſſ. in dict. Clemen. fin. de appellat.* Tricesimotertiò, ab interlocutoria, ſuper reuocatione attentatorum, ſeu innouatorũ, *gloſ. magna. circa fi. in capit. non ſolum, de appellat. in 6.* Trigeſimoquartò, interlocutoria, qua reuocatur inhibitio, facta iudicis à quo, per iudicem ad quem, *Federic. de Senis conſilio 84. ſecundùm primam impreſſionem, quod incipit, Factum ſic ſe habet.* Trigeſimoquintò, quando iudex pronunciat probationes admittendas eſſe, vel non. *tex. in capit. ſignificantibus, de noui oper. nunc. & ibi Innoc.* Trigeſimoſextò, quando iudex pronunciat ſuper alimentis, non principaliter, quia eſſet diffinitiua, ſed incidenter, *Angel. in l. ſi qui à liberis, §. vel ſi parens, ff. de liber. agnoſcen. Franc. in capitu. cum ceſſante, de appellat, numero 55.*

Trigeſimoſeptimò, quando iudex pronunciat cauſam eſſe compromittendam, vel non, prout notat. *Baldus in leg. prima Cod. ſi quacunque præd. pot. Franc. in allegato capitu. cum ceſſante, numero quinquageſimo octauo, de appellat.* Trigeſimo octauò, quando iudex pronunciat aliquem eſſe admittendum ad cauſam tanquàm curatorem, procuratorem, vel è contrà *capit. ex parte, de appell. el. 2.* Trigeſimonon ò taxatio expenſarum ſuper attentatis, & ſuper ſalario aduocati habent vim diffinitiuæ. *nota. Deciſ. 5. de dolo &c. in nou.* Quadrageſimo, ſententia

ſententia de exequendo aliam ſententiam, eſt interlocutoria habens vim diffinitiuæ. *Capyc. deciſ.1.num.21.Roman.conſ.41.num.1.* Quadrageſimoprimò, datio in ſolutum à Iudice facta, habet vim diffinitiuæ. *Dominus meus Rimin. iun. conſ.3.num.7.& 32.vol.1.* Vltimò, præceptum de reſcindendo habet vim diffinitiuæ, *Abb. in cap. peruenit, 2. de appellat. num.7.*

Vbicunque igitur interlocutoria parat prę-
18 iudicium † negotio principali, vim habet diffinitiuæ, ita *Bart. in l. Titia, ff. de accuſat. & in l. eius qui. ff. de appellat. & idem Bart. in l.2. ff. de appel. recipien. num.26. Aret. conſil.20. conſil. 106. in ſecundo dubio, & in conſil. 119. vbi pulchrè loquitur Ioan. de*
19 *Anan. conſil. 93.* Et à quocunque † grauamine, quod per diffinitiuam reparari non poteſt, datur appellatio, habetque vim diffinitiuæ, *l. ante ſententiam, ff. de appellat. recipien. Bald. in d. l. 2. C. de Epiſcopali audien. numero 4. & 5. & Bart in l. 2. ff. de appellat. recipien. num. 2. & 26. notatq; pulcrè Felyn. in rubr. de ſententia, & re iudic. num.3. Frederic. de Sen. conſil. 66. num.1.*

20 Quæ autem reiectio † articulorum actoris, habeat vim diffinitiuæ, iam ſuperius probatũ extitit, per textum expreſſum, *in capit. ſignificãtibus, de noui oper. nunciat. vbi Doctores, præſertim In-*
21 *nocent.* Probatur etiam ex eo, quod † totum terminat negotium, vt diffinitiua. *Felyn. in alleg. rubr. de ſententia, & re iudic. num. 3.* & totum negotium terminare dicitur, per regulam, actore non probante, reus abſoluitur, *l. qui accuſare C. de eden.*

C.de edend.l.1. C.de probat. l.actor,C.eod. Sic ergo probationes actoris non admittendo, videtur velle reum abſoluere, ne vlterius actor poſſit audiri, & propterea à denegatis probationibus, ſeu à non admiſſione articulorum Actoris, datur appellatio, & vim diffinitiuæ habet, quia articulis non admiſſis & probatis, quidquam Actor à Iudice obtinere non poterit, & reus illicò venit abſoluendus, ſi Actor intentionem ſuam probare non poterit: & ideo in libello huiuſmodi appellationis, nulla requirebatur grauaminum expreſſio, tanquam vim diffinitiuæ haben. & iniquitas Iudicis ex ipſiſmet actis apparet, quia admiſit Iudex libellum Actoris: hanc eandem materiam, vel actionē continentem, & articulos ſuper eiſdem deductis in libello formatos reiecit. Vltra, quod dicti articuli erant pertinentes, quia re vera concludebant antiquam poſſeſſionem, & dicti aduerſarij turbationem, & amotionem dicti ſcamni, quo caſu ipſe Iudex, nullo modo (de iure loquendo) poterat ipſos articulos reijcere, quia conceſſerat citationem contra aduerſarium in ſcriptis, in qua continebatur antiqua poſſeſſio dicti Domini Marquardi & amotio aduerſarij. Secundò † admiſerat 22
pariter libellum dicti Actoris, continentem omne id, quod in citatione fuerat expreſſum, & articulos formatos ex contentis in dicta citatione & libello, reiecit: actio ſiquidem Domini Marquardi propoſita in citatione, & ad-

 miſſa

miſſa per Iudicem, producta fuit in libello, & denuò admiſſa per Iudicẽ, & ſuper eadem lis conteſtata & vltimò in articulis redacta, fuit per Iudicem reiecta, licèt bis per antea eſſet admiſſa, quòd minimè facere potuit, *argumen. cap. quod ſemel, de regulis iur. in ſexto, vbi Dyn. numero primo, & ibidem per ipſum allegata, l. Diui fratres, ff. de pœn.* Ideoque non erant impertinentes, & quatenus etiam aliquid dubitãdum fuit,
23 ſemper † articuli in dubio poſiti, nunquid pertinentes ſint, nec ne? admittuntur tamen cum Clauſula, Saluo iure impertinentium, & non admittendorum *gloſſ. penultima in capitulo, cum contingat, de officio & poteſtate Iudice deleg. vbi Hoſtienſ. Ioan. Andr. Abbat. Bald. & Anton. de Butrio.*

24 Quæ Clauſula operatur, vt Iudex † quandocunque etiam in calculo ferendæ ſententiæ conſtito ſibi de impertinentia articulorum, poſſit illos cum tali clauſula admiſſo, reijcere, *Abb. in cap. ad diſſoluendum, de deſponſ. impub. numero 4. & non aliàs.* Supra tetigi *in Deciſ. 2. numero ſeptimo & octauo.*

Ex quocunque enim capite Iudex debebat ipſos articulos admittere, cum illi dum-
25 taxat † dicantur articuli impertinentes, qui nullo modo, nec directè, nec indirectè faciunt ad cauſam, qui verò aliquo modo directè, vel indirectè faciunt ad cauſam, ſemper cum tali clauſula admittuntur, vt atteſtatur

Afflict.

Aſſlictus.Deciſion.ſeptima, numero tertio, & ſequent. & dixi etiam, in Deciſion. ſequenti,in fin. numero finali.

Ad tertium reſpondetur, quòd reiectis † primis, videntur reiecti & additionales producendi,& reiectà pariter clauſula illa,in ipſis articulis appoſita, Saluo iure, &c. ratio ex ſe patet, clauſula illa reperitur cum articulis, additionales minimè dari poſſunt: quia dependent à primis, nec clauſula illa, Saluo iure, &c. iuuare videtur vnà cum articulis reiecta, quia qui ponunt totum, ponunt & omnes partes totius. *Bellam.Concluſ. 64. numero tertio.* Argumentum à contrario ſenſu valet, *lege prima, ff. de offic.eius cui mandata eſt iurisdictio, leg. qui teſtamento, 2. §. mulier, ff. de teſtament. capitulo cum Apoſtolica,in fin. de his, quæ fiunt à Prælatis, ca. cum vir, de Regular.* Ergò, qui reiecit totum, reiecit partem, & quod videantur reiecta videndum eſt, præſertim ad notata per Doctores, vt Dec. *numero trigeſimo quinto, & trigeſimo ſexto. Bartol. numero ſexto, Baldus numero quinto, in l.ſecunda ff. de iuriſdict. omn.iud.* 26

Et illa clauſula, non tribuit ius de nouo,ſed id,quod habet, conſeruat, & prorogat. *Grammatius Deciſione centeſima tertia, numero quadrageſimo tertio*,& articuli additionales, quandò de nouo produci potuiſſent, de neceſſe debebant eſſe idem cùm primis, & eandemmet actionem continere, & includere, ita, vt ſi primos

 reiecit

reiecit Iudex, & ſecundos tenebatur, ideſt, additionales reijcere, per text. *in l. Iudex. l. cum quærebatur, & l. poſt rem, ff. de re iudic.* quia omnia vnico contextu reiecerunt, nec erat in caſu, in
27 quo Iudex potuiſſet † reponere aduerſus talem pronunciam, & decretum reiectionis appellantem: quoniam iam detulerat appellationi, *capit. cum appellationibus, de appellation. in 6. Abb. in capit. cum ceſſante, de appellat. numero 15. & ibi Bald. numero 9. Felyn. in cap. qualiter, & quandò, de accuſat. numero 14. Rota Deciſ. 49. de appellat. in nou. Deciſ. 54. eod. titu.* Imò tali caſu, Iudex appellationis omiſſo articulo appellato, poterat ante omnia ſuper negotio principali cognoſcere, quia Iudex iam detulerat, ita conſuluit *Ferret. conſilio 190. numero quinto & ſexto, volumine primo.*

28 Vltrà quod habet † vim diffinitiuæ, vt dictum eſt, & tali caſu reuocare non poterat, *Bald. in allegat. capit. cum ceſſante, de appellat. numero. 9. & ibi Abb. num. 2. & Felyn. in d. ca. qualiter, & quando, de accuſat. numero 7.* tenebatur omnino Dominus Marquardus appellare, aliàs talis pronuncia tranſiuiſſet in rem iudicatam, *vt clarè text. & gloſ. in capitu. fin. de elect. in 6. in verbo inanes.*

29 Nec refert, ſi dicatur reus aſſumpſit † onus probandi contrarium, ideò factus eſt vti Actor, ipſeque produxit articulos, ſi non probauerit, ſuccumbet in cauſa, & D. Marquardus victoriam obtinebit: quia reſpondetur,

quod

quod † reus omni caſu abſoluitur, actore non 30
probante, etiamſi reus aſſumſerit onus probandi contrarium, & non probauerit, notat. *Abb. in c. 2. de reſcrip. num. 8. & in c. cum ſuper de cauſa poſſeſ. & propriet. num. 9. Dec. conſ. 3. nume. 10. libr. 1. Bal. in c. iuramentum, de iureiuran. in init. & Ferret. conſ. 101. numero 17. latè Hyppol. de Marſil. in conſil. 2. numero 20. Stephan. Bertrand. in conſilio 35. num. 1. volu. 3.* Quæ regula procedit, etiamſi cõſtaret reum nullum ius habere, cum ſolummodo ius actoris conſideretur, *l. qui accuſare, Cod. de eden. vbi Baldus & Dec. numero decimo quarto*, Actoris inquam intentio fundanda eſt in iure in eo reſidente, non autem in excluſione iurium rei. *Ad Bald. in leg. cum mulier, numero 23. ff. ſolut. matrimon. Ruyn. conſil. 45. numero duodecimo, libro quarto.* Et quia interlocutoria prædicta radicitus fuit inciſa, tunc ad merita cauſæ deuentum fuit coram eodem Auditore, iuxtà annotata, per *Bald. in capit. vt debitus, de appellat. in initio, & latius dixi, in deciſ. 6. in fin. inter ciuil. ſuper quibus etiam Dominus Marquardus obtinuit. Thomas Triuiſanus, &c.*

EPITOME.

An, & quo caſu contrà propriam confeſſionem admittatur probatio.

SVMMARIA.

1 *Contrà propriam confeſſionem quis non auditur, fallit, vt num. 10. 11. 12.*

 2 *Sta-*

2 *Statuta municipalia ſeruãda in deciſionibus cauſarum.*

3 *Reus in probandis exceptionibus ſuis ſit Actor.*

4 *Articuli impertinentes, parte ſic inſtante non debent admitti.*

5 *Contrà confeſſionem geminatam aliquis non auditur.*

6 *Confeſſio geminata dicitur deliberata.*

7 *Clauſulæ in inſtrumento appoſitæ celebrato cum mulieribus, nihil operantur.*

8 *Actor ſequitur forum Rei.*

9 *Contumacia æquiparatur conſenſui.*

13 *Perſonæ Eccleſiaſticæ non poſſunt conueniri coràm iudicibus ſecularibus.*

14 *Perſonæ Eccleſiaſticæ ſecundum Canon. debent iudicari.*

15 *Articuli in dubio ſemper admittuntur.*

DECISIO V.

MONIALES Sanctæ Marthæ Venetiarum, quæ in Apocha confeſſæ ſunt recepiſſe ducatos trecentos, pro ingreſſu Dominæ Mariæ Piſani: mo-
2 dò venientes † contra ipſarum confeſſionem, non debent audiri, iuxta tradita per *Bald. in leg. generaliter, Cod. de numero pec. numero 1. & ſequ.* tanquam contrà factũ proprium, *l. poſt mortem, ff. de adopt. l. per fundum, ff. de ſeruit. ruſtic. præd. leg. ſi creditoribus, C. de ſeruo pign.*

pignor. dat. man. l. filios, Cod. de reuocat. his, quæ in fraud. cred. leg. cum profitentis, Cod. de reuoc. donat. Abba. in cap. diuerſis fallentijs, ne ſede vacan. numero fin. in fin. niſi probaretur error ſcripturæ per conſimilem ſcripturam, vt notat. *Baldus in allegata l. generaliter, Cod. de non numer. pec. numero primo, vbi Bartol. numero nono, & idem Bartol. in l. 3. §. ſed hoc, ff. de probat, & præſumptionibus, numero ſecundo,* aliàs non debent audiri, prout conſuluit *Menoch. inter conſil. Deſid. Guid. in cauſa Contarena legitimit. conſilio octauo, numero vigeſimo quarto, & Grat. conſil. 53. numero primo, & ſequ. volumine primo,* nam ſemel à ſe approbatum, non debet improbare, *leg. Pomponius, ff. de negot. geſt. l. cum mulier, ff. ſolut. matrim. l. ſi vxor, §. fin. ff. ad leg. Iulian. de adult, &c.* aliàs vtique eſſet tollere ius quæſitum parti, cum eſt Apocha receptionis D. Piſanæ, habeant ius quæſitum in ducatos trecentos, abſque alia deductione, *ex notat. per Bald. in cap. per tuas de probat. numero 4.*

Secundò principaliter, non ſunt audiendæ ſuper contentis in articul. decimo ſeptimo in ordine, cum materia quam concernit iam fuerit iudicata, ipſis monialibus actricibus, & ſponte ad cauſam venientibus, & in ipſa demum ſuccumbentibus, & ſic eis exceptio rei iudicatæ obſtare videtur, vltrà quam exceptionem, obſtant † etiam eis ſtatuta municipalia huius Ciuitatis, capitu. quadrageſimo quarto, libro ſexto, quæ ſtatuta omninò 2

 ſeruanda

ſeruanda veniunt in deciſionibus cauſarum, vbi fuit contractum. *Abb. in capitul. cum contingat, de foro competen. numero 8. & in capitul. quod clericis, eodem titul. numero 21. 27. & 37. ac in rubr. de conſuet. numero 2. & idemmet Abb. in repet. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitut. numero quadrageſimo quarto.* Et eo magis dictis ſtatutis, v-
3 ti poſſunt, cum ipſæ Moniales in probando prætenſas exceptiones ſuas, fiant † actrices, & Dominæ Piſanæ Reæ, prout tetigit *Bellam. concluſ. 635. numero primo, & Lapus, allegat. 135. numero quarto*, & tanquam Reæ pluribus vti
4 poſſunt defenſionibus, *capitul. nullus pluribus, de regul. iur. in 6.* Ideò † cùm penitus ſint inadmiſſibiles, & (vt dictum eſt,) omninò impertinentes, non debent aliquo modo admitti, ſed reijci, vt dixi ſuprà *Deciſ. 4. numero tertio & vigeſimo quinto*, potiſſimum ita parte inſtante, & concernentes materiam, cuius contrarium iam aduerſariæ confeſſæ fuerunt, quæ confeſſio, cùm emanauerit à duabus mo-
5 nialibus, omnimodam habentibus authoritatem, & fuerit † geminata, & iudicialiter de-
6 liberata, reuocari non poteſt, *gloſ. in capitul. ex literis, de diuort. in verbo admonita fuit.* † Deliberata ſiquidem dicitur quia iudicialiter fuit recepta, & etiam geminata cum in ſcriptura, tùm in præſenti iudicio, notat *gloſ. fin. in ca. ſi quis iratus. 2. quæſt. 3.* Nec magis ſollenni inſtrumento opus erat, etiam cum clauſulis vberioribus & efficacioribus, quia ſcriptum huiuſ-

huiuſmodi ſatis probat, & † clauſulæ in contràctibus cum mulieribus ſtipulatis, nihil ponunt in eſſe, vel magis ſtringunt, immò pro non appoſitis habentur. Ita ſingulariter notat *Hyppol. de Marſ. ſingul. 18. incipien. quotidiè*, propterea quatenus eademmet exceptionẽ modò appoſitam intendebant, probare debebant coram illis Iudicibus ſpecularibus agere, & velu ti actrices, & excipientes comparere, *cap. 3. de foro compet.* Nunc autem quod lata eſt ſententia ipſis monialibus non opponentibus, ſed conſentientibus, (ſcilicet in earum contumaciam,) quæ contumacia † æquiparatur conſenſui, vt idem *Marſ. ſing. 12. incipien. noſti in fin.* Ideo his omnibus concurrentibus, iſtæ Dominæ Piſanæ inſtabant pro reiectione articulorum prædictorum concernentium de directo contrarium confeſſioni ipſarum monialium, & ideo non audien. tanquam venientes contra propriam confeſſionem, & factum proprium.

7 8 9

Ad prædictarum oppoſitionum reſolutionem, pro parte monialium dicebatur, quod † contra propriam confeſſionem admittitur probatio, maximè quando ex illa probatione declaratur confeſſio, non autem omnino infringatur, vt notat *gloß. in capitulo cum dilecti, in verbo dilapidatione, de accuſat. & ibi Abb. numero 4.* tanto magis cum declaratio nihil de nouo faciat, ſecundum eundem Abbatem, *in capitulo Paſtoralis, de exceptionibus. nume. tertio, & in capit.* 10

ex parte de conſuetudine numero quarto, & gloſ. in capitu. ſi quis viduam, 33. diſtinct.

Nec etiam eis obſtat prædicta confeſſio, attento, quod ſic generaliter facta fuit per errorem, de quo errore intendunt docere, quod
11 fieri poteſt, † *c. fin. confeſſ. & tradit. & Bartol. in l. cum falſa, Cod. de iuris & fac. ignoran. numero decimo, l. non fatetur, ff. de confeſſ. & l. error, Codic. eod.* Vltrà quod huiuſmodi confeſſio facta fuit per mulierem, quæ non præiudicat, niſi habeat ſolennitates, de quibus *in lege antiqu. Codice ad Velleianum, vbi Bartolus.* Et cum prædicta mulier iam dictam confeſſionem fecerit, veluti adminiſtratrix dicti ſui Monaſterij, non præiudicat ipſi Monaſterio, quandò docetur de errore, vt *Abb. in capitulo fin. de confeſſ. numero 4.*

12 Additur præmiſſis, † quod quando confeſſio emanauit ſine ſcriptis, tunc contrà prædictam confeſſionem admittitur quis ad probandum, per omne genus probationis, & tunc dicitur facta ſine ſcriptis, quando in ſcriptura, ſeu inſtrumento non eſt appoſita clauſula, quòd hoc actum eſt inter partes, vt fieret inſtrumentum in ſcriptis. Hanc theoricam tradit *Bart. in leg. generaliter, Cod. de non nu. pec. nu. nono, decimo, vndecimo & duodecimo, & ſequitur Abb. in cap. per inquiſitionem, de elect. numero duodecimo.*

Vndè etiam prædicta ſententia, nullum effectum

effectum contra eaſdem moniales parere poteſt, cùm fuerit à foro ſęculari, id eſt à non ſuo Iudice lata, vt tradit *Abb. in capit. noſtram, de conſuetud. num. primo & ſecundo*, & latius dixi *in Deciſ. criminal. Deciſ. decima, numero ſecundo*, & eo magis, cum lata eſſet contra ius ipſius monaſterij, & ſic contra Eccleſiam. Idem *Abb. in capi. licèt, de probation. numero vigeſimo tertio*, quæ perſonę eccleſiaſticæ, † nec citari coràm ſæcularibus poſſunt, & citatæ comparere non debent, Bartol. *in repet. l. 2 num. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ierit.* 13

Nec obſtat aſſertum ſtatutum eiuſdem Ciuitatis Venet. † nam perſonæ eccleſiaſticæ debent ſecundùm Canones iudicari, non autem iuxtà alias leges, aut ſtatutà, vt *Specul. in tit. de diſput. & alleg. §. 5. nume. 4. vt Bart. in l. 2. C. quæ ſit long. conſuet. numero trigeſimo quarto.* 14

Ex quibus omnibus videntur ſublatæ oppoſitiones ſuprà allegatæ, vnde ipſe moniales debent audiri contrà ipſarum confeſſionem, & articuli ſui admitti, qui † ſemper in dubio admittuntur, cum Clauſula, ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum. *Abb. in capitul. cum contingat. de offic. deleg. numero duodecimo*, & latius dixi *Deciſio. quarta, numero vigeſimo tertio*, & tandem contrà Moniales iudicatum fuit. Thomas Triuiſanus, &c. 15

EPITO-

EPITOME.

An Iudex grauaminis coram quo etiam de negotio principali actum fuit, debeat de grauamine prius, ſeu de toto negotio principali cognoſcere.

SVMMARIA.

1 *Iudex de eo iudicare debet, de quo fuit formatus proceſſus.*

2 *Poſt terminorum omnium obſeruationem, nil producere poteſt vnaquaeq; pars.*

3 *Citatio ad ſententiam non eſt neceſſaria, quando prius pars appellauerat.*

4 *Nullitates, conſtito de bono iure, non attenduntur.*

5 *Officium Iudicis exuberat in matrimonialibus cauſis.*

6 *Pendente appellatione à parte interpoſita, debet Iudex à quo, ſuperſedere, donec per Iudicem, ad quem, fuerit terminatum pro vna, vel altera parte.*

7 *Per inhibitionem Iudicis, ad quem, tollitur, vel ſuſpenditur iuriſdictio Iudicis à quo.*

8 *Ad ſententiam audien. requiritur citatio, aliàs ſententia nulla eſt.*

9 *Attentata quandocunque poſſunt reuocari.*

10 *Cognito de grauamine appellato, cognoſcit etiam Iudex de toto negotio principali.*

DECI-

DECISIO VI.

PRO vna parte dicebatur in vna Vtinen. quod cum cauſa iam diu fuerit, & ſit inſtructa per partes hinc indè ſuper negotio principali: ad deciſionem eiuſdem negotij, in primis, & ante omnia deueniendum erat: quia † de qua re cognouit Iudex, & 1
de qua fuit formatus proceſſus, de ea etiam iudicare debet, *l. quare, ff. de Iudic. & Deſid. Guid. conſil. 6. num. 1.*

Secundo, quia † ſubſecuta inſtructione 2
cauſæ, cùm partes produxerint, & propoſuerint quicquid producere, vel proponere intendunt, pro iuſtificatione prætentionum ſuarum, prout partes præfatæ produxerunt, & propoſuerunt, tunc Iudex ad expeditionem ipſius negotij, & prolationem ſententiæ, etiam abſque alia citatione deuenire poteſt, ex quo partes, nil aliud vltra deducta in proceſſu allegare poſſunt, *Doctores in capit. conſuluit, de offic. & pot. Iudic. deleg. vbi Abb. & alij, & Afflict. Deciſ. 183. num. 6.*

Inſuper † citatio non fuit neceſſaria, nec 3
citari debuit. N. ad ſententiam, ex quo anteà ab aſſerto grauamine appellans, non eſt citandus. *Vantius in tit. quibus mod. ſententia, null. defen. numer. 113.*

Vltimò, præſuppoſito, † non tamen con- 4
ceſſo, quod iſta ſententia Iudicis, à quo, foret

defectui

defectui citationis obnoxia, cùm tamen notoriè liqueat eandem ſententiam quò ad merita cauſæ in ſe iuſtitiam continere, prout etiam in prædictis allegationibus copioſè comprobatum extitit, à Iudice appellationis confirmari poteſt, *Alexand. conſilio 67. Viſo themate, libro ſexto, & in conſil. 79. perſpectis, lib. 2. & conſil. 111. Viſo themate, libr. quinto, & latè Vantius in titulo quibus mod. ſententia nulla defen. poſ. numero 129. verſicul. erit etiam conſilium, cum ſeque. Crauet. conſilio 270. in fin.* Poteſt itaque, & debet Iudex reiecta prætenſa nullitate, præfatæ ſententiæ, eandem quoad merita, proceſſus confirmare, vt docet idem *Alexand. conſil. 53. Quæritur libro quinto, & Deciſ. conſilio 483. Pro reſolutione, numero 8.* vel etiam prætenſam nullitatem declarare, & ſentẽtiam eandem quoad merita confirmare, prout tradit *Baldus in leg. eos, colum. 3. verſic. quærunt Doctores, Codic. de appellat. & idem Vantius eod. tit. num. 133. cum ſeq.*

5 Et præmiſſa † procul dubio procedunt in cauſa concernente materiam matrimonialem, qualis eſt iſta, in qua quidem cauſa officium & arbitrium Iudicis latè exuberat, *capit. fi. de re iudic. cum ſimil.*

6 Ex altera verò parte dicebatur, quod † ſtante interpoſitione appellationis, ſuper illo articulo, dictus Iudex, à quo, non poterat ad vlteriora procedere, ſed ſuperſedere debebat, quouſque per Iudicem, ad quem, aut approbata, aut reiecta fuiſſet cauſa dictæ appellationis,

nis,ita voluit *Hoſtienſ. in Sum. de appellat. verſic. quis ſit effectus, vbi allegat text. in capitul. paſtoralis, §.præterea quaſi in fine, de offic.& pot. Iudic. deleg.*

Secundò non † ſolùm ratione interpoſitionis prædictę appellationis ſentẽtia eſt nulla, verùm etiam ex alio magis morali capite, pariter nulla iudicanda & declaranda venit, id eſt quia lata fuit, poſt inhibitionem ſuperioris, ſuſpendatur illicò inferioris iudicis iuriſdictio, ideò per non iudicem lata fuit, & vt talis debet declarari, *Rota deciſ. prima, numero 6. de appellat. in nou. & capitu. non ſolum, de appellat. in 6.* & à contrario ſenſu probatur ex *dicta deciſion. Rota ſeptuageſima quinta, numer. primo, de appellat. in antiqu.* 7

Tertiò ad † audiendam huiuſmodi ſententiam non fuit pars citata, ideò nulla, etiamſi principis eſſet, *Clement. Paſtoralis, de ſententia, & re iudic. & capitulo venerabilem, de elect. vbi Abb. numero quinto, & Franc. Aret. conſilio 164.* Cum igitur † in quacunque parte iudicij attentata poſſint reuocari, *Rota dec. 6. nu. 1. vt lite penden. &c. in antiq.* vtiq; dicta ſententia vti attentata reuocari debet, & ſuper negotio principali poſtea mandari ad vlteriora procedi, vt *Afflict. Deciſ. nonageſima octaua, numero tertio, & Veſtrius in libro octauo, capit. quarto, numero trigeſimo primo, vt Deciſion. quarta, in fin. inter ciuil.* Et ſic fuerunt attentata reuocata, & ſuper meritis pariter pro eadem parte deciſum. Thomas Triuiſanus, &c. 8 9

EPITOME.

Electio iudicis ad quem ſpectet in ſecunda inſtantia, quandò actor à mitiori, reus à grauiori ſententia appellauit, & plures poſſunt eſſe iudices.

SVMMARIA.

1 *A ſententia diffinitiua datur appellatio.*
2 *Iudex tenetur deferre diffinitiua, aliàs puniendus eſſet.*
3 *Metropolitanus eſt iudex appellationis ſuorum Suffraganeorum.*
4 *Vterque comparens appellando, poterit coràm diuerſis iudicibus appellationem ſuam proſequi, & num. 7.*
5 *An valeat appellatio omiſſo medio, & num. 8.*
6 *Electio iudicis ſpectat ad actorem.*
7 *Iuriſdictio ſuperioris abſorbet iuriſdictionem inferioris.*

DECISIO VII.

IN vna Torcellan. criminali, in qua Reuerendiſſ. Dominus Carolus Piſaurus bonæ memoriæ Epiſcopus Torcellan. ſententiauerat quẽdam Plebanum de Muriano eiuſdem ſuæ Torcellanæ Diæceſis, & ipſum repertum culpabilem condemnauerat

in certa

In certa pœna, à qua ſententia tanquam iniuſta & iniqua, fuit pro parte Plebani ad Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Dominum Ioannẽ Triuiſanum Patriarcham Venet. & Eccleſiæ Cathedralis Torcellan. Metropolitanum, appellatum, & de nullitate dictum. Querelans verò à mitiori ſententia pariter appellauit ad Legatum, ſeu Nuncium Apoſtolicum Venetiarum, & appellationes huiuſmodi, vna & eadẽ die & hora, fuerunt interpoſitæ, & vtraque parte reſpectiuè citata & inhibita, fuit dubitatum, quiſnam ius dicere deberet, Legatus Apoſtolicus, vel Patriarcha Venetiarum. Dicebat Plebanus querelatus, ſentẽtiatus, & appellans, Patriarcham Venetiarum fore Iudicem competentem appellationis in hac cauſa, vti iudicis à quo, Metropolitanum, quia ap- 1
pellauit, & ab eius ſententia diffinitiua datur appellatio, *eodem titulo de appellationibus, & lib. 6.* 2
& l. 1. ff. de appellat. & Cod. eod. vltra, † quod etiã iudex appellationi prędictę detulit, qui ſi non detuliſſet, foret puniendus, *per text. in capit. de priore, de appellat. & cap. cum appellationibus, de appellationibus in ſexto*, & leges ipſæ appellationi prædictæ detuliſſent, *l. quoniam iudices, Cod. de appellationibus, l. ſi cuius, ff. de appellat. recipiend.* Videtur ergo, quod primò cauſa huiuſmodi appellationis eſt deuoluta. Secundò, quòd Pa- 3
triarcha ipſam cognoſcere poteſt, & debet, quia, ad ipſum vti Metropolitanum fuit appellatum, & † Metropolitanus eſt iudex com-

petens appellationis ſuorum Suffraganeorum, *cap.1.de offi.legat.* Præſertim cum ipſe Plebanus intendat appellationem ſuo nomine
4 interpoſitam, velle proſequi coràm ipſo:† quod vtique videtur ſibi eſſe de iure permiſſum, *iuxta tex.in c.ſi duobus, de appellat.in verbo, ſu-*
5 *per eodem negotio, vt ibi Doct.& Abb.† præſertim, nu.* 1.eoque maximè, cum querelans non poterat omiſſo medio, id eſt Patriarcha Metropolitano appellare immediatè ad Legatum, *ut l. imperatores, ff.de appel. l.1.§.ſi quis, ff.eod.& late Petrus de Beneintendis, in Bononien. Dec. 96. nu. 1.* quod quidem nedum de iure Ciuili procedit, iuxtà ſuperius allegata, ſed etiam de iure Canonico, *vt Ioan. And. Anton. de Butrio, in capit. antiqua, de priuileg. vt ibi gloſ. fin.*

6 Ex altera verò parte dicebatur per querelantem, quod † electio iudicis ſpectat ad actorem, quando maximè reus ſortitur plures iudices, *gloſ. in c.dilecti filij, de foro compet. verſicul. vbi domicilium, & Abb. in capitul. cùm ſit generale, eodem titul. numer. 2. Abbat. in capit. primo, numero quarto, de officio. legat. & Franc. in capitul. primo, §. contrahentes, de foro compet. in 6. numero ſecundo, Felyn. in capit. dilectus, el. 2. numer. 10.& ſequen. de reſcript. Baldus in l. cum clericis, Codice de Epiſcopis, & cleric. numero primo. Bartolus in l. ſi per errorem, ff. de iuriſdictione omn. iudic. in fin. Paulus Caſtrenſ. & ibi Iaſ. in 3. not. in l. tertia, ff. de eo, quòd certo loco. Roman. conſilio 712. numero decimo tertio &*

240. Pur-

240. Purpurat. conſilio vigeſimo octauo, numero octauo, volumine 1. & latè Borgin. in Deciſ. 2. numer. 2. volum. 1.

Quæ iura nedum in prima verum etiam in ſecunda inſtantia debent habere locum, quia etiam ſi prima inſtantia poſt latam ſententiam videatur perempta, actio tamen non perimitur, niſi poſt tres conformes, & ſi actor potuit in prima, poterit & in ſecunda, in qua pariter non deſinit eſſe actor, iudicem eligere.

Reſpondetur igitur ad ea, quæ primò ex aduerſo allegabantur, quod † vterque poſsit 7 appellationem ſuam interpoſitam proſequi, verum quidem eſſe, quatenus tamen articulis appellatus differat ab eo, à quo alter appellauit, & ſic quando appellatio ab vtroque eſt interpoſita à grauamine diuerſo, vterque poteſt appellationem ſuam proſequi, ſecùs autem in caſu noſtro, in quo pro vtraque parte à diffinitiua fuit appellatum, *vt text. in l. ampliorem, in principio C. de appellation.*

Nec ea pariter, quæ ſecundo loco allegabantur, videntur procedere, vt ſcilicet † non teneat appellatio, omiſſo medio, cum iura prædicta locum ſibi vendicent tantùm de iure ciuili, vt tradit *Alexand. in l. qui Romæ, §. Seia, numero 3. & ſequent. ff. de verborum obligat.* Quæ tamen iura allegata, minimè procedunt de iure Canonico, imò contrarium verius reperitur, & quotidie ſeruatur, vt

Abb.in alleg.capit. Antiqua, de priuileg. num. 7. & 8. & idem in capit. dilecti, l. vlt. de appellat. numero 12. Et ſic fuit etiam deciſum, cum ex allegatis iuribus, tum etiam ex eo, quod appellatio fuerat interpoſita ad diuerſos iudices ſuper eadem re, quorum vnus eſt ſuperior altero, †
6 tunc iuriſdictio ſuperioris abſorbet iuriſdictionem inferioris in ipſa cauſa appellationis, vt *Abb. in capitulo ſi duobus, de appellat. nume. 3. argum. etiam capit. per hoc, de haeret. in ſexto, Specul. in titulo de appellationibus, §. nunc tractemus, verſiculo ſed pone, aliquis, ſub numero decimo tertio, & ibi Ioan. Andr.*

EPITOME.

Intellectus ad capit. Odoardus de ſolutionibus.

SVMMARIA.

1 *Lex loquens generaliter, generaliter quoq; eſt intelligenda.*

2 *In debitoribus penſionum non militat.*

3 *Nec in obligatione Camerali.*

4 *In caeteris debitoribus etiam iuratis, militat, & etiam ſuccumben. per tres conformes, & numero 5.*

6 *An teneantur cedere bonis.*

7 *An non conficiens Inuentarium, gaudeat hoc beneficio ceßionis bonorum.*

8 *Clericus vltra quàm facere poteſt, non tenetur.*

9 Cautio

9 *Cautio requiſita in d.c. eſt iuratoria.*
10 *Paupertate depreſſis, difficilis eſt fideiuſſorum inuentio.*

DECISIO VIII.

IN vna de Ampetio Cadubrij, Aquileien. Dioc. in qua fuit dubitatum, nunquid presbyter, qui ſe obligauit ad ſolutionem Ducatorum 1000. poſſet, cum non eſſet ſoluendo, excomunicari, non obſtante, quod Sanctiſs. D. N. Papæ ſupplicauerat, & obtinuerat beneficium *cap. Odoardus, de ſolutiõ.* propterea dicebatur, quòd non debebat excommunicari, quia † lex generaliter eſt in- 1
telligenda, *l. precio, ff. de publi. l. prima, §. generaliter, ff. de legat. præſt. & latè Socinus iunior in conſilio 49. numero 15. volum. 3.* & licèt multas habeat fallentias, & † primò in obligationibus penſionum, vt notat *Gom. de Annal. poſſeſſ. quæſtione* 2
35. pag. mihi 162.

Item † in obligatione Camerali, vt ex Bulla Leonis Papæ Auditoribus Rotæ directa, 3
† in reliquis verò obligationibus etiam iuratis, gaudere poteſt hoc beneficio dicti capit. 4
prout tenet *Didacus Couarunias, in ſecunda parte Variarum reſolutionum librò 2. cap. 1. numero nono.* militat † etiam poſt tres conformes, vt idem 5
Didacus loco citato, & Puteus deciſione quinquageſima ſexta, libro primo numero vndecimo, licèt Gomeſ. te-

meſius teneat abſolutè in compendium vtriuſque ſignaturæ *columna vltim.* quòd non, ſi habuerit ſcilicet iuſtam cauſam litigandi, tunc eſt admittendus, allegat *Bald. in l. 1. C. qui bon. ced. poſſ.* quando verò non videtur doloſè litigaſſe, quamuis *Salyc. in l. 1. C. qui bon. ced. poſſ. teneat contrà Bald. ibi, cuius opinion. defendit Angel. Aret. in l. nec non, & ſi quis, §. exemplo, in fin. ff. ex quibus cauſis maior. in integrum, &c.* quia tali caſu doloſus amittit beneficium legis, *vt ex not. à Bald. in cap. ex parte, de conſuet. num. 6. & 7. & in c. Sedes Apoſtolica, de reſcrip. num. 4.*

6 Item fallit, quatenus † bonis non cedat, vt
7 *Henrich Boich. hic num. 11.* & † beneficio ceſſionis huiuſmodi, quis gaudere non poteſt, qui non confecit Inuentarium, ſi agitur de hæreditate, vt *Brunus de ceßione bonorum, qu. 16.* nihi-
8 lominus † vltrà vires, & quam facere poteſt, non tenetur. *Felyn. conſil. 9. per totum* quia ſemper & in omni caſu deducenda veniunt neceſſaria alimenta, *gloſſ. Bartolus & alij, in l. miles, ff. de re iud. gloſſ. in capitul. ſtudeat, 50. diſtinct. quarum opinion. ſequitur Capel. Tholoſ. in quæſtion. 246. Felyn. in cap. cum ex offic. de præſcript. nume. 2.* Quod quidem beneficium *dicti cap. Odoardus,* militat non tantùm in clericis, verùm etiam in ſacerdotibus. *Didacus Variarum reſolut. libr. 2. cap. 1. num. 9.*

Qui autem intendit gaudere hoc benefi-
9 cio, † tenetur præſtare cautionem iuratoriam, *vt Boich hic, nůmer. 14. & Abb. in initio, & Ioan. de*

Ana. Et talis cautio neceſſario requiritur, quia ſi quis ob † paupertatem vult hoc beneficiũ, 10
quomodo fideiuſſores inueniret, & hoc colligitur ex clauſula, quę in tali reſcripto apponitur. Conſtito ſummariè de paupertate, *vt Staphil. de litteris, & cat. fol. 156.*

EPITOME.

Sponſalia liberè contracta, & ad inuicem per partes iuramento firmata, neceſſitant ad palàm contrahendum.

SVMMARIA.

1 *Sponſalia à Sac. Triden. Concil. ſublata.*
2 *Matrimonium debet eſſe liberum.*
3 *Matrimonium ad contrahendum arctant ſponſalia iurata, & quomodo.*
4 *Denunciationes fiendæ in Eccleſiis, quare introducta.*
5 *Sponſalia conſenſu tolluntur, & ex quibus aliis cauſis, vt num. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.*
12 *Sponſalia impediunt matrimonium contrahendum.*
13 *Sponſus non niſi cum ſponſa poteſt contrahere.*

DECISIO IX.

IN cauſa ſimili multoties conſului in Ciuitatibus Taruiſij, Cenatæ, Concordiæ, & Venetiarũ, & ſemper fui huius voti reſoluti

 compos,

compos, ex hac deciſione aliàs per Dom. Robertum Tanium Auditorem lata; licèt Doctores illi de partibus diuerſimodè tenerent. Dubium erat igitur, ex quo N. cum N. ſponſalia per verba de futuro contraxerat, etiam iuramento ſæpius confirmata, N. mulier matrimonium perficere recuſans, poſſit cenſuris eccleſiaſticis cogi, & compelli ad contrahendum.

Tenentes partem negatiuam, dicebant,
1 quod non, quia † per *Sac. Concil. Triden. in cap. 1. de reformat. matrimon.* ſublata ſunt ſponſalia, ex noua forma tradita ibi, & ſeruanda in contrahendis matrimonijs.

Et in omnem caſum, ſi ſponſa huiuſmodi eſſet coactá ad matrimonium contrahēdum,
2 ſequeretur, quod † matrimonium quod fieret metu, & vi cenſurarum, teneret, cui iura repugnant, *cap. de muliere, & cap. veniens, vbi Doctores, de ſponſal. & matrimon.* Et quod deficiente conſenſu, matrimonia nulla ſint, tenet *tex. in c. 1. de ſponſ. & matrim.*

3 Ex altera † verò parte allegabantur *text. in cap. ex literis Syluani, de ſponſal. & matrimon. vbi Ioan. Andr. numer. 2. Abb. antiq. numero 2. Anton. de Butrio, numero primo, Abb. num. 1. & text. in capitu. commiſſum ſupra eodem titu. & cap. requiſiuit, iuncta gloſ. fin. eodem titulo, vbi Doctores omnes, & vltra ipſos notat Botr. conſilio 40. numer. 22. Ferret. conſil. 171. per totum primæ partis,* qui omnes concludenter tenent, talem ſponſam teneri ad perfi-

perficiendum matrimonium, ad huncque effectum reſiſtentem poſſe excommunicari.

Reſpondendo ad ex aduersò allegata, vt per Concil. Trid. ſublata ſint ſponſalia, videtur totum contrarium dici poſſe; quinimò ipſe confirmaſſe, & in ſuo robore reſeruaſſe, *capit. 3. dicti Concil. Trident. de reform. matrim. Seſſ. 24. & ex Bulla Sanctiſſ. D.N. Pij Papæ V. incipien. ad Roman. ſpectat. &c. in fine Concilij exiſten.*

Imò † denunciationes intuitu ſponſaliorum fiunt; vigore ipſius Concil. quæ impediunt contrahendum, ſed non dirimunt iam contractum, *cap. ſicut ex literis, & in c. ſi inter virum, &c. de ſponſ. & matrimo.* Quod non ità in matrimonijs eſt dicendum: nam ſtante priori matrimonio, ſecundum ipſo iure nullum eſt *tex. & Doctores, in c. is, qui fidem, de ſponſal. & matrimon.* Et ideò quando Concil. *in capitu. 1. loco citato, in illis verbis, videlicet*; quibus denunciationibus factis, ſi nullum legitimum opponatur impedimentum; & non de matrimonio, ſed de ſponſalibus voluit intelligere, quia ſponſalia impediunt matrimonium contrahendum, & non dirimunt, & matrimonium dirimit ratione prioritatis temporis. 4

Nec obſtant quæ ſecundò allegabantur, quia Eccleſia cõpellit reſiſtentem, & nolentẽ ad hoc duntaxat, vt ex nolẽte fiat volens, prout communiter ſic tenent Doctores *in alle. cap. ex litteris.*

Stantibus præmiſſis, non poterat cum alio

D 5 contra-

contrahere: nam etſi ipſa ſponſalibus renunciauerat, ipſe verò nequaquam: quod † ſi ambo
5 renunciaſſent, tunc ſponſalia ſoluta intelligerentur, & non aliàs, *Abb. in c. requiſiuit, de ſponſ. & matrimon. numer. 6.* mutuo conſenſu ſoluuntur, etiam ſi ſint iurata, *cap. præterea, eodem titulo, Didacus, in prima parte, capitul. 5. quibus modis ſponſalia ſoluantur, num. 1. Hoſtienſ. in Summa, de ſponſal. & matrim. num. 10. Azo in eius Summa, eodem titul. num. 8.*

6 Item † à die ſponſaliorum contractorum citrà, &c. non fornicatus eſt, ideò non poteſt recuſare ipſum, *per tex. in ca. quemadmodum, de iureiuran.*

7 Item † nec cum alia de facto contraxit, vt *Didac. loco citato, num. 9.*

8 Item † per triennium non vagatus eſt, imò quotidie debita cum inſtātia poſtulabat matrimonium hoc perfici, *per tex. in l. 2 C. de repud. not. in l. 2. de ſponſal. ... in capitu. ſicut de ſponſal. & matrimon. vbi gloſ. in verbo ad ſtatutum terminum: Didacus loco aliàs citato num. 8.*

9 Item † neuter ipſorum religionem ingreſſus eſt, & profeſsionem regularem non emiſit, *iuxtà tex. in capit. commiſſum, de ſponſalibus & matrimonialibus.*

10 Item † non ſuperuenit, nec ex aduerſo allegabatur affinitas, conſanguinitas, aut frigiditas, de quibus text. *in cap. 1. de ſponſ. & matrim. lib. 6. vbi Franc. num. 2. & Abb. in cap. ex parte, de reſtit. ſpoliat. num. 25.*

Item

Item † non conſtabat ipſam mulierem alia primitus ſponſalia contraxiſſe, adeò quod ſtantibus primis ſecunda nulla eſſent, & cum ſpõſalia per ipſum iuuenem contracta eſſent hęc, de quibus agitur, licèt poſtea alia contraxerit, nihilominus ſtantibus primis, ſecũda ſunt nulla, etiamſi ſint iurata. *Hoſtien. in Summa de ſponſ. & matrim. num. 2. & tex. vbi Doctores, in c. ſicut ex litteris, de ſponſ. & matrim.* 11

Propterea cum ſponſalia de futuro concedantur à iure, nec per Concil. Triden. tollantur, quæ impediunt contrahendum, non tamen dirimunt contractum, *vt Diuus Thomas in ſumma, 3. par. quæſt. 43. artic. 1. & 2. vbi de Sponſalib. tractat. & ex iuribus ſuperius allegatis.* Ideò non poterit Iudex, qui ad fauorem ſponſaliorum iudicauit, licentiam recuſanti impartiri, vt poſsit cum alio matrimonium contrahere, quinimò prohibere tenetur, vt latè *Abb. poſt alios, in cap. 1. in fi. de matrim. contract. contra interdict. eccleſ.* loquendo ſcilicet de ſponſalibus non iuratis, quæ non neceſſitant ad contrahendum: dicat Euerard. *conſil. centeſimo ſeptuageſimo octauo, numero 7.* quicquid vult, vbi communem allegat, cum magis communis ſit in contrarium, vt *Hieronymus Gabriel. conſil, 186. numero 9. 10. & ſequen. volumin. 2.* ſecus autem de iuratis, vt quotidie hic practicatur: quia primæ monitionem, ſecundæ coactionem inducunt, & ita lata fuit ſententia per Magnificum atq; eximium I.C. Dominum Robertum Tanium

Tanium Burgenſem; confirmatoria prioris ſententiæ latæ per Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum D. Ioannem Triuiſanum Patriarcham Venetiarum Gentilem meum. Thom. Triuiſanus,&c.

EPITOME.

Vtrum conſanguinei, & affines admittantur in teſtimonium in cauſa matrimoniali.

SVMMARIA.

1 *Conſanguinei, & affines admittuntur in teſtimonium in cauſa matrimoniali, quando non adeſt diſparitas, cuius cognitio relinquitur arbitrio iudicis, & num. 2.*

DECISIO X.

OCCaſione ſupradictæ deciſionis
1 fuit etiam dubitatum, an † conſanguinei, & affines vtriuſque partis litigantis, ad perhibendum teſtimonium veritatis, venirent admittendi? fuit reſolutum pro affirmatiua, ex mente text. *in capitulo videtur, qui matrimonium accuſare pot. vt Ioan. Andr. ibi. num. fin. Innoc. numero primo remiſſiuè, Anton. de Butrio, num. 1. 2. 8. & 9. Hoſtienſ. numero ſecundo & tertio, & Abb. numero 6. & per tex. etiam magis clarum, in cap. ſuper eo, 2. de teſtibus*, vbi tenetur pro affirmatiua;

ſmatiua, præſertim, † quando agitur inter pa- 2
ris conditionis, quæ paritas an ſit, relinqui-
tur arbitrio iudicis, vbi *Innoc. numero 1. Ioan. Andr. numero primo & 5. Abb. antiq. numero quarto, & 5. Bald. numero 1. Anton. de Butrio, numero 1. 7. & 9. Hoſtienſ. numero tertio, Ioan. de Anan. numero 1. Abb. numero 1. Felyn. in initio. Aret. numer. 1. Mynſinger. numero 2. & latè Aret. conſilio 13. numero 10. Thomas Triuiſanus,*

EPITOME.

Vtrum teſtes tres, & mulieres, deponentes de auditu ab his, qui interfuerunt contractui matrimonij, & nunc mortui ſunt, probent ipſum matrimonium, de quo non principaliter, ſed incidenter agitur, fauore ſiquidem prolis legitimandæ tantùm,

SVMMARIA.

1 *Teſtes de auditu auditus, non probant, niſi in antiquis.*

2 *Tempus antiquum quodnam dicatur. & nume. 3. & infra num. 10.*

4 *Teſtes de auditu non probant, etiam concurrente fama.*

5 *Teſtes de auditu non probant, & quare num. 6.*

7 *Mulieres non probant matrimonium, quando requiruntur teſtes omni exceptione maiores, de qua debent articulari. num. 8.*

9 Teſtes

9 *Teſtes de auditu an probent affinitatem, & conſanguinitatem.*
10 *Probant in his, quæ excedunt ſpacium viginti annorum.*
11 *An aliquid ſit antiquum, relinquitur arbitrio iudicis.*
12 *Teſtes de auditu, quandoq; non probant, operantur tamen, vt probandi onus transferatur in aduerſarium.*
13 *Teſtes de auditu probant matrimonium, & quando.*
14 *Teſtis ſi primò extraiudicialiter vnum depoſuerit, & iudicialiter contrarium deponat, cui ſtandum ſit.*
15 *Iuramentum in teſte, non eſt de ſubſtantia.*
16 *Iuramentum partium conſenſu remittitur.*

DECISIO XI.

1 REgula iuris eſt, vt † teſtis de auditu auditus, non probet, *tex. eſt in capitul. licèt ex quadam, de teſt. & atteſt. & ibi Abb. numer. 2. Archid. in cap. hoc videtur, 22. quæſt. 5. nume. 8. Aret. conſil. 37. numero tertio & quarto. Felyn. in cap. tam litteris, de teſtibus & atteſt. numero ſecundo, in fin. Caputaqu. Deciſ. 278. numero 2. & 283. in fin. part. 3. Alexand. conſilio centeſimo vigeſimo tertio, in fin. libr. 7. gloſ. in capitul. præterea, in verbo de auditu, de teſtibus, vbi Innoc. Ioan. Andr. & alij omnes. Paul. de Caſtro, conſ. 250. incipien. Viſo, volu. 2. Alexa. conſil. 186. Viſis incipien. colum. vlt. conſ. 291. incipien.*

Excel-

Excellentiſ. colum. 2. volum. 2. Roman. ſingul. 345. incipien. Teſtimonium de auditu. Idem Roman. conſil. 424. numero 6. Hippol. de Marſ. conſil. 76. num. 25. & 26. Dec. conſil. 272. numer. 3. & idem Marſ. in pract. crimin. §. examinanda, numer. 28. & 29. & idem Marſ. ſingul. 371. incipien. Teſtis, & ſingu. 557. incipien. Tu ſcis.

Et quod non probet niſi in antiquis, notat *Abb. in alleg. cap. licèt ex quadam, de teſtibus, & atteſt. numero tertio. Innoc. in c. veniens, de verborum ſignificat. numero 2. Felyn. in cap. tam litteris, de teſtibus, & atteſt. numero 2. in fin. Bald. in l. cum ſuper, Codic. de rei vendicat. numero 2. & idem Bald. in authen. quas actiones, C. de ſacroſanct. eccleſ. numero 18. & text. in l. ſi arbiter, ff. de probat. vbi gloſ. 1. & Bald. num. 2. & 3. Ioan. Andr. in allegato cap. licèt ex quadam, de teſtibus, num. 3. Archid. in allegato c. hoc videtur. 22. queſt. 3. numer. 3.* Et hanc eſſe magis communem opinionem tenet Gabriel. *in titu. de teſtibus, concluſ. 3. numer. 3. & per eum ibi iura allegata, & Dec. eleganter conſuluit, in conſil. 321. num. 8. par. 2.*

Quæ † antiquitas, ſeu tempus antiquum intelligitur, quando eſt centum annorum ſpatium, vt tenet *Crauet. de antiquit. temporis, parte 1. num. 5. & per ipſum ibidem annotata, & ſequitur Decian. conſil. 21. num. 28. libr. 1. & per ipſum citatos. Riminal. iun. conſil. 23. numer. 179. lib. 1. & conſil. 225. lib. 2. & Cacheran. Deciſ. Pedem. 137. num. 8. & Abb. in capitulo, licèt ex quadam, de teſtibus, numero 3.*

Non deſunt tamen qui tenent, quod † tem-
3 pus antiquum dicatur, quando agitur de fa-
ctis ſuprà quadrageſimum annum, vt *Anton. de Butrio, in capit. veniens, el. 1. num. decimo de teſtibus, & in cap. per nouale, numero 16. de verborum ſignificat.* quamuis horum opininem communiter non probari, tradit. *Corn. conſil. 329. ante finem libro 1.*

4 Quod teſtimonium † de auditu etiam cum fama, non probat, niſi in antiquis, tenet. *Aret. in capit. licèt ex quadam, de teſtibus, num. 4.* ergo in caſu noſtro non probat.

5 Additur etiam ratio ſatis concludens, quæ eſt, vt teſtis, † ſcilicet de auditu, non probet, quia talis teſtis forſan ab vno tantùm, vel ab infami, ſeu ab aliquo alio omninò, qui à teſtimonio repellitur, audiuerit, & ſicuti ſi ipſe viueret, non probaret, ſicque deponens, de eiuſdem auditu, non debet probare, *text. ita in terminis, & omninò videndus eſt in ſæpè allegato capit. licèt ex quadam, de teſtibus, vbi Doct.*

6 Alia etiam adducitur ratio, quod † ſi teſtimoniũ huiuſmodi valeret, ſequeretur, quod teſtis non iuratus probaret, ſed conſequens eſt falſum, ergò & antecedens: namque qui deponit de auditu alterius, quamuis iuratus deponat, ille tamen à quo probatio; ſeu aſſertio illa deſcendit, non iurauit, ſed ita extraiudicialiter depoſuit, propterea teſtimonium huiuſmodi non debet admitti, quia vt dictum eſt, à teſtibus non iuratis depoſitio huiuſmodi

di deſcendit. ita notatur *in capitul. cum olim, in verbo quærendum, de priuileg. vt ibi Abb. & capit. tuis de teſtibus. l. iuriſiurandi, C. de teſtibus.*

Quæ concluſio adeò vera eſt, quod etiam procedit in cauſis ſummarijs, vt tenet *Bartol. in extrauagan. ad reprimendum, in verbo ſine figura, propè finem,* & militat etiam in perſonis religioſis, qui non iurati, non probant, vt voluerunt *Hoſtienſ. Ioan. And. Abb. & cæteri, in c. teſtimonium, de teſtibus.*

Quod quidem teſtium iuramentum adeo neceſſarium eſt, vt ſi teſtis vno die iurat, altero verò die deponit, vt teſtis, attenditur tempus iuramenti, non autem depoſitionis, prout indicat practica vbique, & vt voluit *text. in Clemen. 1. de offic. deleg.* & propterea teſtimonium huiuſmodi non debet probare.

Et eo maximè, in † cauſa matrimoniali, & 7 ſpeciali, in qua requiruntur teſtes omni exceptione maiores, & hanc eſſe magis communem opinionem, tenet Gabriel. *in tit. de teſti. concluſ. 8. num. 1.* de qua quidem maioritate, tenetur † actor probare medio articulorum & 8 probationum, aliàs non tenent, nec probant dicta teſtium, vt Grat. *conſilio 2. volum. 2. num. 7.* Cum itaque prædicta maioritas non fuerit articulata, imò omnes tres teſtes ſint mulieres, ideò teſtimonium huiuſmodi non videtur probare.

Quibus tamen non obſtantibus, contrarium

um putoverius eſſe tenendum ; rationibus, vt infra. videlicet.

9 Primò ſiquidem videtur, † quod teſtimonium huiuſmodi de auditu non probat affinitatem, & conſanguinitatem, *vt text. allegat. cap. licèt ex quadam, de teſtibus, & Archid. in cap. hoc videtur, 22. q. 5. num. 3.*

Secundò probat etiam in antiquis, vt ſuperius diù probatum extitit, & † antiquum tempus dicitur ſpatium viginti annorum, maximè in caſu noſtro, in quo agitur de legitimitate filiorum principaliter, & incidenter de matrimonio contracto iam per triginta annos, & vltrà, vt conſuluit *Andr. Sicul. conſilio 78. num. 4. lib. quarto, & Ferret. conſ. 49. numero tertio, lib. 1.*

10

Nec obſtant allegata ſuperius, vt tempus antiquum intelligatur ſpatium quadraginta annorum, vel centum annorum: nam diuerſæ ſunt Doctorum opiniones, pręſertim *Domini Ant. de But. & Ioan. Andr. in capit. veniens, extra, de teſtibus. & Innocent. in capit veniens, de verborum ſignific.* & nõ iuuenitur deciſio huius quæ-
11 ſtionis; Communis tamen opinio eſt, † vt relinquatur arbitrio iudicis iudicandi, quodnam ſit tempus antiquum ſecundum qualitatem temporis, & difficultatem probandi, *Menoch. de Arbit. iudic. lib. ſecundo, Centuria 1. caſu 4. numero quinto, & ſequent. Burſat. conſilio 235. numero quadrageſimo nono, libro tertio, & Hoſtienſ. numero octauo, Ioan. Andr. ad ſi. collector. Butrius, & cæteri,*

teri, in capitul. lator, qui filij ſint legitimi. Cum itaque teſtes omnes præſentes ad ipſum contractum matrimonij, mortui ſint, vtique iudex arbitrabitur nos eſſe in antiquis, in quibus teſtes de viſu habere non poſſumus de ipſo contractu, & propterea conſtat teſtimonium huiuſmodi in caſu noſtro fauorabili, probare.

Et quatenus etiam non plenè probaret, quod tamen negatur, † operatur ſiquidem, vt 12
transferatur onus probandi contrarium, in aduerſarium, ita Innoc. *in capitu. fin. de verborum ſignificat. num. 4. Speculat. in titulo de probat. §. probare, numero vndecimo verſicul. verum, & Cardin. in conſilio 74. incipien. in diſcuſſione primi articuli, columna penult. in fin. Alexand. de Imola in conſil 208. columna tertia, verſicul. nec etiam ob. in ſecundo volumine, Archid. in capitulo hoc videtur, 22. quaſtion. 5. numero tertio, Felyn. in capitulo tum litteris, de teſtibus. Roman. ſingul. 345. incipien. Teſtimonium de auditu, & Alexan. conſilio ſeptuageſimo ſeptimo, in primo volumine, numer. quinto, repetito conſil. 62. in tertio volumine. Franc. Curt. in tracta. de teſtibus, numero 68. Aretin. conſilio trigeſimo ſeptimo, numero 23. & 24. Marſil. ſingul. 557. Tu ſcis. Puteus Deciſ. 13. numero primo, & vſque in fin. libr. ſecundo, Roman. conſilio 224. circa fin. Dec. conſilio 272. Iaſ. in l. admonendi, columna quarta, ff. de iureiur,* qui aduerſarij non concludenter probando contrarium, debet iudex pro legitimitate proferre ſeatentiam.

13 Si Plebanus † qui copulauit in matrimonium adhuc viueret, ac atiam ille Zane. qui vti teſtis præſens fuit contractui matrimonij, & ambo deponerent de ipſo matrimonio, vtique ſufficienter probarent ipſum matrimonium; namque in quacunque probanda materia, teſtes duo ſufficiunt, vt Abb. *in capit. ſuper eo, in ſi. de conſanguinit. & affinit. & iuxta dictum Euangelicum, & iuris Regulam*: In ore duorum, vel trium, ſtat omne verbum, & oretenus, ac extraiudicialiter de cõtractu matrimonij depoſuiſſent iſti duo iam mortui, & poſteà iurati ſecùs affirmarent, omninò eorum primo dicto ſtandum eſſet. *Ferret. conſilio 296. num. 11.* & de ſecũdo deberent puniri de falſo. *ita Card. Zabar. in Cleme. de teſtib. nu. 11. & ibi per eum annot. Petrus de Anch. loco citato, nu. 12. Bart. in l. eos ff. ad legem Cornel. de falſ. num. 8. Abb. conſilio 52. numero 1. in prima parte. Ioan. And. in cap. non eſt ſine culpa, de regulis iur. in 6. num 11. 13. & 15. Antonius de Butrio in capit. cum in tua dioceſi, nu. 10. de teſtibus; & atteſt. Ioan. de Anan. in capit. per tuas, de probat. num. 4. & in capit. inquiſitionis, §. tertia, de accuſat. num. 7.*

14 Si primo † dicto ẽt non iurato ſtandũ eſſet, & non ſecundo, etiam iurato, & iureiurando comprobato, (vt dictum eſt) propterea probando confeſſionem extraiudicialiter ab ipſis teſtibus habitam, probatur matrimonium; nec refert ipſos teſtes mortuos eſſe, nãque etſi viuerent adhuc, & contrarium deponerent, ipſi de falſo tenerentur, & iam matrimonium

extaret

extaret probatum, perinde ſi iuraſſent. *Bartolus in leg. ſi quis legatum, numero tertio, & ſequen. ff. de falſ. & eſt commun. opinio, vt dicit Alexand. in l. edita, §. cum autem numero ſexto, ff. de edendo.*

Nec obſtat, quod illorum primum dictum non fuit iuratum, & propterea ipſis non eſſe credendum; namque breuiter reſpondetur, quod iuramentum non eſt de forma ſubſtantiali teſtium, vt Ioannes de Anan. *in capitulo tuis, numero 1. de teſtibus, & atteſt.* namque per partes poteſt remitti, quod aliàs non poſſet, ſi eſſet de forma ſubſtantiali, *l. quos prohibet, ff. de poſtul. l. 2. §, ſed omnia veremur, C. de iuramento calum. l. ſi vnus, §. illud nulla, ff. de pact.*

Et quòd † conſenſu partium poſſit remitti, gloſ. eſt notabilis, *in l. prima §. 1. in verbo, valebit, ff. de fer. capitul. tuis, de teſtibus, & atteſt. & ibi gloſ. in verbo remittatur, & notat gloſ. l. iuriſiurandi, Codice de teſtibus, & atteſtatur Bartolus in l. ſi quis legatum, numero quarto, ff. ad leg. Cornel. de falſ. Ioann. Andr. in capitul. non eſt ſine culpa, de regulis iuris in 6. numero vndecimo. Ioan. de Anan. in capit. de teſtibus & atteſt. numero primo, & numer. 2. & idem Ioan. de Anan. in capitulo primo, de crimine falſ. numero vndecimo in fin. Guid. Papa, in capitul. nuper, num. 3. de teſt. & atteſt.* Et propterea in cauſa legitimitatis, in qua incidenter agitur de matrimonio, videtur probare. Thomas Triuiſanus. 15

EPITOME.

Vertebatur in dubium, an legitimus per ſententiam diffinitiuam declaratus, debeat reſtitui ad dignitates, quas obtinebat ante illarum priuationem ſub prætextu illegitimitatis, tanquàm ſpoliatus.

SVMMARIA.

1 *Cauſa cognitio in quacunque cauſa neceſſaria.*
2 *Id, quod non apparet factum, habetur pro non facto.*
3 *Semel admiſſus debet manuteneri, fallit tamen, vt num. 4.*
5 *Spoliatus debet reſtitui.*

DECISIO XII.

IN quo quidem dubio breuiter pro affirmatiua deciſum fuit, & primò, quia talis priuatio dignitatis, de qua agitur, fuit, prout eſt, nulla: quia † cauſa non co-
1 gnita fuit proceſſum. *Abb. in capitul. 2. de ſententia. & re iudic. numero 4. Felyn. in capitul. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitut. numer. decimo quarto, Bartol. in l. prolatam, C. de ſententijs, & interlocut. omnium iudic. numero 8. 9. & 10. & in l. ex ſtipulatione, eodem titulo, numer. 3. idem Bartolus in l. iudex, Codice comminationes, epiſtolas, &c. numero primo, Dec. conſilio 544. incipien. Sereniſſimus Impe-*

perator,

rator, numero decimo ſeptimo, Capyc. Deciſ. 69. num. 35. Anchar. conſi. 167. numero 4. in fin. & Aymo. conſi. 153. num. 2. & idem conſ. 179. num. 1.

Non enim examinauit teſtes ſuper illius prætenſa illegitimitate, nec reperiuntur iura publica, ſeu alia adminiculatiua ſufficientia ad mouendum animum iudicis ad ita aliquem pronunciandum, cum † nec de teſtibus, nec de 2
iuribus exiſtentibus conſtet; propterea non fuiſſe adhibitos dicendum eſt, vt *Felyn. numer. 33. Bartolus in l. errores, Cod. de error. aduocat. numero ſecundo, & Baldus in l. abſentem, C. de accuſat. numer. 3.*

Quinimo cùm eſſet creatus Prior S. N. vti habilis, & idoneus ad illum obtinendum, & regendum, † debebat Reuerendiſſimus N. 3
ipſum manutenere in eodem Prioratu, iuxta regulam, qui ſemel placuit, amplius &c. *de regulis iuris in 6. vbi Dyn. numero 12. & tex. clariſſ. in capitulo, nulli licere, de elect. lib. 6. vbi Archid. numer. 1. Ioan. And. in initio, & Philipp. Franc. num. 1.*

Et quamuis † ex ſuperuenienti ſcientia al- 4
legatæ illegitimitatis potuerat electioné prædictam reuocare, vt notat *Archid. loco citato, & Francus ibi, num. 3.*

In tali reuocatione tenebatur ſeruare modum de quo, *in capitulo audens, de purg. Canon. & non aliàs, Archid. in allegato capitulo nulli, numero 1. de elect. in 6.*

Qui text. ibi requirit, aliquem infamatum de illegitimitate, ſi de illa ſufficienter conſtat

probatum, tunc non debere promoueri, & promotum deponi. *Hoſtienſ. in allegato capitulo accedens, de purgat. Canon. numero 5. & ibi Abb. numer. 4.*

Si tamen eſt infamatus àb æmulis, non debet attendi illa diffamatio, ſed promouetur, nec purgatio eſt indicenda, *Hoſtienſ. ibi, num. 1. & num. 4. Abb. num. 2. eod. tit.*

Et diffamatio ſi à fide dignis ꝓuenit, debet indici purgatio, *in allegato cap. recedens, Ioa. And. num. 1. Hoſtienſ. num. 4. Abb. ibi, num. 2.*

Cum itaque de illegitimitate non conſtet, nec per teſtes, nec per iura publica, nec de diffamatione à fide dignis, non debebat priuari, ſed indici purgatio, iuxta formam illius *capit. accedens, de purgat. requiren. iuramentum de credulitate, vt ibi Ioan. Andr. numero 5. Innocen. in fin. Hoſtienſ. numer. 8. Abba. numero 5. eodem titulo,* quod facilimè adimpleuiſſet, &c.

Propterea nullo ordine ſeruato, ſed nulli-
5 ter, & de facto, † ſpoliatus reſtituen. venit per *text. in capitulo, conquerente, de reſtitut. ſpoliat. prout ibi Innocen. numer. 2. Hoſtienſ. num. 3. 6. & 7. Bal. ibi, numero 2. Ioan. de Anan. numero 3. Abb. antiq. nu. 1. Ioan. Andr. numer. 1. Henric. Boich. num. 2. Bro. numero 5. Abb. num. 1. & 6.*

Quę reſtitutio facilius venit cōcedenda, ſtāte ſententia ad fauorē ipſius ſpoliati lata, parte citata, & iuris ordine ſeruato, qua pronunciatur legitimus & ideò priuatio illa, tanquàm per errorem facta, (licèt etiam iniuſtè) debet

reuoca-

reuocari, caſſari, & partes in priſtinum reſtitui, vt notat. Aret. *in capit. propoſuiſti, de probat. num.22. & Felyn. in capit. conſanguinei. de ſententia, & re iudic. num.9. & 10. Thom. Triuiſanus.*

EPITOME.

Cauſa appellationis ab interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, debet regulari tàm in appellando, quàm in proſequendo, vti diffinitiua.

SVMMARIA.

1 *Interlocutoria habens vim diffinitiuæ, vti diffinitiua regulatur, limitatur tamen, vt num.2.*

3 *Interlocutoria quid ſit.*

4 *Inter interlocutoriam, & grauamina differentia quanam ſit.*

5 *Grauamina per ſententiam iudicis illata parti, licèt aggrauent, neutiquam tamen definiunt negotium.*

DECISIO XIII.

PRO affirmatiua hac concluſione vera, eſt gloſ. *in capitulo finali de elect. in 6. in verbo, inanes. Abba. antiqu. in capitulo peruenit, el. 2. de appellat. in initio, & ibi Francus, numer. 8. idem in capitulo, vt debitus, eod. loco, num.25. Bald. in l. minoribus, C. de his, quibus vt indig. nume.7. in fin.*

 Alexa.

Alexan.ibi numero 5.& 6.Bald.in l. per hanc, Cod. de temp.appel.numero 17.Zabarella in Clem.appellanti, de appellation.num.9 & in conſilio 72.num. 11. Federic.de Senis, conſilio 198.num. quinto.Roman.conſ. 41. num.1, Rota Deciſ.1.vt lite penden.in nou.num.3.Capyc.Deciſ.1.num.21. Ioan.Andr.† tamen limitat,
2 vt ante litis conteſtationem ſit interlocutoria, poſt verò ſit diffinitiua, Abb.vero ibi tenet, vt non reguletur ex toto, vt diffinitiua, nec vt interlocutoria, ſed trahatur quandoque ad naturam interlocutoriæ quandoque ad naturam diffinitiuæ, ſecundum quod magis de diffinitiua, vel interlocutoria participat, *Felyn.in capi.ad conſultationem, de ſententia, & re iudic. & in rubr. eiuſdem tit. numero 4.* tenet, quod ſit cauſa exprimenda, quia iudex interlocutoriam, ſeu grauamina poteſt reuocare, *capit.cum ceſſante, eodem titu.* Sed in interlocutoria habente vim diffinitiuæ, per quam finitur iuriſdictio, expreſsio non eſt neceſſaria, ex quo non poteſt reuocari, *cap. ſignificantibus, de offic.delegati,* ergò antequàm videamus quid iuris ſit ſtatuendũ, ſe primum nobis obuiam offert, videreq́ue neceſſe eſt, primò, quid ſit interlocutoria habẽs vim diffinitiuæ, ſecũdò, qualis ſit, tertiò & vltimò, quid intellexerint Doctores per interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ.

3 Veniendo ad primũ dico, quod † interlotoria habens vim diffinitiuæ, eſt illa, quæ minus ſolenniter determinat cauſam, vt diffinitiua,

tiua, nam totum terminat negotium *vt Fely. in Rub. de ſententia, & re iudic. numer. 3* .minus ſolenniter, quia aliàs ſolenniter eſſet diffinitiua verè, non autem interlocutoria. Hęc igitur dicitur interlocutoria habens vim diffinitiuę.

Quò verò ad ſecundum animaduertendum eſt, quod † Iuriſconſulti in hoc diuerſimodè 4
locuti ſunt, nec differentiam aliquam fecerunt inter grauamina irreparabilia per diffinitiuam, & interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ, & nihilominus magnum inter hæc duo eſt diſcrimen: quia ſententia interlocutoria vim diffinitiuæ habens, ſententia eſt, & eſt diffinitiua, quo ad merita cauſę quia alia ſententia poſt ipſam non ſperatur, ſed dicitur interlocutoria reſpectu ſolennitatis telæ iudiciariæ, quia quandoque interloquitur iudex ante litis conteſtationem, vel poſt immediatè, & ideò ſententia interlocutoria habens vim diffinitiuæ, dicitur.

Grauamina † verò aggrauant, ſed nõ definiunt negotiũ, vtpote ſententia lata ſuper reſti- 5
tutione ad appellandum, hæc poteſt pro interlocutoria reputari habens vim diffinitiuæ, & pro grauamine irreparabili per diffinitiuam.

Si Titius petit reſtitui ad appellandum, Seius verò opponit, & iudex pronunciat reſtituendum eſſe ad appellandum Titium, hęc non eſt interlocutoria habens vim diffinitiuæ, quo ad perſonam Sei, quia adhuc diffinitiuam ſperat, ſed eſt grauamen irreparabile per

per diffinitiuam, nam pendente cauſa, Seius executionem ſententię petere non poteſt, & ſi obtinebit in diffinitiua, adhuc àggrauatus dicitur, quia poſt labores multos, expenſas, & tempus iam præteritum obtinuerit, ſic tale grauamen irreparabile dicitur, ſed adhuc ſperat ſententiam: ſi verò iudex non reſtituit, Titius habet iuſtam cauſam appellandi, tanquam ab interlocutoria diffinitiuæ vim habentis, quia aliam ſententiam (ſi non reſtituitur) nõ ſperat Titius, præſertim reſtituitur ex eo quòd cauſa iuſta reſtituendi non ſubeſt.

Hanc tamen differentiam non vidit Bellam. *concluſ.* 335. vbi vult quod in tali caſu teneatur appellare in ſcriptis, veluti in mera interlocutoria ſeruatur, & poſteà habeat vim, & affectũ diffinitiuæ, & ſic ſemel, & pluries obtinui pro diffinitiua. Thomas Triuiſanus &c.

EPITOME.

Mandatum procuratorium an per clauſulas generales appoſitas, ad non expreſſa extendatur.

SVMMARIA.

1 *Verbum, promitto, quid importet.*
2 *Clauſula de ratum & firmum habendo, quid operetur, & num.* 3.
4 *Tacens quando conſentire videatur.*

5 *Obli-*

5 *Obligatus ad aliquid, etiamſi non conſentiat, conſentire videtur.*

6 *Procurator admiſſus à parte, geſta per eum tenent.*

7 *Illud, quod non apparet dictum vel factum, habetur pro non dicto ſeu non facto.*

8 *Mandatum eſt ſtricti iuris, & voluntati æquiparatur.*

9 *Verbum aßignare, quid importet.*

10 *Clauſula generalis ſequens ea, quæ ſpecialiter ſunt præmiſſa, reſtringitur ad ea, quæ ſunt ſimilia expreßis.*

11 *Ignorantia præſumitur, niſi ſcientia probetur.*

12 *Frater non tenetur dotare ſororem.*

13 *Procurator an ſit admiſſus, nec ne? non ſpectat ad aduerſarium recipientem, ſed ad ipſum conſtituentem.*

DECISIO XIIII.

IN vna Ciuitatenſi dubitabatur, nunquid quis teneretur in proprijs bonis ſatisfacere cui procuratorio nomine promiſerat, licèt procuratori ſuo dediſſet limitatam authoritatem promittendi, obligandi & aſſignandi, &c. cum clauſulis infra ſcriptis, ob quas modo dubitari contingit.

Pro parte affirmatiua dicebatur, quod ſic, quia in mandato dedit authoritatem promittendi pro eo, & ſic conſtat de authoritate obligandi: † illa enim eſt vis verbi, promitto, 1 vt

perinde ſit, ac ſi per ſtipulationē quis obligetur, *l. ſi ſcriptum, Inſtitut. de inutil. ſtipul.* vnde oritur perſonalis obligatio, *l. ſtipulationum, la. 2. quae eſt l. 5. §. ſtipulatio, ff. de verb. oblig. & §. actionum. Inſtitut. de action.*

2 Secundò quia in eo extat † Clauſula, de ratum, & firmum habendo, in præmiſſis, & circa ea quicquid perdictum procuratorem ſuum actum, geſtum, promiſſum, & obligatum, ac procuratum fuerit, ſub obligatione bonorum ſuorum, &c. ſed vbi extat Clauſula de rato, poſita in mandato, tunc attentata per procuratorem vltrà fines mandati, illum obligāt, etſi de his ſint, quæ exigant ſpeciale mandatum. *Felyn. in c. cum olim, il. 1. num. 7. de offic. & poteſt. iud. deleg. Pariſ. conſilio 117. numero 27. in primo volum.*

3 Tertiò † clauſula illa generalis, promittens habere ratum, & firmum, quicquid, &c. extenditur, & effectum operatur vltrà caſus ſpecialiter expreſſos *l. ſtipulationis commodiſſimum, ff de verb. obligat. vbi Bartol. num. 1. l. doli clauſula, ff. eod. Socin. conſil. 251. col. 1. in fine, in 2. volum. Cranet. conſil. 345. num. 10.*

4 Quartò ſi obligatus non intendebat habere ratum, &c. † debuit ſtatim contradicere, ſed nunquam contradixit, vnde obligatus remanſit, quamuis procurator mandati fines exceſſiſſet, *cap. fi. de iureiur. in 6. Imola, in l. 2. voluntatem. num. 2. verſ. in gloſ. contradicat, ibi. Item ſecundo, quando erat verus, ff. ſolut. matrimon. Abb.*

conſil.

conſil.18.numero 7.verſi.3. dixi in 2. vol. Felyn. in d.c. cum olim,el.1 .numero ſeptimo,de offic.& poteſt. iud. delegat.

Quia † quando quis eſt obligatus ad aliquid, habetur pro conſciente, & ratificante, *l.2.& ibi gloſ.vlt.Baldus Salyc.& alij, Cod. de acquiren. poſſeſ. l.ſi. à te,ff.ſi ſeruit. vendi. Iaſ. in l. quem dotis.ff.ſolu.matrim.num. 83. in octauo caſu.* 5

Sextò, quia † ab aduerſario approbatus, & pro vero admiſſus procurator, *Bartol. in l. licèt, Cod.de procurat.num.3. & in l. inter quos, §. alieno, ff. de damno infecto.* Ex omnibus ergò his pro parte hac affirmatiua videbatur prima facie dicendum. 6

Ex altera verò parte dicebatur, quod non, quia in mandato non reperitur huiuſmodi facultas,bona ſua, & ſemetipſum obligandi, & id † quod non apparet factum, vel dictum, habetur pro non facto,ſeu non dicto, *argum.l. fin. C.de reb. credit.vbi. Corn.numero fin. Bal. numero 6.& 7.& in addit. ſuis.in verbo, ſciendum, & Bartolus ibi,numero 1.& ſequent. Salyc.numero 2.& tex. in capitu. vnico, de lit. conteſt. Felyn. in cap. quoniam contra,de probat.numero 33.Bart.& alij,in l.fi. C. de errore aduocat.* dicendum eſt, quod talem authoritatem non habebat. 7

Et eſt ratio concludens, in iureque comprobata, † namque mandatum eſt ſtricti iuris, prout conſuluit Dominus meus Riminal. iun. *conſilio quinquageſimo nono, numero quinquageſimo 1.volu. primo,* adeò, vt mandatum factum 8

factum ad vnum actum, non poſsit procurator eo vti ad alium expediendum, vt idem Dominus meus, *conſil. 11. nume. 9. vol. 1.* quia mandatum & voluntas idem ſunt, & qui facit contrà mandatum, facit contrà voluntatem, ita Dominus meus Riminal. *conſ. 81. num. 27. & 30. vol. 1. & conſ. 203. num. 67. volu. 2.* propterea, quicquid vltrà mandatum geſtũ fuit, non arctat non mandantem.

Vlterius allegabantur verba expreſſa in mandato exiſtentia, hoc eſt ad conſentiendum, promittendum, obligandum, & aſsi-
9 gnandum bona, &c. Verbum enim hoc, †aſsignare, importat delegationem, *l. delegare, ff. de nouat. & delegat.* Quandoque ſe habet loco pignoris, ſeu cuſtodiæ. *l. 1. §. antepenul. ff. de vent. in poſ. mitt. & Ioan. de Imola, in l. ab inſtituto, ff. de legat. 2 nume. 7.* Vltimò aſſignare dicitur ſapere tranſactionem Dominij, *l. 2. l. aſsignare, ff. de aſſignand. liber. l. aſsigna. ff. de verbo. ſignifi. l. Lucius, ff. de euiction. l. item, §. ſi quis, ff. de rei vendicat. gloſſa in hoc ſingularis, in l. quoties in initio, Cod. famil. hercis. & Imola, in l. 1. ff. de hared. inſtituend. numero 71. lateq; Bartol. in l. ſi conſtante, ff. ſoluto matrim. nume. 93.* Si ergo promittendo ſe obligauit, aſſignando perſoluit, & adeò ſatisfecit, vt vlterius non teneatur.

Primò, nec obſtat primum verbum illud in mandato appoſitum, videlicet ad promittendum, quod quidem verbum, promitto, ſapit obligationem, quia reſpondetur, quod vtique

vtique promiſit, & promittendo ſe obligauit, ſed illicò poſt verbum, ad promittendum, appoſitum eſt etiam verbum illud, & ad aſsignandum, quod ſapit ſolutionem, & ſatisfa-ctionem, ex ſuperius enarratis.

Secundò, non obſtat clauſula in mandato procuratorio appoſita, de ratum, & firmum habendo, &c. quia hæc clauſula, hunc non operatur effectum, & *Felyn. ex aduersò allegat. in capi. cum olim, el primo, de offic. & poteſt. Iud. delegati. numero 7.. & Pariſ.* &c. dicant, locis citatis, præſertim Felyn. de mente Anton. de Butrio, *in cap. contingit, de tranſac. nume. 7.* & hoc minimè dicit Dominus Antonius, quinimò aſſerit quod clauſula, de rato, non alterat mandatum quod eſſet penitus contrà ius, *capit. fi. de iureiur.*

Tertiò, non obſtat generalis Clauſula, promittens, habere ratum, & firmum quicquid, &c. quia clauſulę appoſitæ ſunt conditionaliter, nempe, quicquid præmiſsis, &c. † 10 Clauſula illa ſic generalis ſequens ea, quæ ſpecialiter ſunt præmiſſa, reſtringitur regulariter ad ea, quæ ſunt ſimilia expreſsis. *Felyn. in c. ſedes de reſcrip. numero 3. & Bar. in l. ſi ſeruus communis, ff. de ſtipul. ſeru. nu. 1. & in l. legatorum, § qui plures, ff. de legat. 2. num. 1.* quia non auget enarrata, nec alterat principalem diſpoſitionem, notat Dominus meus Riminal. iun. *conſil. 54. numer. 54. 55 & 62. volum. 1.*

Quartò, non obſtat taciturnitas ipſius conſtituentis: quia † vbi non probatur ſcientia, 11

ibi præſumitur ignorantia, *capit. præſumitur, de regul. iur. in 6. l. verum, ff. de probat. & latè Dominus meus Riminald. iun. conſ. 1. numer. 1. volum. 1.* ſi ideò de ſcientia non conſtat, præſumitur ignorantia, & taciturnitas in ignorantibus non excuſatur.

Quintò, non obſtat, quod tanquam hæres patris tenetur dotare ſororem, fortius vti hæres patrui, ac etiam tanquàm frater: quia re-
12 ſpondetur, quod † tanquam frater non tenetur dotare ſororem, *l. cum plures, §. fi. ff. de adminiſt. tut. vbi gloſ. in verbo alio patre, ſed benè pater, vt ibidem, &c. Bartolus in l. ſi quis, §. vtrum, ff. de liber. agnoſc. numero 3.* tanquàm hæres patris, & patrui multo minus, quia omnes ſorores æquali portione ſunt hæredes, vt ex teſtamento.

13 Vltimò dicebatur, quod † admiſſio in procuratorem, cùm non ſit, non ſpectet ad aduerſarium, quia talis poteſtas non dependet ab admittente, *Baldus in l. licèt, C. de procuratorib. numero 8. in fine, & latè Alexan. conſilio 72. volum. 4. per totum, & conſilio 174. volum. 6. numero 4.* ſed ſolummodo à mandante, vt iura ex aduerſo allegata, & pro hac parte deciſum fuit.

EPITOME.

Vertitur in dubium, an ob non vſum priuilegij, & ob vſum contrarium, licèt modo infraſcripto introductum, priuilegium prædictum ſublatum videatur?

SVMMA-

SVMMARIA.

1 Omnes tenentur ſoluere Decimas de iure communi.
2 Religioſi tenentur ad ſolutionem Decimarum.
3 Conſuetudo eſt, vt Decimæ ſoluantur.
4 Sancta Tridentina Synodus mandat perſolui Decimas.
5 Poſſeſſor in ſua poſſeſſione tuendus eſt.
6 Sine cauſa cognitione poſſeſſor non debet ſua poſſeſſione ſpoliari.
7 Priuilegium præſcribitur ſpatio quadraginta annorum. & num. 19.
8 Sententia ſi ab ea non appelletur, facit tranſitum in rem iudicatam.
9 Pro ſententia ſemper præſumitur.
10 Cauſa decimalis, dicitur cauſa ſpiritualis.
11 Priuilegij definitio.
12 Papa poteſt quem eximere ab onere ſoluendi Decimam.
13 Papa non poteſt tollere ius decimandi.
14 Actore non probante, reus abſoluitur.
15 Ius non tollit priuilegium, niſi expreſsè deroget.
16 Verba Pontificis ſunt intelligenda, vt aliquid operentur.
17 Confirmatio nil noui tribuit, ſed antiquum conſeruat.
18 Quis habens duo priuilegia, amiſſo vno, altero vti poterit.
20 Actus contrarius tollit priuilegium, & quando. num. 21. & 23. 24. 25. 28.

22 *Coacta onerum ſolutio immunitatem conceſſam non tollit.*

26 *Verbum non poſſe, quid importet.*

27 *Priuilegia voluntaria videntur ad merum vſum voluntarium.*

29 *Regreſſus quando detur ratione priuilegij.*

30 *Priuilegium perſonale ſequitur perſonam.*

31 *Priuilegio quis renunciare poßit, & quomodo.*

32 *Nemo dominus, niſi in re propria.*

33 *Initium ſemper attendendum, vt videatur an iuſtum ſit, nec ne.*

34 *Iniuſtus poſſeſſor non debet manuteneri.*

35 *Exceptio de iure tertij quæ.*

36 *Vitioſus ingreſſus, vitioſo præiudicare non poteſt.*

37 *Priuilegium quando ob non vſum tollatur.*

DECISIO XV.

PRO parte affirmatiua concernente ius Reuerendi Domini Rectoris parochialis Eccleſiæ N. prima facie videbatur dicendum, quod ſic: quia ipſe Rector habet intentionem ſuam fundatam in iure cõmuni, in conſuetudine, in Decretis, Concil. Triden. Item in ſua poſſeſſione, vel quaſi, exigendi, in qua reperitur, & in ſententia aliàs ad fauorem ſuum lata.

De iure communi ſiquidem † omnes tenẽtur ſoluere Decimã eccleſiæ parochiali, intra cuius fines, prædia, vnde fructus colliguntur, ſita

ſita ſunt, *cap. à nobis tua, de Decim. vbi Innocen. numero 1. Ioan. And. numero 1. Abb. antiq. num. 1. Ant. de de Butrio, num. 1, & 4. Hoſtienſ. num. 1. Ioan. de Anan. num. 2. Abb. numero 1. Petrus de Anchar. numero 1. hoc idem notat. Iacob. Rebuff. in l. 2. numero 7. Cod. quando, & quibus quar. pars deb. de bon. Decur. lib. 10. Ioan. de Platea, in l. omnes profugi, numero 4. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.*

A quibus † Decimis, nec prædia religio- 2
ſorum, ſeu regularium exempta ſunt, *Clement. 1. de Decim. vbi Guillelm. de Mont. Laud. ſuper. rubr. numero 1.*

Conſuetudo etiam generalis eſt, † vt De- 3
cimæ debeantur eccleſiæ parochiali, ex iuribus ſupra allegatis.

Hoc etiam ſtatuit † Sancta Trid. Synod. *in* 4
c. 11. Seſſ. 25, cui ſummus Pontifex contrauenire, nec ei derogare intendit, ex verbis in dicto priuilegio expreſſis, videlicet, habentes in his omnibus, in quibus Decretis Sacri Oecumenici Trid. Concil. non repugnant.

Tantoque magis cum dictus Reuerendus Rector ſit in poſſeſſione, vel quaſi, huius ſcilicet iuris exigendi Decimas prædictas, & † ideò 5
tuendus eſt in ſua poſſeſſione, notat *Baldus conſ. 446. vol. 3. nu. 1, & Bellon. conſ. 18. numero 24. & ſi.* adeò, † vt ſine cauſæ cognitione minimè 6
auferenda ſit illius poſſeſſio *l. fin. C. ſi per vim, vel alio modo, cap. 1. de cauſſ. poſſeſ. & propriet. & latè Borgnin. in addit. ad Deciſ 45. nume. 68. parte prima.* vbi more ſuo, multas conglomerat Doctorũ

7 autoritates,ex qua † poſſeſsione videtur ſublatum eſſe quodcunque priuilegium Religioni Carthuſienſ. conceſſum ob præſcriptionem quadraginta annorum , & vltrà , vt ex proceſſu apparet,*cap.ſi de terra, c.accidentibus.de Decim. vbi Doctores.*

8 Habet denique ſententiam pro ſe,† à qua cùm non fuerit appellatum , videtur tranſitum feciſſe in rem iudicatam, *cap.ab eo,de Ap-*
9 *pellat.in 6.& Clem. quamuis,eodem tit.*& pro † ea ideo ſemper pronunciãdum erit, notat Abb. *in cap.quoniam contrà.de probat.num.19.& ibi cæteri Doctores omnes.* Et hanc eſſe communem opinionem,voluit Antonius Gabriel.*in tit.de ſententiis,concluſ.4. numero 1.*ſic igitur ex omni capite videtur prima facie Reuerendum Rectorem de N.fouere bonum ius.

Ex altera verò,pro fauore Religionis, dicebatur contrarium verius eſſe,pluribus rationibus,& cauſis,& quia hæc queſtio eſt de de-
10 cimis,& † per conſequens ſpiritualis, notat Andr.Sicul.*in capitu. Sedes Apoſtolica, de reſcript. numero centeſimo trigeſimo tertio,* propterea diligentius neceſſaria proponũtur, vt veritas clariſsimè habeatur.

Primo enim pręmitto, quòd priuilegium
11 † eſt aliud,quam Principis beneficium contrà ius commune indultum,*argument. eorum, quæ notantur in capitulo Abbate,de verbor.ſignific. in cap. in his,de priuileg.*

Secun-

Secundò, quòd priuilegium huiuſmodi conceſſum fuit à Papa de cuius poteſtate ſacrilegium eſt dubitare. Poteſt enim † Papa 12
aliquem eximere ab onere ſoluendi decimas, *d.c. à nobis tua, de Decim. & ibi Abb.nume.2. Henricus Bohic. numero ſecundo, & alij Doctores omnes:* namque licèt Papa, vniuerſaliter † ne- 13
queat tollere ius Decimarum, poteſt tamen quibuſdam remittere, & tollere, non ideò tamen hac de cauſa tollitur ius Decimarum: ſecus ſi vniuerſaliter eas tolleret, & præceptum remitteret, ita gloſ. *in verbo, exemptus, in allegat. capitul. à nobis tua, de Decim. quam ſequitur ibi Hoſtienſ. Ioan. And. & Abba. numero quarto,* quia præceptum de Decimis ſoluendis, ſecundum Abbatem, dupliciter conſideratur, ſcilicet in quantum verſatur honor Dei, cum Deus ſibi reſeruauerit in figura vniuerſalis I
Dominij, & ideò non poteſt decima vniuerſaliter remitti. Alio ſcilicet ſecundo modo, dum reſpicit vtilitatem, quæ prouenit ex ſolutione decimarum, & ſic concurrit commodum Eccleſiarum, & clericorum, & ideò Papa tanquam Generalis adminiſtrator, & Vicarius Dei, poteſt hanc commoditatem in aliquibus remittere, diſpenſare, & indulgere, vt latè notat Franc. *in c. ſi propter, de reſcript. in 6. numero 4.*

Tertiò, quod priuilegium hoc, reſpicit particulares eccleſias, quo caſu, non venitur contra pręceptum Dei, ſed contrà conſtitutioně

Eccleſiæ. ita Antonius de Butrio, *numero 2. & 5. & Abb. ad finem, in capit. à nobis tua, de Decim.*

Quartò, quod dictum priuilegium conceſſum fuit Eccleſiæ, & Religioni.

Quintò, & vltimò, quòd dictum priuilegium reſpicit duo, Religionem ſcilicet, & illius colonos, vt ſcilicet coloni Eccleſiæ parochiali decimam non ſoluant. Secundò, quod Religio exigat Decimas à colonis ſoluere debentibus Eccleſiæ parochiali, infrà cuius fines prędia ſita ſunt.

His modo præſuppoſitis, breuiter dicendum eſt, Religionem, & fratres abſoluendos fore, & eſſe à petitis per Reuerendum Rectorem, cum nihil penitus concludenter probauerit, nec probet, ad arctandam ſcilicet Religionem ad eum in aſſerta ſua poſſeſſione cõ-
14 ſeruandum † ex Generali iuris regula, Actore non probante, &c. *vt ſupra Deciſ. 5. numero 33.*

Non obſtat ſiquidem diſpoſitio iuris communis, vt omnes teneantur ſoluere decimas, quia Papa per priuilegium particulare, nedũ Religionem ipſam exemit ab hoc onere, ſed eidem tribuit ius, & facultatem illammet Decimam exigendi.

Non obſtat conſuetudo in contrarium exiſtens, quia ſatis eſt, quòd Pontifex ita ordinauerit.

Non obſtat diſpoſitio Sacri Concilij Tridentini, *in allegato capit. 12. Seſſ. 25.* nam Sancta

Synodus

Synodus ibi, loco citato, non tollit priuilegia, immò conditionaliter præcipit Decimas ſolui, ex illis verbis in *initio d. capit. 12.* Præcipit igitur Sancta Synodus omnibus cuiuſcúque gradus & conditionis ſint, ad quos Decimarum ſolutio ſpectat, vt eas ad quas de iure tenentur, in poſterum, &c. Cùm igitur talis ſolutio non ſpectet ad fratres, & eius colonos, nec eas ſoluere teneantur, in vim priuilegiorum ſuorum: ergò Sancta Synodus non arctat ad illarum ſolutionem, non obſtante quocunque priuilegio, † neceſſaria enim erat 15
derogatio aliqua ipſorum priuilegiorum, aliàs ſtat priuilegium contra ius, ita tex. *in capit. ſi propter tua debita, de reſcript. in ſexto, & ibi Doctores, præſertim Gemin. numero 1. Ioan. Andr. numero 2. Anton. de Butrio, numero 3. 4. & ſeq. Ioan. Monach. in initio. & Petrus de Anchar. latiſſimeq́; Lapus, Abbas, num. 2. omnino vidend. & tex. notabilis in caſu noſtro, in capit. veniens, de præſcript.*

Nec obſtat, dicatur, quòd Sixtus V. P. M. confirmando priuilegium prædictum, inſeruerit hæc verba, videlicet: Habentes in his omnibus, in quibus decretis ſacr. Oecumen. Triden. Concil. non repugnant, adeò, vt nihil videatur conceſſum.

Sancta enim Synodus mandat per omnes decimas ſolui: Pontifex verò nedum ipſi Concil. derogauit expreſsè, vel tacitè, quin declarauit derogari nolle, ergò nullum ſtat priuilegium, & in vim propterea iuris communis, &

decretorum Concil. Triden. decimam tenentur ſoluere.

Huic obiectioni breuiter reſpondetur, &
16 primò, quòd † verba priuilegiorum debent intelligi, vt ſemper aliquid operentur, aliàs fruſtra Pontifex priuilegia concederet, & eius conceſsio illuſoria redderetur, quæ tamen illuſio ſemper euitanda venit, iuxtà tex. *in capit. in his, de priuileg. vbi Abb. numero 2. cap. ſi Papa, eod. tit. lib. 9. vbi gloſ. in verbo debeant, & latè Felym. in cap. fin. nume. 5. de reſcript. cap. Abbate, de verb. ſignific. vbi Abb. numero ſex.* ad quam illuſionem in Pontifice euitandam dicendum eſt, quod in illa conceſsione, verba appoſita fuerunt cauſatiuè, non autem conditionaliter *iuxta rub. ca. Abb. de verb. ſignifi. & ibi Abb. antiq. num. 3. in addit.*

17 Secundò reſpondetur, quod † priuilegium Sixti Q. P. M. non fuit ab eo de nouo conceſſum, ſed priuilegium aliàs à Ioanne Vigeſimo ſecundo, Gregorio Vndecimo, & à Pio Secundo conceſſum, fuit duntaxat confirmatum: quæ priuilegiorum cõfirmatio, nouum ius non tribuit, ſed antiquum conſeruat, ita clari ſunt textus *in capitulo ex parte el. 1. vbi Abbas. numero quarto, & capitulo quia intentionis de priuilegijs.*

Cùm autem tempore editi, Concil. Trident. ſtabant hoc priuilegium, & Concil. ipſi expreſsè minimè derogauit, & Sixtus Quintus, non de nouo conceſſit, ſed vetus conſeruari mandauit: ergò priuilegium minimè ſubla-

ſublatum eſſe videtur, † & in omnem euentum poterit vti priuilegio dictorum Pontificum (Sixti V. P. M. excluſo) iuxta text. *in cap. cum olim, de priuileg.* 18

Nec obſtat allegata poſſeſſio, vel quaſi exigendi decimas per ipſum Reuerendum Rectorem, adeo, vt quodcunque priuilegium ad fauorem ipſius Religionis Carthuſię videatur ſublatum, † ob enim non vſum præſcribitur quodcumque priuilegium, ſpatio quadraginta annorum, *capitul. ſi de terra, & ibi Dec. numero ſexto, de Decim. & gloſ. in capit. cum acceßiſſent, ad finem, de conſtit.* 19

Reſpondetur ſiquidem, quod prædicta concluſio procedit, † quando per dictum tempus priuilegiatus fecerit contra priuilegium, ſoluendo decimas quietè, & ſine lite, ita gloſſ. *in verbo contrauenerit, capit. cum acceßiſſent, de conſtit. & ibi Ioan. Andr. Antonius de Butrio, numero 16. Ioan. de Imola, numero 9. & gloſ. ante fin. in cap. accedentibus, de priuileg.* 20

Non enim † ſi priuilegiatus inuitus ſoluat, priuilegium amittit, nec illi renunciare cenſetur, quatenus compulſus eſſet ſuperioris authoritate, ſi priuilegium alleget, contrà communem: ita *Dec. in d. cap. ſi de terra, numero trigeſimo, trigeſimo ſecundo. & 33. de priuileg. & text. in l. Cura, in principio, ibi, nec ſi per vim, ff. de munerib. & honoribus*, vbi Roman. annotat, quod † coacta onerum ſolutio, immunitatem conceſſam non tollit, quod etiam procedit, 21 22

ſi pri-

ſi priuilegiatus ſic compulſus, non proteſtatur, cum propterea priuilegium non perdat, *ita Bellencin. de charitat. ſubſid. q. 61. num. 1.*

Sed cum non cōſtet de continuata poſſeſsione, vel quaſi, dictæ Eccleſiæ parochialis, quietè & ſine lite exigendi dictas decimas, ergò, &c. nam licèt priuilegiatus priuilegio nō vtatur, illud propterea non perdit, ſi interim alius non præſcribat aduerſus illud, *l. non vtilem, ff. ex quibus cauſis maior. Baldus, in cap. ad audientiam, de præſcript. numero 2.*

23 Poteſt etiam conſiderari, quòd † cum dictū monaſterium, imò vniuerſa religio Carthuſiæ, vſi fuerint dicto priuilegio in aliquibus locis, ſeu in aliquo, vel in parte, vel ſi in aliqua eis non obſtet vllus lapſus temporis, *Hoſtienſ. in d. cap. vt priuilegia, de priuileg. nu. 10. vbi etiam Henric. Boich. in d. cum acceſſiſſent, cap. de conſtitut. numer. 5. Archid. in c. neque, 16. q. 4. Dec. in d. c. cum*
24 *acceſsiſſent, de conſtit. numero 82. & 83.* † cum priuilegia habentia affectum ſucceſsiuum, vnico actu non tollantur, ſecundum Bart. *in l. fin. in fi. ff. de conſtit. & Dec. ibi, num. 83.*

25 Adhuc dico, ex alio capite poſſe concludi, priuilegiū † per non vſum, non tolli; quia illius executio repoſita eſt in voluntate ipſius Religionis, ad cuius vtilitatem facta fuit conceſsio, vt apparet ex illis verbis, videlicet. Vos poſſitis decimas percipere, & habere, quas &c.
26 vbi verbum † poſſe, non importat neceſsitatem, vt tradit Bart. *in ſua gloſ. in verbo, poſſe, in Extraua-*

trauaganti; Ad reprimedum. Importat inquam facultatem faciendi, *l. ſæpè, ff. de offic. Præſid. & tradit Angel. in ſuo trac. Suitatis, 10. quæſt. numer. 20.* 27
† Videntur enim huiuſmodi priuilegia volũtaria, & ſic ad merum vſum voluntarium, text. eſt *in d. capit. vt priuilegia, de priuil.* vbi priuilegiũ conceſſum Religioſis, vt poſsint ſepelire confratres ſuos tempore interdicti, vel quod eis venientibus ad locum interdictum, Eccleſiæ aperiãtur, per non vſum, nullo vnquàm tempore perditur, tunc autem fortè perderetur, ſi tentaſſent confratres ſuos ſepelire, vel eis dictas Eccleſias aperire tempore interdicti, & priuilegio in effectu v ſi non eſſent, prohibitione Iudicis, aliaùe de cauſa, *gloſ. penult. ad fin. Ioan. And. Antonius de Butrio, numero 16. & Abb. nume. 6. Imol. num. 9. & Felyn. in d. cap. cum acceſsiſſent, de conſtit. & ibi Dec. num. 76.* quia iſtis caſibus venientes contrà eorum priuilegium, liberè, & propria † voluntate priuilegio non vtentes, 28
imò per contrarium actum contrà illud directè, ſcienter veniendo, ſoluendo Decimas quietè, & ſine lite, vel proteſtatione ſaltem, videntur ſpacio quadraginta annorum amittere actiones ſuas, ad † quas non datur regreſſus, vt ſentit *Hoſtienſ. in capit. accedentibus, de priuileg. num 4.* 29

Non obſtat pariter, quod notat gloſ. *in Clement. 1. de Decim. in verbo, excolendis, quam ſequitur Abb. in capit. ex parte, el 1. numero 4. de decim.* dicens, priuilegium, aut eſt conceſſum terræ;

id eſt

id eſt, vt talis terra, ſiuè prædium non ſubiaceat oneri Decimarum, & tunc coloni non tenentur ſoluere Decimam, quia fructus capiuntur ex terra priuilegiata: aut priuilegium fuit conceſſum perſonis, & tunc coloni
30 tenentur ſoluere, quia † priuilegium perſonale ſequitur perſonam. *Vital. in d. Clement. 1. numero 31. de Decim. Zabarella, numer. 20. & 21.* quia reſpondetur, quòd etiam ſi intuitu perſonarum conceſſum fuerit priuilegium, tamen ipſæ terræ priuilegiatæ fuerunt, adeò, vt ipſarum cultores, nec tacitè, nec expreſsè potuerint, etiam per actum contrarium, ſcilicet ſolutionis Decimarum, renunciare pri-
31 uilegio conceſſo toti Religioni Carthuſienſ. Ad effectum † enim vt quis videatur renunciare priuilegio ſuo, Duo neceſſariò requiruntur: primum, vt ipſemet qui obtinuit, renunciet ei, & tūc ſibi renuncianti tantū præiudicat, notat Abb. *in cap. Abbate, de verb. ſignific. numero 9. & Felyn. in cap cum acceſsiſſent, de Conſtitut. numero 28. & ſeq.* at conceſsio priuilegiorum prædictorum facta fuit vniuerſo ordine Carthuſienſ. ergò vnicus colonus vnius duntaxat Monaſterij, inſcio ſuperiore ſoluendo Decimas, non potuit præiudicare Religioni.

Secundum requiritur, vt ille priuilegiatus expreſsè, vel tacitè, ſcilicet per actum contrarium ipſas Decimas ſoluendo, videatur ipſis priuilegijs renunciaſſe, vt notant Doctores

modò ſuprà allegati, ſed Religio nunquam ſoluit Decimas dicto Curato, licet de iure cõmuni teneretur, ſtante huiuſmodi priuilegio, ideò in hac parte non ſoluendi Decimas Rectori illius Eccleſiæ, Religio eſt in poſſeſſione, vel quaſi. Quò verò ad exactionem Decimæ fiendam per ipſum Rectorem contrà colonos, qui coloni neſcitur quo iure, vel decimandi, ſeu adminiſtrationis Sacramentorum, aut loco eleemoſynæ ipſi Curato certas primitias ſoluerunt, hæc ſolutio ſic facta inſcia Religione, contrà formam priuilegiorum, non debet præiudicare, niſi ipſis colonis, tunc temporis exiſtentibus, † quia in 32
re aliena, quis non Dominus, nullam habet authoritatem paciſcendi, tranſigendi, obligandi, & ſimilia faciendi, notant *Doctores in Vtroque Iur. in titu. de proc.*

Nec allegata poſſeſſio Reuerendi Domini Curati venit conſideranda, quia † eius 33
initium, quod attendi debet, de iniuſto in iuſtum mutari non debet, Iacobus de Arena, *in l. clam poſsidere, ff. de acquiren. vel amitten. poſſeſsione numero 1.*

Cum igitur initium fuerit vitioſum, ex eo, quod abſque titulo, & actione cæperit, & iniuſtum, tanquàm contra formam priuilegiorum, cum dolo, & fraude Religionis, fueritque omninò violenta, & iniuſta, aſſerta poſſeſſio † ideò non debet in ea manuteneri, 34
etiam

etiamſi data eſſet à Iudice, vel à Principe, vt Borgnin. *Deciſ. 45. numer. 9. parte 1. & in addit. ad eandem, num. 50.*

Poſſeſſio igitur Religionis eſt in non ſoluendo Decimas prædiales Rectori prædicto, pro parte Dominicali. Poſſeſſio colonorum eſt in non ſoluendo Decimas Religioni, priuilegijs in contrarium exiſtentibus, non obſtantibus. Poſſeſſio dicti Rectoris, eſt in exigendo quarteſia (vt ipſe aſſerit) ſed re vera quaſdam primitias loco eleemoſynæ, ratione adminiſtrationis Sacramentorum à colonis, vt teſtes deponunt.

Quòad primum, Religionis ſcilicet, in non ſoluendo, &c. ſtante præſcriptione multorum annorum, & iure ſuorum priuilegiorum, debent conſeruari, *alleg. capit. à nobis tua, & ſequen. de Decim.*

Quo verò ad ſecundum, hoc eſt colonorum, in non ſoluendo Religioni, &c. iſti coloni cùm ſint ad nutum amouibiles, & terræ ſint Religionis, circà hoc nulla occurrit diſputatio, quia talis ſolutio, & exactio reſpectiuè ſpectat ad beneficium Religionis, † ideò
35 hæc exceptio tanquàm de iure tertij, non ſpectat ad Rectorem prædictum, notat Felyn. *in capitulo ſuper his, de accuſat, num. 18.*

Quo verò ad tertium, ſcilicet Rectoris in exigendo à colonis Religionis, contrà formam priuilegiorum, agit ipſe Rector pro conſeruatione ſuæ prætenſæ poſſeſſionis contrà

trà eoſdem colonos duntaxat, qui aliàs ſoluerunt, & hoc ius decimandi eidem Rectori abſque cauſa conſtituerunt, non autem contrà præſentes colonos, & futuros, qui hoc præiudicium ſibi ipſis minimè fecerunt, nec terris illis facere potuerunt, quæ exemptæ & priuilegiatæ ſunt, & † ideò aſſerta poſſeſsio 36
ipſius Rectoris, ita ex omni capite vitioſa, non debet aliquo modo præiudicare non vitioſæ & iuſtę, ita notat Rayn. de Forliu. *in l. qui fundum, §. quia bona, ff. pro empt. num. 1.*

Et quod priuilegium conceſſum ordine tollatur, & priuilegium conceſſum Monaſterio, deſtructo Monaſterij Ordine non tollatur, & † quòd priuilegium non tollatur ob 37
non vſum, niſi voluntarium, illius, cui conceſſum fuit, *Abb. in cap. Abbate, de verbor. ſignificat.* & ſic etiam fuit deciſum.

EPITOME.

Libri rationum mercatorum, an in magna ſumma ſufficienter probent pro ſcribente mercatore, contrà pro tempore emptores?

SVMMARIA.

1 *Liber mercatoris probat pro mercatore, limitatur tamen, vt num. 2. 3. & 4.*

2 *Statuta municipalia ſeruantur in deciſionibus cauſarum.*

6 *Conſuetudo inducens delictum abolenda eſt.*

7 *Conſuetudo, quæ dicatur.*

DECISIO XVI.

1 PRO affirmatiua † notat Iaſ. *in repet. l. admonendi, ff. de iureiur. numero 120.* ex hac ratione ductus, quando ſcilicet aliquæ partitæ in ipſis libris reperiuntur veræ, cæteræ omnes præſumuntur ſimiles, vbi poſt nonnullos alios, allegat Angel. *in Inſtit. de actio. §. actionum autem, quaſt. 13. & latè hoc tenet Paul. de Caſtr. conſilio 301. numero quarto, incipien. Ad benè examinandum dubia, volumin. 1. Corn. conſilio 81. incipien. In hac conſultatione. numero 8. & 9. volumine quarto*, quam eſſe communem opinionem tenet *Iaſ. loco ſuprà citato, & Petrus Garſia à Toleto dicto 514.*

His tamen non obſtantibus, dicebatur ex

2 aduersò, † quod libri rationum mercatorum nullam probationem faciunt in iudicio, niſi ſtatuto caueatur, vt ipſis libris ſtandum ſit, & hanc eſſe communem opinionem defendit Viuius *opin. 136. incipien. Statutum iubens, numero 1. fol. 284.*

3 Quod quidem ſtatutum † limitatur, vt locum habeat in modica ſumma, non autem in magna, prout eleganter voluit *Andr. Sicul. in Rub. de Conſuetud. numero octuageſimo tertio.* vbi atteſtatur, ita ipſum iudicaſſe in ciuitate Ariminenſi

minenſi,in qua Ciuitate aderat tale ſtatutum, & nihilominus, niſi pro modica ſumma locum habere voluit, ita etiam accumulatiſſimè voluit *Hyppol.de Marſil. ſingul. 458. incipien.Liber mercatoris.* Quandò autem non adeſt ſtatutum, dicti libri non probant,ſed ſolummodò cum adminiculis faciunt præſumptionem, vt *Cyn. in l.inſtrumenta, Cod. de probation. numero primo, Abb.in capit.ſecundo,de fid. inſtrumentor. numero 9.* ſeu ſaltem in quibuſdam caſibus limitatis à Ripa, *in d.l.admonendi,ff. de iureiuran.numero 122. & ſequent.* in quibus nos non ſumus.

Agebatur † enim de magna ſumma, & in 4
caſu ſtatuti municipalis reſiſtentis, *conſilio 24. ex Authenticis, fol. mihi 157.* vltra Decretum Senatus, † quæ ſtatuta, & Decreta ſeruanda ve- 5
niunt in deciſionibus cauſarum illius Ciuitatis,in qua contractum fuit, *Abb. in capitulo cum contingat, de foro competenti, numero octauo, & in cap. quod Clericis, eodem titulo numero 21. 27. & 37. & in Rubric. de Conſuetud. numero ſecundo, & dixi etiam in Deciſione quinta numero ſecundo, inter ciuil.* & ita etiam fuit iudicatum, nullam fidem feciſſe in iudicio.

Nec aliqua conſuetudo allegabatur in cõtrarium exiſtens, quia reuera nulla reperiebatur, & in euentum talis exiſtentis, † tan- 6
quam contra legem communem municipalem, ſimul inducens delictum, & corruptelam,tum etiam ad delinquendum prouocando mercatores, non eſſet ſeruanda, prout

in his terminis conſuluit Bald. *conſ. 349. num. 3. volum. 5.*

7 Conſuetudo ſiquidem illa dicitur,† quæ decennalis eſt,& non obſtante quacunque lege conſuetudo ipſa ſeruetur, hoc vidente ſciente,& ſaltem tollerante Principe, non debet tamen eſſe contraria iuri diuino, vel naturali, cuius tranſgreſsio inducit peccatum, ita text. *in cap. cum tanto, de conſuetud. & ibi Innocent. Butr. Abb. Ioan. Andr. ac cæteri Doctores omnes, & latè ſimiliter Doctores, eod. tit. de conſuetud. lib. 6. Rubric. l. 1. gloſ. ibi. & Doctores ſimiliter C. quæ ſit longa conſuetudo.* Quibus omnibus in locis (licèt ſparſim) hanc concluſionem affirmant Doctores, & ſic reſolutum fuit.

EPITOME.

Quando, & quo caſu ſententia lata à Iudice ſæculari inter Eccleſiaſticas perſonas,& de rebus Eccleſiaſticis, teneat,& in iudicatum tranſeat, cuius iudicatæ rei exceptio obſtet, etiam coram Iudice Eccleſiaſtico, vt audiri non poſsit, etiam per beneficium reſtitutionis in integrum.

SVMMARIA.

1 *Exceptio rei iudicatæ impedit vlteriorem proceſſum.*

2 *Iudices ſæculares cognoſcunt de bonis Eccleſiaſticis in poſſeſſorio, & proprietate, & exceptio rei iudicatæ*

dicatæ obſtat in Eccleſiaſtico, & numero 3.

4 *Actor, qui ſuccubuit non poteſt audiri, etiam per beneficium reſtitutionis in integrum.*

DECISIO XVII.

CONuentus Sancti Stephani Venetiarum ordinis Heremitarum Sancti Auguſtini, hæres in vim teſtamenti quondam D. Leonardi à Volta, adiuit Dominos Iudices ſeculares, cauſa ſe immittendi in poſſeſſionem certorum camporum. Rector, & Clericus dicti loci, prætendentes magnam partem dictorum camporum eſſe de ratione ſuæ Eccleſię, comparuerunt coram eiſdem Iudicibus, & inſteterunt reuocari poſſeſſum, ſeſeque immittere: hac occaſione, mota lite inter ipſos ſuper proprietate dictorum camporum, dicti duo Rector ſcilicet & Clericus, ſuccubuerunt, & ſoluerunt expenſas. Poſt curſum annorum xxvj. dicti, Rector & Clericus, hanc eandem actionem intentarunt coràm Iudice Eccleſiaſtico: contrà quam quidem actionem, pro parte Conuentus oppoſitum fuit eiſdem obſtare † exceptionem rei iu- 1
dicatæ, impedientem vlteriorem proceſſum, *l. fundum, l. fundi, ff. de except. l. 1. l. ſi a te, §. ſi quis, l. cum quæritur, & ſequ. ff. de except. rei iud. Capyc. Dec. 122. numero nono*, quia ſuper eiſdem lata fuit ſententia diffinitiua, quæ etiam fecit tranſitum in rem iudicatam ob lapſum xxvj. anno-

rum ,*cap. licèt, de ſententia excom. in ſexto & Bellam. Dec. 207. numero tertio.* Et quamuis ex aduerſo allegetur incompetentia Iudicum, ſuper qua tantùm fundata omnimoda eorum
2 defenſio, dicebatur tamen, † quòd ipſi aduerſarij vti tunc actores, tales in Iudices competentes elegerunt, & in odium ipſorum, ſententia prędicta viribus ſubſiſtere debet, fruſtraque legis auxilium implorat, qui in legem committit, *l. non dubium eſt, C. de legibus.* Dicebatur etiam, quod in tali cauſa, ſcilicet poſſeſſorij, in qua etiam incidenter fuit deductum iudicium petitorium, & aſſertum modò allegatum ſpolium, Iudices ſęculares competententes fuerant, vt *Guid. Papa Dec. 1. per totam, & Dec. 85. num. 1. Afflict. Dec. vigeſima quarta, numero 1. & Boer. Deciſ. ſexageſima nona, numero ſeptimo.*

Et cũ de eadem re inter eaſdẽ perſonas actũ
3 fuerit per Iudices ſęculares, † debet exceptio iudicatæ eiſdem vtique obſtare, *per tex. in c. fi. de except. in 6. vt Franc. numero quarto*, cuius intellectus colligitur ex traditis *per Fed. de Senis, conſ. 90. incipien. Caſus talis eſt, quidam &c. relat. à Ferret in conſil. centeſimo octuageſimo octauo, numero quarto, vol. 1.*

4 Nec † per beneficium reſtitutionis in integrum audiri poſſunt, cũ in illa ſententia fuerint, vt modo eſſe volunt, Actores, ita conſuluit Curt. iun. *conſilio decimo octauo, numero 1.* & ſic fuit deciſum.

EPITO-

EPITOME.

An Capitulum Canonicorum ſuccedat in funere Epiſcopi mortui.

SVMMARIA.

1 *Quarta portio funeralium competit Curatis, & quare, num.2.*

3 *Epiſcopus æquiparatur peregrino, & quomodo num.4.*

5 *Clericus intelligitur habere domicilium vbi tenetur reſidere. Limita tamen vt numero ſexto, octauo & nono.*

7 *In pari cauſa potior eſt conditio poſſidentis.*

8 *Tacitè conſentiens an iuri ſibi competenti dicatur renunciaſſe.*

9 *Epiſcopus manens in quocunq; loco, dummodò in Diœceſi ſit, intelligitur manere, & reſidere in Cathedrali Eccleſia.*

10 *Preſbyteri omnes Diœceſani tenentur ad mandata ſui Epiſcopi.*

11 *Quod fit ſeruitutis gratia, non meretur mercedem.*

12 *Cathedralis Eccleſia tenetur ad funeralia ſui Epiſcopi, ſubſiſtente ipſius ſui prælati inopia & paupertate.*

13 *Cathedralis Eccleſia, & Epiſcopus vnum corpus extant.*

DECISIO XVIII.

Præſuppoſito in facto, quod Reuerendiſs. Carolus Piſaurus bonæ mem. olim Epiſcopus Torcellanus, & eius anteceſſores Epiſcopi, elegerint ob aeris Torcelli in ſalubritatem cunctis manifeſtam ſibi ſedem & larem, ac domicilium Muriani, ibi cum familia ſua habitando, ac quod Reuerẽdiſs. Epiſcopus Piſaurus iam à triennio conduxerit domum Muriani, pro ſua ſede, & habitatione per decennium, in parochia S. Saluatoris, prout per biennium ibidem habitauit, recepitque cum familia ſua, dum ibi moratus eſt, Eccleſ. Sacramenta, à Curato, ſeu Plebano parochiæ prædictæ.

Item quod ob commodiorem curationem infirmitatis Venetias delatus eſt, paucis ante diebus, quàm obijt, in domum habitationis ſuæ ſororis in Parochia Sanctorum Apoſtolorum, relicta familia, & bonis ſuis mobilibus, ac ſupellectile in domo conducta Muriani.

Et quod etiam hic Venetijs idem Curatus in vltimo vitæ eiuſdem Reuerendiſsimi Epiſcopi, miniſtrauerit illi eccleſiaſtica Sacramenta, extremamque ei vnctionem contulit, animamq; Altiſsimo commendauit, & agonizanti aſtitit, ac alia fecit & operatus eſt, quæ ad eius ſalutem, & officium Parochi pertinebant, quouſque obdormiuit in Domino.

Et

Et prędicta ſcientibus, ac patientibus, aut ſaltem tacitè approbantibus Canonicis, & capitulo Eccleſiæ Torcellanæ.

Exiſtentibus igitur his veris, nullum ius, nullaque actio competit Reuerendis Canonicis, & Capitulo Torcellano, petendi cæras à dicto Curato ex cauſa funeris huiuſmodi obtentas: nam clarum eſt in iure, quod ipſum Capitulum, & Canonici non erant ipſius Epiſcopi Curati, cùm eſſet ſuperior eorum, ac propterea non competit eis tanquàm Sa- 1
cerdotibus † Curatis quarta portio funeralium, vt eleganter, & in caſu conſimili, reſpondit Anchar. *conſ. 186. num. 1. & 2.* 2

Secundò † emolumenta iſta Sacerdoti Parochiali, à quo Sacramenta Eccleſiaſtica recepit ratione ſui laboris abſque dubio debentur, cùm operarius ſit dignus mercede ſua, per text. & per à Doctoribus ibi notata, & præcipuè per Abbat. & Ancha. *in c. 1. extrà, de ſepult. & idem Abb. in cap. cum ſuper, num. 9. eod. tit. ibi*, quia inquit, hæc portio, ſcilicet Canonica, datur ratione laboris, & ſit ſocia conſolationis, quę fuit paſſionis, loquendo ibi contra Eccleſiam Cathedralem, quæ illam vendicabat, in cuius portionis locum ſuccedunt hodie hæc emolumenta, quia illa portio amplius non datur in his locis. 3

Tertiò videtur † Epiſcopus comparari peregrino alicuius Ciuitatis, qui in ea non habet ſuperiorem Curatum, & tamen ſi à pre-

ſbytero parochiali Sacramenta recepit, ius funerandi ſpectat ad eum, non autem ad Eccleſiam Cathedralem, ex doctrina Abbat. *in dic. cap. 1. numero quarto verſic. aut non traxerunt,*
4 † nam qua ratione poteſt Epiſcopus in tota Diœc. hoc vendicare, ſic presbyter parochialis, in parte ſuæ parochiæ, & fit melior conditio poſsidentis.

5 Non obſtat, quod † clericus intelligatur habere domicilium, vbi tenetur reſidere, quia & alibi illud ſibi conſtituere poteſt, vt per Anchar. *in c. Paſtoralis, nume. 6.* vbi pro ſua opinione, & Goffred. & Ioan. And. allegat, prout ipſe defunctus, & eius anteceſſores defuncti Epiſcopi ſe Muriani collocarunt, derelicto penitus ferè Epiſcopi Palatio Torcellano, propter aerem inſalubrem, vt eſt notiſſimum nullam ibi reſidentiam facientes, & hoc habent à Concil. Triden. *Seſſ. 23. c. 1. de reformat.* quod in quacunque parte Diœceſis poſſunt reſidere Epiſcopi.

6 Et quia † ad conſtituendum ius parochiæ ſufficit, quod quis ibi inhabitet, licet ibi domicilium non habeat in parochia, quę habitatio, quò ad ius parochialę, excludit domicilium iuris, puta paternum, vel originis, vel præſumptum, vt beneficij, ita ſcribit *Anchar. poſt Fed. de Senis, in c. de vxore, nu. 8. in verbo, ad cõſtituendũ, ergo ius eo. tit. de ſepult. vbi ponit exempla.*

Sic itaque in hoc noſtro caſu, licèt diceretur, quòd in Epiſcopali Palatio defunctus habuiſſet

buiſſet domicilium præſumptum, cum tamen Muriani habitauerit, excludit etiam aſſertum domicilium beneficij, videlicet Palatij Epiſcopalis.

Item ex præmiſsis elicitur, quod † in pluribus concurrentibus, potior eſt conditio poſsidentis, & adminiſtrantis Sacramenta, prout eſt Plebanus Sancti Saluatoris. Canonici verò nullum in Epiſcopum laborem circà diuina impenderunt, nam res, quæ eſt in nullius bonis, efficitur capientis, & occupantis, ſic etiam opus cum eſſet in cura nullius, effectus eſt capientis, *Inſtit. de rerum diuiſ. §. & quidem, & ſequen. & §. feræ cum ſequentibus.* 7

Item quia regula iuris eſt pro hac parte, & pars hæc eſt abſoluenda, niſi pars aduerſa exceptionem oſtendat in Epiſcopi perſona, quod adhuc non fecit.

Adhæc, quia videntur † ratificaſſe, & approbaſſe eum in parochum defuncti, cum nihil contradixerint, ſed tacitè conſenſerint omnia prędicta ab eo geri, iuri ſuo renunciaſſe videntur, & nō audiendos eſſe conſtat, *cap. gratum, iuncta gloſ. in verbo receſſum, de offic. delegati, & text. in capit. ex ore, iuncta gloſ. 2. quæ fiunt. à ma. par. C. Qui igitur eſt abſoluēdus, &c.* 8

Non obſtante, quod Abb. teneat, *in capit. fraternitatem, in vlt. notabili, de ſepulturis*; vbi notare videtur, quod corpus defuncti poteſt largo modo vendicari ab Eccleſia, vbi de iure debebat ſepeliri, & reſtituendum

dum eſt corpus cum omnibus oblationibus ibi factis.

Quia non loquitur in caſu noſtro, non enim defunctus ſepultus eſt in Eccleſia parochiali dicti Reuerendi Curati, ſed in vna ex Eccleſijs Venetiarum, in qua ipſe elegit ſepulturam, & ſi non elegiſſet, eſſet actio contra Eccleſiam ſepulturæ, quæ habuit dimidiam partem cærarum funeris,& oblationes alias in pecunia, ergò, &c.

Ex altera verò parte breuiter dicebatur,
9 quod † Epiſcopus manens in quacunque parte ſuæ Diœceſis, intelligitur manere in Cathedrali Eccleſia,& in eadem domicilium habere, eo quia ibidem reſidere tenetur, *capitul. peruenit,7.quæſt.1. Anchar. conſi.186.numero primo, Boer.in add.ad Deciſ. ſuas, in tract. magni conſ. &c. numer.16.* Ergo ratione domicilij, Cathedralis Eccleſia ſuccedere debet.

Vlterius dicebatur, quod talis curatus non acquirit actionem, nec dominium in bonis Epiſcopi quocunque modo, aut aliqua quauis cauſa,& præſertim ratione ſeruitutis, nam
10 † omnes Curati, & presbyteri, atque Clerici ſunt obligati ſuo Epiſcopo,& ratio colligitur ex eo, quod Epiſcopus eſt Caput, Paſtor,& Dominus omnium presbyterorum, & Clericorum ſuæ diœceſis, prout tradit *Bonif. de Vital. in Clement. 1. §. adhuc, numero 24. de praben.*
11 † & id, quod ex obligatione fit, non dicitur

fieri

fieri cauſa lucri, ſeu mercedis, prout ipſe Curatus prætendit.

Addebatur etiam, quod † ſi Epiſcopus eſſet pauper,& inops, teneretur vtique Eccleſia Cathedralis ad expenſas funerum. *Capyc. Dec. 84. numero tertio*, rationem tradit *Abb. in capitul. requiſiti, de teſtam. numero ſexto*, quia ſcilicet Eccleſia † Cathedralis,& Epiſcopus eſt vnum corpus,& in quo ſuccedit vnus, ſuccedit alter, ob magnam commixtionem inter ſe, quare ergò, ſi tenetur ad onus Cathedralis, non debuerit ſuccedere ad honorem, & vtilitatem? Eſt enim Capitulum maioris Eccleſiæ, Capitulum ipſius Epiſcopi, vt *Bonifac. de Vital. in Clement. ſi de beneficio, numero primo, de praben. & dignit. Staphil. de litteris ſignat. in capit. de formis expectatiuarum, numero quarto, pag. milli* 12. Vltimò dicebatur, quòd quamuis Epiſcopus Torcellanus diſpenſatus eſſet ob aeris Torcelli intemperiē habitandi alibi in Diœceſi, tamen non propter hoc credo dici poſſe, quod Eccleſia Cathedralis Torcelli ſit ſpoliata iuribus,& priuilegijs ſuis,& die 16. Menſis Octobris 1587. pro capitulo ab Ordinario Venetiarum ſententiatum fuit, confirmatumque in Palatio Apoſtolico.

12

13

EPITOME.

Vtrum Vicarius Generalis delegare poſſit,& an ſententia pro parte poſſit ſuſtentari,& pro parte non.

SVMMA-

SVMMARIA.

1 *Differentia inter Vicarium generalem, & Eccleſiarum.*

2 *Vicarius quare delegare poſſit, & num. 3.*

4 *Sententia poteſt diuidi, & iudex appellationis poteſt ſententiare pro parte ſic, & pro parte non valere ſententiam.*

DECISIO XIX.

IN vna Bonolina Vicentinæ Diœceſis, in qua Vicarius generalis delegauit in eam alterum, qui tulit ſententiam ad fauorem Bonolinorum, & tamen ipſorum alter tempore latæ ſententiæ mortuus erat: ideo prima facie dicebatur, quod ſententia erat ipſo iure nulla, quia lata fuit à non habente authoritatem: nam Vicarius ſibi Vicarium conſtituere non poteſt. Secundo quia ſententia in parte falſa, in omnibus talis cenſeri debet; Hæc primò.

Ex altera verò parte dicebatur, quod verum eſt, quod Vicarius ſibi Vicarium conſtituere non poteſt, prout concluſio huiuſmo-
1 di vendicat † ſibi locum in Vicarijs Eccleſiarum, ſecus tamen dicendum eſt in Vicarijs Epiſcopalibus in temporalibus, & in his quæ concernunt iuriſdictionem, vt notant Doctores, & gloſ. *1. in cap. clericos, de offic. Vic. alleg. per Rebuff. in ſua praxi beneficiali, de forma Vicariatus.*

atus,&c.73. qui † Vicarius cum habeat iuriſ- 2
dictionem ordinariam, vt notat *Innoc.in c.tua nobis, de offic.Vic.per totum,& ibidem Ioan.And.numer.ſecundo,* proptereà ex cauſa poteſt aliquam 3
cauſam delegare. ita tenet † *Ioan. And.in c.clericos.de offic.Vic.numero nono, & Cardin. Zabarella latius, in Clem.1.eodem tit.numero vigeſimo Abb.in alleg.cap clericos numero ſecundo, eodem tit.text.in l.more maiorum, ff. de iuridict.omnium iudic.gloſ.in cap. licet, de offic. vic. in 7.in verbo, officialem.* Et
quia † ſententia huiuſmodi cùm concernat 4
intereſſe duorum, poteſt diuidi, vt pro parte valeat, & pro parte non. *Zabarella conſil. 92.numero ſexto, vbi Dyn.numero ſexto,* & iudex appellationis ita pronunciare poteſt, vt latè per Bald. *in l.quædam mulier, ff.famil. herciſcun. numero ſecundo, & tertio, & eleganter annotatur in initio primæ additionis ad Bald.in l. in hoc iudicio, ff.famil. herciſcun.* & ita die 17. Menſis Septembris 1564. per Domi. Antheum Claudium Auditorem deciſum fuit.

EPITOME.

Intellectus capituli is qui fidem, de ſponſalibus & matrimonialibus.

SVMMARIA.

1 *Canon primus Concil. Triden. de reformatione matrimonij, Seſſ.24.reuocauit penitus c. is, qui fidem de ſponſ.& matrim.*

2 *Lex poſterior derogat ſuperioribus.*

3 *Matrimonij dignitas quæ, & quanta ſit.*

Matrimonium Deum Opt. Max. habuit inſtitutorem.

Sacramentis Eccleſiæ ſeptem cõnumeratur matrimonium.

Matrimonium abſque ſacerdotis, id eſt proprij parochi præſentia, nullum eſt, nullumque parit effectum.

4 *Diſpoſitio c. is qui fidem, non eſt ſublata à Concil. Triden. ca. 1. Seſſ. 24. de reformatione matrimonij.*

DECISIO XX.

MArtinus ab Azpilcueta Doct. Nauarrus, in Enchirid. ſeu Manuali ſuo Confeſſorum, *ca. 25. in fine, ſub numero finali 144.* tenet, quod poſt publicatio-
1 nem † Sacri. Concil. Triden. ceſſant matrimonia præſumpta in vim *capitu. is, qui fidem, de ſponſ. & matrimon.* eo quia matrimonium non dicitur, nec verè eſſe poteſt abſque præſentia Parochi, & duorum ſaltem teſtium, *capitul. primo, Seſſ. 24. de reformat. matrimon. Concil. Trident.* Propterea quæcunque alia præſumpta ſublata ſunt, & iura ſimul ipſa ſtatuentia irrita, remanent, præſertim quæ eliciuntur ex *d. capitu. is, qui fidem, ſuprà allegato,*
2 quæ † decreta Sacr. Concil. tanquam poſteriora, derogando ſuperioribus, & aliter ſtatuendo,

endo, ipſa duntaxat exiſtentia in viridi obſeruantia, ſunt ſeruanda, ita *text. & Doct. omnes, in l.1.ff.ad legem Aquil. & in c.1.de conſtit.lib.6.*

Pro qua Nauarri opinione additur, quod † 3
matrimonium à Deo fuit inſtitutum, vt not. *in capit. ſuper eo, qui cogno. conſang. vxor ſuæ, num.2. Abb. in capit. ex publico, de conuerſat. coniug. num.12.* & ſuam eſſentiam habet à Deo, vt notat idem Abb. *in capit. final. ſponſ. duorum. num. fi.* & eſt vnum de ſeptem Sacramentis Eccleſiæ, vt idem Abb. *in cap.1. de ſecund. nupt. num. 6. & in cap. ſignificante, qui matrimon. accuſ. poſſunt, num.6. & in capit. cum locum, de ſponſ. & matrimon. num.7.* quinimò, & alia excellit ſacramenta propter multa, quæ tetigit Abb. *in cap. litteræ, de frigid. & malefic. nu.5. & 8.* Cum autem omnia alia ſacramenta per ſacerdotem conferantur ideò matrimonium abſque præſentia ſacerdotis, id eſt proprij parochi eſt nullum, nulluḿque parit effectum.

Ex altera verò parte contrarium conſuluit *Ioan. Petrus Bimius Iur. C. Mediolanenſis Eximius. conſil. 62. numero 33.* vbi notat, † *cap. is* 4
qui fidẽ, nõ fuiſſe ſublatum à Sacr. Concil. Trident. quia ibi Sancta Triden. Synodus intellexerit, quando partes habuiſſent animum non contrahendi ſponſalia, ſed matrimonium à principio, ſecùs ſi ſponſalia, licèt ſuperueniat copula, de quibus ſponſalibus abſque copula, Sancta Synodus non loquitur, ſed ſub diſpoſitione iuris relinquit.

In qua quis cuidam promiſerat,& copulam habuerat, deciſum fuit teneri ad palam contrahendum, & recuſantem excommunicari, adeo vt ex nolente fiat volens, non obſtante, quod allegaſſet promiſſionem ſuam ex ſuperuenienti copula tranſitum feciſſe in matrimonium, in vim iſtius *c. is qui fidem*, quod quidem debebat pronunciari nullum in vim Cõcil. Tridcnt. ſuprà allegati, nec non, non obſtantibus quibuſcunque alijs exceptionibus per ipſum allegatis, ſponſalia ſimplicia dirimentibus, (copula cum alio excepta) quæ allegata non fuit.

EPITOME.

Inſtrumentum locationis de biennio in biennium vſque quo conductor vixerit, an ſit nullum in vim extrauagant. Pauli II.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum nullum non dicitur, ſi non caret ſubſtantialibus.*

2 *Quod nullum eſt, nullam fidem facit.*

3 *Intellectus extrauagantis Pauli II. Ambitioſè & numero 5.*

4 *Actus cum conditione factus, conditione non adimpleta, actus dicitur nullus.*

6 *Inſtrumentum in aliqua parte falſum, non redditur in totum falſum.*

7 Fru-

7 *Fruſtrà legis auxilium implorat, qui in legem cõmittit.*

8 *Partes ad imparia iudicari non debent.*

DECISIO XXI.

IN vna Venetiarum, Inſtrumentum locationis cuiuſdam domus parochialis, & Collegiatæ Eccleſiæ S.N. dicebatur nullũ, nõ quod in principio deeſſent, ſolennitates requiſitæ, quia aderat rogitus Notarij, præſentia teſtium rogatorum, cum indictione Anni, Menſis, & Diei, adeò † quod 1 ſolennitatum ipſius Inſtrumenti defectu, nulla nullitas allegari poterat, vt notat. *Bellam. concluſ. 209. de fide Inſtrument.* Sed nullum tantummodo videbatur ex authoritate *Extrauagantis, Ambitioſè, Pauli I I. de rebus Eccleſ. non alienan.* quæ extrauagans annullat quoſcunque contractus, emphyteuſes, & locationes ad lõgum tempus, id eſt vltra triẽnium duraturas.

Præſuppoſito hoc primo fundamento vero, addebatur etiam, quod † cum ſit dictum inſtrumentum nullum, vt dictum eſt, per conſequens non probat creditorem conductoris ducatorum 160. de quo in dicto Inſtrumento conſtat, & apparet. Raphael Cuman. *in l. ſeruum filij, §. eum qui, numero 3. & 5. & ibi Paulus de Caſtro, numero quinto, Imola. numer. 2. Alexan. num. 3. ff. de legat. 1. & hæc omnia allegabantur pro parte locatorum.*

Ex altera verò parte, hoc eſt conductoris, dicebatur, quod Inſtrumentum prædictum non eſt nullum, nec comprehenſum à dicta Extrauaganti, quia non conſtat de locatione ad longum tempus facta, quia huiuſmodi locatio duratura intelligitur, quouſque conductor vixerit, ſed vita ipſius conductoris non habet tempus pręfinitum, nam mors non habet diem, & horam limitatam, niſi quo ad Deum, namque aut ob ætatem, vel complexionem, ſeù ob peccata noſtra mors citius occurrit, *vt gloſſa in capitulo qua fronte, de appellationibus in verbo decedat, capitulo qualiter. el. 2. de accuſatione*, non poteſt ergò dici ad longum tempus huiuſmodi locatio facta: quinimò cum conductor tempore prędictę locationis eſſet ſexagenarius, & vltrà, & ſic in ætate decrepita, prout conſuluit Crauet. *conſ. centeſimo octauo, num. 2 volum. 1. Ruin. conſilio nonageſimo ſecundo, numero decimo volum. 4. conſil. 141. nume. 18. volum. 5. omnes relati à Borgnin. in addit. ad Deciſ. quadrageſimam quintam, nume. 23. in parte prima, & per eum ibidem allegati*, properreà præſumptio potius eſt, quod locatio illa facta erat ad fauorem Eccleſiæ, quam contrà Extrauagantem.

Addebatur etiam, quod prædictum Inſtrumentum in ea ſcilicet parte, in qua voluit locationem prædictam duraturam vſque ad mortem prędicti conductoris, ſubiunxit etiam, & ſic conditio fuit appoſita per vtranq; partem, quod locatio prædicta ad vitam dun-

taxat

taxat, niſi primitus per Ordinarium fuiſſet appoſitum eius iudiciale Decretum minimè valeret,& non aliàs aliter,nec alio modo.

Et † quamuis Extrauagans prædicta, plures habeat intellectus, vt ſcilicet non ſit ſeruanda in ea Ciuitate, vel prouincia, in qua à principio non ſuit recepta, contraria conſuetudine intelligatur ſublata. Tertiò an militet in locatione bonorum clericorum, fructuum beneficiorum, & alias limitationes, ac intellectus tradit *Io. Gutierez. Canonicarum quæſt. cap. octauo.* namq; & Nauarr. hoc idem tenet *in Manuali, cap. 23. num. 41. fol. mihi 220.* Et licèt temerarium, & quaſi hæreticale ſit, dubitare de præmiſsis & velle quærere, an Papa habeat authoritatem leges condendi in materia alienationis fructuum beneficiorum eccleſiaſticorum, in qua quidem materia os apponere non intendo, tenendo, talem Extrauagantem ligare omnes ſub obedientia ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ viuentes. Modo decretum Ordinarij non fuit interpoſitum,ideò locatio prædicta intelligitur duratura per biennium tantum, non autem ad eius vitam,quia † in hac parte tantùm conditio non fuit adimpleta, nec de tali ſolennitate conditionis adimpletæ conſtat, *Cephal. conſil. 319. num. 27. & ſeq. volum 3. Riminal. ſenior, conſ. 461. nume. 13. & ſequen. volum. 3. Federic. de Senis conſil. 249. nume. 1. col. 2.*

3 4

Additur ſecundò, quod locatio prædicta,

etiam ſi ad longum temp us eſſet confecta, & haberet tempus præfinitũ, nihilominus cùm tendat ad vtilitatem Eccleſiæ, & ad præiudicium conductoris, dicitur valere, prout *Tiraqu. de legib. connub. gloſ. 8. quæſt. 8. nume. 62. & ſeq.*
5 *Anchar. conſilio 197. numero tertio,* quia † Extrauagans illa habuit hanc ſolummodo intentionem ſuccurendi nimirum indemnitati Eccleſiæ. At in caſu noſtro, Eccleſia facta eſt locupletior, quia per mortem locupletatur Ducatis 160. & domus ſemper remanet conducta quæ domus cum locabilis ſit, ſemper locatur, hoc modo continuo intelligitur locata, & ſingulis annis reddit eius affictus, ergò Extrauagans illa non habet locum, prout in tali caſu conſuluit *Alexa. de Neuo, conſilio trigeſimo, numero 6.*

6 Ad ſecundum reſpondendo dicebatur, † quod minimè verum eſt, quod Inſtrumentum in parte nullum, intelligatur & in totum nullũ: quia cum Inſtrumentũ in parte falſum, non intelligatur in totũ falſum, ſic vẽdicat ſibi locũ & in allegata nullitate: nã dato, quod locatio ſit nulla, quo ad vitam, non eſt tamen nulla quoad biennium, & quoad creditum etiam, de quo in ipſo Inſtrumento ſit mentio in quibus dictum inſtrumentum debet habere eius robur, notat *Felyn. in c. fraternitatis, de hæret. numero decimo octauo, & ſequent. argument. text. capitu. primi, & cap. veniens, de eo qui duxit in matrimon. &c.*

Additur

Additur etiam quod locatio prædicta ad vitam, à dicto Capitulo procurata, & affectata fuit, idque ſpe futuri lucri ducatorum 160. quos conſequi ſperabat per mortem dicti cõductoris eodemmet anno, ſeu ſaltem ſequenti. Modo † cum conductor vixerit, & adhuc 7
viuat, implorat legis auxilium, cum iam in legem commiſerit, & ideò hoc caſu non debet audiri, *l. ſpadonem, §. fi. ff. de excuſat. tut. & in §. tria onera, verſ. non affectata Inſti. de excuſat. tut. Iaſ. in l. ſi verò, num. 7. ff. excuſat. tut.*

Vltimo ex quo dicti de Capitulo allegant nullitatem Inſtrumenti, & intendunt, quod ratione pœnę ipſius inſtrumenti, de qua in allegata Extrauag. conductor non poſsit audiri, niſi aliunde eius creditum probetur, quam per Inſttumentum, ex eo, quod cum ſit nullum, nullam fidem facit in iudicio, & hoc ratione pœnæ ſtatutæ à dicta Extrauaganti, quæ ſi debet procedere contrà conductorem, vtique ipſa mediante, omnes de Capitulo tunc locatores, modo viuentes, priuari, ac priuati declarari debent quibuſcunque beneficijs, & tutelis Eccleſiaſticis, & inhabiles ad alia obtinenda, iuxtà formam ipſius Extrauagantis, & regulā iuris, † vt partes ad impa- 8
ria iudicari non debeant. Et tandem iudex præuidens futura, partes licentiauit, anno 1286. Thomas Triuiſanus.

EPITOME.

An actor poſsit plures intentare actiones contra reum, nec ne?

SVMMARIA.

1 *Frater tenetur dotare ſororem, & quomodo, & qua de cauſa. num. 2. & 3. & quando quouè caſu non ſit ad eam dotandam obligatus, vide infra, num. 4.*

4 *Stipulatio obligat ad ſolutionem.*

5 *Argumentum à contrario ſenſu in iure validum eſt.*

Actor plures actiones proponere non poteſt, ſed vnam de pluribus eligere tenetur.

6 *Differentia quanam ſit inter actorem, & reum, quo ad telam iudiciariam.*

7 *Viro, non vxori competit ius dotem conſequendi.*

DECISIO XXII.

QVidam N. fuit conuentus in iudicio ab eius ſorore, occaſione dotem ſuam conſequendi,
1 pro qua dicebatur, quod † dictus N. tenebatur dotare ſororem conſanguineam, quandò ipſa non habet de proprio vnde ſe dotet, *gloſ. in l. cum plures, § cum tutor, in verbo, alio parte, in fine, ff. de adminiſt. tut. Abb. in conſil. 12. in ſeptimo dubio, verſic. 2. capit. tenetur tanquàm frater, volum. 1. Guid. Papa, Deciſione*

ciſio. 96. in fine, verſic. ſexto, quia, & ipſe Antonius, &c. latè Boer. Deciſ. 126. nume. 7. Afflict. Deciſ. 371. numero tertio, quæ † concluſio adeo fauorabilis eſt, vt extendatur etiam ad fratrem clericum, vt deficientibus bonis patrimonialibus, de fructibus proprij beneficij dotare teneatur. *Abb. in cap. peruenit, de arbitr. num. 1. Capella Tholoſ. quæſt. 190. verſic. quid de fratre, & Boer. in allegata Deciſ. 129. numero octauo.* 2

Fortius tenetur † vti hæres patris, qui pater teneretur ſi viueret, dotare filiam, l. *qui liberos, ff. de ritu nuptiarum, l. fin. §. vtramque, C. de dot. promiſſ.* ergò & frater patris hęres, eandem dotare tenetur. *Abb. in d. conſil. 12. in 7. dubio, parte prima.* 3

Et eo magis ex † contractu facto cum eius viro, ex quo oritur perſonalis actio, *l. ſtipulatio, la. 2. §. ſtipul. ff. de verborum obligat.* quinimò, fauore dotis fingitur à iure ſtipulationis interuentus, quamuis non interueniat, *l. vnica in princip. C. de rei vxoriæ act.* & ſic prima facie videbatur dicta ſoror fouere bonum ius; Quibus tamen non obſtantibus, deciſum fuit, habere actionem contra hæredes mariti, non contra dotis promiſſorem, rationibus infra ſcriptis: 4

Et primò, quia frater de iure non tenetur dotare ſororem conſanguineam, quando habet dotem ex teſtamento patris deſignatam, *vt ex notat. iuribus ſuprà allegatis ſub nume. 1.* patet: nam iura ibi allegata habent locum,

quandò ſoror non habet dotem, ergò ſi habet
5 dotem, tunc non vendicant ſibi locum, vt † argumento à contrario ſenſu, quod in iure validum eſt, *l.1.§.huius rei, ff.de offic.eius, cui, &c. l.qui teſtamento, 2.§.mulier, ff.de teſtam. cap.cum virum, de regular. cap. Cum Apoſtolica, in fi.de his, quæ fiunt à prælat. ſine conſ. Capit.*

Secundò, nec tenetur tanquàm hæres patris, quia in vim teſtamenti relicta fuit eius dos, imò hanc actionem non videtur poſſe intentare in iudicio, quia iam tentauerat actionem ex ſtipulatu, & actor plures actiones proponere non poteſt, ſed vnam de pluribus eligere tenetur, vt elegit, *tex. in l.nemo ex ijs, §. quoties, ff.de exception. l.quod in hærede, §. eligere, ff.*
6 *de tribut. action.* Et ratio eſt: quia † in poteſtate eſt actoris reum prouocare ſuper actione nata certa, & terminata, non autem in poteſtate rei, vt prouocetur, *l.purè, §.fi.ff.de dol. except.* & ideò reus pluribus vti poteſt defenſionibus, non autem actor pluribus actionibus, *capit. nullus, de regul.iur.in 6.*

Ex qua quidem actione ex ſtipulatu, nulla ſibijpſi competit actio: quia inſtrumentum contractus dotalis non fuit initum inter ipſum N. & ipſam ſuam ſororem, ſed inter D. Franciſcum eius virum, † cui tantùm, & non
7 alijs, competit actio, *l.ſi pater marito, C.de dotis promiſſ.* Et licèt maritus mortuus ſit, adhuc nō vxori, ſed viri hæredibus actio competit, vt ibi notat *Cyn. nume.1.& Bald. numero 1.& 2.* non obſtan-

obſtantib. allegatis per *Guid. Papam, Deciſ.375. num.1.& 2.* ducto ex quadam æquitate, cui ius reſiſtit.

EPITOME.

Domicilium quanto tempore, & quomodo contrahatur.

SVMMARIA.

1 *Ca.1. Concilij Tridentini de Reformat. matrim. Seſſ.24. declaratio, & intellectus.*

2 *Domicilium quomodo contrahatur.*

3 *Amaſia non contrahit domiciliũ in parochia amaſii ſecum ibidem habitantis. & vide infra nu. 6.*

Decennalis habitatio an domicilium contractum præſupponat & arguere poſſit.

4 *Officij ratione alicubi vel lucri cauſa moram trahens, domicilium ibidem conſtituere dicitur nequaquam.*

5 *Domicilium verum non fictum ſemper venit attendendum.*

6 *Concubina manens cum amaſio ratione concubinatus, non contrahit domicilium.*

DECISIO XXIII.

EX Sacr. Triden. Concilio, *in cap. 1. de reformat. matrimonij, Seſſ. 24.* ſtatutũ extitit, vt qui aliter quã præſente Parocho, cum duobus, vel trib. teſtib. matrimon. contrahere auſus fuerit, nullum & irritum habeatur. Quẽ quidem textum, prædict. Sacr. Concilij Illuſtriſsimus, & Reuerendiſsmus S.R.E. Car. tit. Sancti

Sancti Sixti Præfectus, & tota ſac.congregat.
1 † ſuper declaratione illius declarauit debere intelligi de proprio Parocho, in cuius parochia contrahentes domicilium habent, adeo vt ſi matrimoniũ cõtrahitur in parochia viri, Parochus viri, ſi in parochia mulieris, Parochus mulieris interſit, & matrimoniũ perficiat, aſſiſtẽdo, & verba matrimonij faciendo, vt notat *Naua. in Manuali ſuo, c.25.nu.144.altàs n.fi.*

Dubitatum fuit (præſuppoſitis enarratis) an N. quæ per annum permanſit in domo N. amaſij ſui, videatur contraxiſſe domicilium, adeo quod matrimonium inter eam, & D. Iacobum, de diuerſis parochijs exiſtentibus, cum præſentia Parochi parochiæ amaſij teneat, iuxtà formam Concil. Triden. prædicti.

Pro parte affirmatiua dicebatur, quod ſic ex eo quod certitudinaliter apparebat, ipſam
2 N. domum † amaſij elegiſſe pro ſua perpetua reſidentia, & ibidem lares compoſuiſſe, quo caſu, locus ille videbatur factus domicilium, *argum. notatorum in le. 1. Cod. vbi de crim.ag.oport. Andr. Sicul. in capit. dilectus, de reſcript. num. 4.* vltrà quod etiam, non reperitur de iure prohibitum, in diuerſis locis poſſe domicilium haberi, *l. aſſumptio, §. iuris prudentibus, ff. ad municip. & Abb. in capitulo ex parte B. de foro competenti, num. 8.* quia domicilij commutatio, ſeu translatio, à primi iudicis eximit poteſtate. *Abb. antiq. in capit. propoſuiſti, de foro competenti, num. 1. & in cap. ſignificauit, de paroch. & alien. paroch. num. 1.*

Sed re-

Sed reuera † præmiſſis non obſtantibus, 3
ex altera dicebatur parte, contrarium verius
eſſe: namque ex habitatione decennali tantùm arguitur domicilium, *l. 2. Codice de incol. Bartol. in l. lex Cornelia, ff. de iniur. verſiculo, ſi tamen fundum, numero primo, Dominus meus Rimin. iun. conſil. 16. numero 26. volumine primo, & conſilio 275. numero quinquageſimo nono volumine tertio, Angel. conſilio viceſimo ſeptimo, incipien. In nomine Domini, numero 1. & ſequen. & Riminal. ſenior conſi. 242. numero fin. volumine ſecundo, & conſilio 434. numero 3. & conſil. 30. numero 9. volum. 1. ac And. Sicul. in capitulo dilectus, de reſcript. numero 43. & 44.* Sed in minori tempore non præſumitur, *l. liberti perſona, ff. ad municipal.*

Nec aliquis † manens in aliquo loco ratio- 4
ne officij, non ex propoſito ſuo, ſed officij, & lucri gratia, non conſtituit domicilium, notat idem *Riminal. ſenior conſil. 237. num. 5.* quia † 5
ſemper domicilium verum attenditur non fictum: nam licèt quis plura habeat domicilia, vnum ſemper eſt principalius altero, & illud attendi debet. *Domin. meus Riminal. iun. conſ. 275 num. 13. & 14. volum. 3. & latè ibi per eum multa allegata videto.*

Sed quia † per annum permanſerat in pa- 6
rochia dicti ſui amaſij, deciſum fuit matrimonium contractum à Parocho amaſij prædicti, non vocato illo mulieris, ſeu ſaltem viri, fuiſſe, & eſſe nullum: quia † concubina
manens cum amaſio ratione concubinatus, 7
non

non contrahit domicilium. *ita gloſ. ſecunda in c. eos. diſtinct. 32. in verbo, eos, el 2. quaſi in fine, & latè Doctores, præſertim Ioan. de Platea, in l. origine, C. de municipal. lib. 10. num. 2.*

EPITOME.

Differentia quænam ſit inter vſucapionem, & præſcriptionem.

SVMMARIA.

1 *In præſcriptione longi temporis duo requiruntur, poſſeſsio nimirum, & bona fides.*

2 *Alleganti præſcriptionem incumbit onus probandi tanquam fundamentum intentionis allegantis.*

3 *Præſcriptio priuilegium eſt odioſum, & rigoroſa exceptio contraria iuri, & æquitati naturali.*

4 *Differentia circà præſcriptionem inter ius Canonicum, & Ciuile.*

5 *Præſcriptio vndè ortum habuerit.*

6 *Differentia inter vſucapionem, & præſcriptionem.*

7 *Hæres malæ fidei poſſeſſoris præſcribere poteſt, & quomodo, numer. 8.*

DECISIO XXIIII.

VErtebatur in dubium in vrbe Venetiarum: An qui non ſoluit debitum per ſpatium annorum ducentorũ, teneatur modo ſoluere, ſic actore inſtante, vel exceptio-

ceptione præſcriptionis Reus abſoluendus ſit nec ne? Pro parte actoris dicebatur, † quod non ſufficit allegare præſcriptionē, dummodo non alleget & bonam fidem, & illam probet, iuxtà annotata per *Franc. in capit. 1. numero 1. de præſcript. in 6. & Burſat. conſilio 60. numero 9. volumine 1. Balbus in l. Celſus, numero 9. verſic. ſecundò, principaliter, ff. de vſucapion.* & cum probata fuerit præſcriptio, quia non præſumitur ius præſcriptum, niſi probetur, vt latè Dominus meus *Riminal. iun. in conſi. 205. num. 19. volum. 2.* 1

Et † alleganti præſcriptionem incumbit onus probandi tanquàm fundamentum intentionis allegantis, vt *Bartolus in leg. in illa. ff. de verborum obligat. num. 5. relatus à prædicto Domino meo Riminaldo, loco citato, numero 20.* tunc etiam opus fuerit probare, & ſuas qualitates, videlicet titulum, & bonam fidem, ita tenet Dominus meus Riminal. *conſilio 339. numero 167. volum. 3.* 2

Quia † præſcriptionis oppoſitio, dicitur priuilegium iniquiſſimum, & rigoroſa exceptio contraria iuri, & æquitati naturali, *gloſſ. notab. in l. prima ff. de negotijs geſt. in verbo, vel iniuria, & ibi Angel. numero 1. Dominus meus Riminal. iun. conſilio 266. numero 12. volumine 3. & conſil. 506. numero 90. 91. & 107. volum. 5.* 3

Et ideò quis amittens ſuum, illud non petēdo, videtur ius inſiſtere, & eo maximè, quia cum teneretur N. ſoluere annuatim centum, & non ſoluendo, modo videtur eſſe in dolo,

dolo,& mala fide, *l.ſi procuratorem, §.dolo.ff. eodem, Alexan.conſil.7.lib.1.& in conſil.84. numero 7. volum.6.*habebat enim inſtrumenta permutationis, de qua agitur, ex qua tantùm tanquàm ex coniecturis arguitur mala fides.*Lapus, Ioan.Andr.Butri.Gemin. Ioan. Monachus.in capit.cum perſona,§. quod ſi tale, de priuileg. in 6.& Alexan.de Neuo, conſilio 97.numero ſeptimo.*

4 Quæ † mala fides modo vera, vel præſumpta ſit, ſemper nocet præſcriptioné allegan- ti, etiam longiſsimi temporis, ſecundum ius Canonicum, non autem ſecundum ius Ciuile, ſecundum quod ſecùs dicendum erit, vt Crauet.*conſil.146. nume. 5. gloſ.in cap.vigilanti, in verbo caſus, &c. de præſcript.* cui iuri Canonico ſtandum eſt, tàm ratione peccati, iuxtà doctrinam *Bart,in l.priuileg.C.de ſacroſan. Eccleſ.cap. Calcan.conſil.74. numero decimo & ſequen.* quam ratione iudicis, *cap.2. de iudic. & cap.1 de conſtitut.*ac etiam ratione rei, *c. de foro compet.* Ideò ex omni parte, prima facie videbatur dicendum, cùm ſimus in mala vide defuncti, impeditiua præſcriptionis inchoatæ per hęredem, vt latè Dominus meus Riminal.iun.*conſil.214. nume.67.& 68. volum.2.* vbi atteſtatur de communi, pręſertim ſecundum ius Canonicum, dari in hoc caſu præſcriptionem.

Præmiſsis attamen non obſtantibus, dicebatur ex altera parte, præſcriptionem prædictam ducentorum annorum obſtare petenti, adeò vt audiri non poſſit, quæ pręſcriptio

ptio etiam minoris temporis, id eſt annorum 40. ſufficit aduerſus Eccleſiam, Romana tamen excepta, *cap. ad audientiam, cap. cum vobis de praſcript. ſed latiſsimè mori ſuo Domi. meus Riminal. iun. conſ. 205. numero primo vol. 2.*

Eſtque † inducta præſcriptio longa vtrinque conſiderata cauſa, ex parte ſcilicet poſsidentis, fauore, & ex parte eius, qui non petijt, odio, *argumen. l. fin. C. de edicto Diui Adriani tollen. quaſi in fine.* 5

Verum quidem eſt, quod † inter vſucapionem, & præſcriptionem, magna eſt differentia: nam vſucapione vtitur, qui agit de acquirendis rerum dominijs, præſcriptio autem ad ius excipiendi principaliter pertinet: ideò qui vtitur agendo vſucapione, tenetur probare vſucapionem, & bonam fidem, qui verò excipiendo allegat præſcriptionem, non arctatur probare bonam fidem, quia ei ſufficit eſſe in poſſeſsione rei pręſcriptæ, in odium negligentis, quæ Theorica traditur in diuerſorum tractatu *de vſucapion. & praſcript. in initio, numero ſexto, & Felyn. in capitul. de quarta, de praſcription. numero vigeſimo.* & eſt ratio, vt ipſe ſubiungit, ſub *numero 26. fol. mihi 267.* quia vſucapere, eſt acquirere, ideò requiritur bona fides, & in eo qui præſcriptione, vel poſſeſsione longiſsimi temporis ſe defendit, & ideò pro poſſeſſore præſumitur bona fides, niſi probetur contrarium, ita *in tractatu de praſcript. diuerſ. loco citato, numero 5.* 6

fol.mihi 285. Hoſtien. in Summa de vſucapion. & præſcription. in initio, 19. fol. 10. Dominus meus Rimimal. iun. conſil. 31. numero 27. & latè conſil. 107. numero ſexto, vol. 1.

Maximè in præſcriptione tanti temporis cuius initij memoria hominum non eſt contrarium, quæ ſuccedit loco tituli, priuilegijque, & ex ea præſumptio iuris, & de iure oritur: ita cumulatiſsimè Dominus meus Riminal. *conſilio 4. nu. vigeſimo ſecundo & vigeſimo quinto*, contrà quã de iure non admittitur ꝓbatio in contrarium, *cap. is qui fidem, vbi Doctores, de ſponſ. & matrim.*

Et licèt in excipiente allegante præſcriptionem, præſumatur bona fides, vt dictum eſt, nihilo minus, & ea concludenter probatur ex parte præſcribentis: nam permutatio hæc facta fuit anno 1397. pro parte petentis conſtat ſatis factum eſſe tranſactioni, & permutationi; pro alia quoque parte conſtat de magna parte, non autem de tota, de ſupplemento cuius modò tractatur.

Tres ſunt tranſactæ ætates, & nihil dictum fuit, duę ętates ſubſequentes tranſactionem huiuſmodi ignorarunt, & ipſæ inchoarunt
7 præſcriptionem, quæ † licet hęredes malæ fidei ſint, nihilominus præſcriptio ab ipſis inchoata de æquitate Canonica tenet. *Dyn. in regula Cum quis, de regulis iuris in ſexto, numero quadrageſimo quinto, Innocen. in capitulo, cura, de iure patronat. per totum. Ioan. Andr. in regula Cum quis, de re-*

de regulis iuris in ſexto, numero 2. Imola, in capitulo illud, de præſcript. numero 7. Felyn. in capitu. de quarto, eodem titulo, numero 23. & Abbat. in dicto capit. ſi diligenti, de præſcrip. num. 29.

Quæ† concluſio fortius militat in hærede dignitatis, quàm hæreditatis, vt eſt *Prælatus, Abbat. in capitu. nihil. Butrius in capitulo ſi diligenti, Imola, in capitulo finali, de præſcription. relati à Nicolao Boer. in addit. ad Dyn. in regula poſſeſſor, de regulis iuris in ſexto, numero 45. in verbo, inchoare, & latè Antonius Gabriel. de præſcript. concluſ. 5. numero 7. & 8.* Ex quibus breuiter enarratis, in odium diu tacentis, & fauorem poſſidentis, præſcriptionem allegantem, abſoluendum eum fore, & eſſe, deciſum fuit, maximè ex doctrina Saliceti, *in l. cum notiſſimum, Cod. de præſcript. 30. vel. 40. annorum. §. fin. quaſi circa finem.* 8

EPITOME.

Pontifex in beneficialibus, non intendit tollere ius quæſitum parti, & ideo litteræ Apoſtolicæ ſunt diligenter attendendæ.

SVMMARIA.

1 *Beneficium vacans in Menſe Maii, dicitur vacare in Menſe Pontificis, & ipſi competit collatio.*

2 *Reus poſſeſſor poteſt dare obiectum contra actorem ad effectum victoriam obtinendi, in foro fori.*

I 2 3 *Suffi-*

3 *Sufficit vincere per non ius actoris.*

4 *Purificanda primo ſunt narrata, & conditio petentis vel agentis.*

Litterarum Apoſtolicarum tenore collatum beneficium, & prabenda alicui, ſi, & quatenus habilis, & idoneus ſit ſupplicans, ſtante inhabilitate petentis, fruſtra de eo obtinendo agere dicitur.

5 *Semel examinatus, & reiectus non debet vlterius examinari.*

6 *Conditio reſcripti intelligitur de prima approbatione, vel reprobatione.*

7 *Statim quod quis examinatus fuerit, & ignarus repertus, dicitur impoſitus finis negotio, & controuerſiæ.*

Idoneo aliquo per Iudicem, & habili ad beneficium obtinendum vel non idoneo, & inhabili declarato, iſti ſtatur etiam cōtra veritatem ſic factæ declarationi.

8 *Factum, ſed minus legitimè, habetur pro non facto.*

9 *Semper quis debet citari, quando de ſuo agitur intereſſe.*

10 *Ad examen fiendum per actorem pro executione litterarum Apoſtolicarum, debet citari reus.*

11 *Debet pars citari ad examen fiendum per aduerſarium, etiam ſi in literis Apoſtolicis inſit Clauſula, Super quo conſcientiam tuam oneramus.*

12 Pars ſpontè comparens, & non citata, debet audiri.
13 Proteſtatio quando attendatur.
14 Grauamen ex præcedenti proteſtatione iuſtificatur.
15 Ius acquiritur ex prouiſione, & actuali poſſeſſione.
16 In beneficialibus iuris ordo debet ſeruari.
17 Decretum admiſſionis ad beneficium eſt interlocutorium.
18 Interlocutoria dicitur quæ reuocari poteſt.
19 Non debet quis ſpoliari niſi cauſa cognita.
20 Spoliatus de facto, de facto reſtituitur.
21 Papa non intendit, vt quis remoueatur à ſua poſſeſſione niſi auditus iudicialiter.
22 Poſſeſſor iniuſtus ſeruatu ſeruandis, & cum cauſa cognitione debet amoueri.
23 Poſſeſſor etiam ſi ſit ipſo iure priuatus, non niſi cauſa cognita debet ex poſſeſſione ſua amoueri.
24 Attentata in primis, & ante omnia veniunt reuocanda.
25 Iudex dicitur facere iniuſtitiam, ſi in primis, & ante omnia attentata non reuocet.
26 Cauſa attentatorum dicitur ſeparata à cauſa principali.
27 Facta poſt appellationem dicuntur attentata.
28 Exceptio non iuris, non impedit reuocationem attentatorum.
29 Notorium non dicitur ante concluſionem in cauſa.

30 *Non dicitur conſtare de non iure, quandiu poteſt de iure dicere.*

31 *Habens ſententiam contra, poteſt adhuc petere reuocationem attẽtatorum prioris inſtantia.*

32 *Conſuetudo immemorabilis non reuocatur, niſi de ea ſpecialis fiat mentio.*

DECISIO XXV.

IN vna Iuſtinopolitana beneficiali, dubitatum fuit, an litteræ Apoſtolicæ Sanctiſs. D. N. inueſtituræ, & collationis fiendę, Canonicatus, & præbendæ Cathedralis Eccleſiæ Iuſtinopolitanæ, eſſent executioni demandandæ, nec ne? & quidem prima facie videbatur dicendum, quod ſic, quia Pontifex contulit Canonicatum, de quo agitur vacantem per obitum in Menſe Maij,
1 ſibi reſeruato, † vt ex regulis Cancellariæ, & licèt à primo executore fuerit examinatus, & reiectus, tamen à ſecundo fuit approbatus, & in poſſeſſione ſpirituali poſitus, adeo vt ſuperſit tantummodo ei tradere etiam poſſeſſionem temporalem, & in eadem ipſum manutenere. His tamen non obſtantibus, ex altera pro parte d. Domini Baſiach in poſſeſſione, tam ſpirituali, quàm temporali exiſtẽtis, aliter dicebatur de iure eſſe pronunciandum, nempè ipſummet in poſſeſſione rectè adepta, in qua reperitur, non moleſtari, quinimo conſeruari.

Abſoluta

Abſoluta eſt iure concluſio, quod reus poſſeſſor, poſsit † dare obiectus contrà actorem, 2
cum ſibi ſufficiat vincere per non ius actoris Rota, *deciſ.7.nota an reus, & poſſeſſor, de re iudic. in nou.*

Ideo poteſt Reueren. Domi. Baſiach canonicus legitimè ponere, & dare obiectum contra Presbyt. Raphaelem, quod nõ eſt idoneus ad dictam præbendam, & canonicatum,
quam prætendit, & ſibi † ſufficiet vincere per 3
hanc viam.

Tantoque magis id licèt, ex quo ad hoc, vt præfatus Raphael poſsit experiri de iuribus ſuis, occaſione prætenſæ anterioritatis, debu-
it omnino in primis, † & ante omnia purifi- 4
caſſe conditionẽ de qua in ſuis litteris Apoſtolicis, videlicet, ſi eſt idoneus, fruſtrà enim tractaretur, de obtinendo, niſi prius fuerit idoneus legitimè reputatus, ad formam ipſarum litterarum, & prout ſacri Canones requirunt.

Cum autem ſtatim, vt ipſe Raphael fuit examinatus, & in tantum reprobatus, vt etiam ineptus ad diſcendum fuerit iudicatus,
non † potuit vlterius examinari, nec admitti. 5
Nam conditio reſcripti, quo ad approbati-
onem vel reprobationem, intelligitur † de 6
prima approbatione, vel reprobatione. Prout not. *Ioan, Monach. in cap. ſi pro te, numero tertio, 4. & 5. de reſcript. & poſt eum Gemin. col. prima, verſic. quærit. Ioan. Monach. hic, & Franc. col. prima, in*

 fine,

ſine.verſic.quod autem. Socin. iun.conſilio 93. numero 4. & 10.verſiculo, & dum primo, & conſilio 94.numero 25. in fine, libro ſecundo. Tiraquell. in l. boues, §. hoc ſermone, in regula, numero 59. & 132. de verbor. obligat.

Et quod in examine huiuſmodi ſtatim, vt
7 repertus fuit non idoneus, & † reprobatus ob ſcientiæ defectum, dicatur impoſitus finis negotio, eſt text. *in capitul. ſi forte, verſicul. aut negabit, & ibi gloſ. in verbo, accedentem, circa princ. ibi, ſi probat primum, repellitur electus, de elect. in 6. Anchar. in Clemen. prima, de conceſſ. praben. colum. 3. numero 21. ſub verſiculo ſecundo, hoc probo ibi,* vnde ſi non idoneum, pronunciat idoneum, & è contra, ſtatur ſuæ declarationi contra veritatem.

Et quatenus etiam verum eſſet, quod ſecun-
8 dum fieri potuiſſet, ad hoc dicitur: quod† factum fuit minus legitimè abſente Ordinario requiſito, ex forma mandati Apoſtolici, & ideo non debet de eo aliqua haberi ratio, *Ioan. Monach. in d. capit. ſi pro te, in fine, & ibi Germin. & Franc. ſuprà allegati.*

Accedit, quod prædictus Ordinarius executor litterarum dicti Raphaelis, tenebatur procedere parte vocata, & ſic citato Reueren.
9 Baſiach, de cuius † præiudicio agitur, quando
10 voluit procedere ad executionem ipſarum † litterarum, & ſic ad examen, vt notat. Cardin. *in dicta Clemen. prima, in princip. in ſecunda quæſtio. verſiculo ſi vero clauſula ſonat in conditionem. Feiyn. in capitulo dudum, columna 14. ſub numero 33. verſic. ſed*

ſed in eo, quod dicit Archid. de præſumpt. Ruin. conſilio 62. numero 16. & 17. lib. 5. Alexand. conſilio 45. colum. 1. numero 3. verſiculo ſecus autem, vbi clauſula, & ſequen. volumine 6. qui ampliat id etiam eſſe verum † ſi adſit clauſula, Super quo tuam conſcientiam oneramus, & ſub numero 8. inquit, talem Commiſſarium, quando declarat debere iurare, quod ita dictat ſibi conſcientia. 11

Quando autem pars compareat prout cōparuit Reueren. Baſiach etiam ſine † vocatione, quod debet audiri, & denuo de veritate cognoſci. *not. Bonif. Vital. in dicta Clemen. 1. num. 24. de conceſ. pub Lap. allegat. 60. viſis litteris, colum. 2. verſiculo remanet tamen ſaluum ius, & ibi Mandoſ. qui alios refert.* 12

Vnde ſtante comparitione facta per Reueren. Baſiach, quod † intendebat citari, & audiri ad quoſcunque actus occaſione dictarum litterarum per Reuerendum Raphaelem obtentarum, & ſtante quod examen collatio, & alij actus facti fuerint eodem Reuerendo Baſiach, nec citato, nec audito, imò obaudito, ſatis iuſtificatum remanet, † grauamen à quo appellauit, & quod reparari debet omnino à M. R. D. meo Apoſtolico Delegato per nouum examen. 13 14

Et tanto magis, cum per prouiſionem, & actualem poſſeſſionem dicti Reuerendi Baſiach, ius ſibi fuerit quæſitum: † quo caſu, apertiſſima fuit ſubreptio facta de nouis examinationibus, & quidem diuerſis à prioribus, quos 15

non certiorauit de intereſſe Reuerendi Baſiach, deque iure illi interim quæſito, quo ſtante, debebat Reuer. Raphael petens ſibi prouideri de beneficio iam per alium poſſeſſo, dirigere actionem contra poſſeſſorem, & eo citato, petere executionem litterarum, offer-
16 re ſe examini, & alia † iudicialiter, non autem in abſcondito expedire, vt docet *Compoſtell. in capit. mandatum, col. fin. verſic. item quaritur qualiter agam, de reſcript. latè Borgni. deciſ. 17. nume. vigeſimo quinto, & 27. 60. & 61.*

Nec mirum videri debebit, Reuerendo Raphaeli, quod tertio debeat examinari ad præſentiam Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi Epiſcopi Semonien. excutoris iuxtà eiuſdem Reuerendiſsimi decretum, & quod examinatus & non repertus idoneus, repellatur, cum eius prætenſa admiſsio in ſecundo examine facta, etiam quod ei non obſtaret prima
17 reprobatio, non fuerit † ſententia diffinitiua, tanquã non facta iudicialiter, & nullis partibus citatis, ſed ſimplex decretum admiſſorium, vt not. *Oldrad. conſilio 18. verſic. ad ſecundum, & ſequitur Anchar. in dicta Clem. 1. ſub. numero decimo quinto*, & ideo ex noua & diligentiori exa-
18 minatione † reuocabile, vt in ſimili concludit *Oldrad. dicto conſilio decimo octauo, in primo artic. & Innocen. in capit. accepimus, de ætate & qualit. & ſequitur Anchar. dicto Clement. primo, numero decimo quinto.*

Vrget

Vrget enim ſemper, & maior ratio periculi, quę per eos in medico imperito conſideratur, & quæ multo magis eſt attendenda vbi agitur de ſolo periculo corporum, & pulchrè probat *Felyn. in capitulo primo in fin. verſic. item in quantum de magiſtr.*

Et ſemper verum eſt defectum ſciẽtiæ reddere inhabilem ad dignitates *capit. cum nobis, circa finem, & capit. cum in cunctis, in princip. vbi gloſ. & §. inferiora, ibi ſcientia, & moribus, de elect.*

Si enim in laicis vix tolerabilis eſt inſcitia, quanto magis in ijs, qui præſunt curæ animarum, quorum ignorantia, nec excuſatione digna eſt, nec venia, *c. ſi. laicus, & capi qui Epiſcopus, 38. diſtinct.*

Quinimo peccat, qui dignitatem acceptat ſi ſufficientem ſcientiam non habet, ſecundum *Innocen. in capit. cum in cunct. de elect. Anchar. in Clem. 1. numero primo in fi. de ætate & qualit. Dec. in capitul. in cunctis, colum. 4. in princip. verſic. vlt. notant.*

Et prælatus promouens indignum, tenetur Eccleſiæ ad intereſſe, quam læſit. *Anchari. in dict. Clemen. primo, in fine, de ætate & qualit. Dec. in dict. capitul. cum in cunct. & loco mox citato.*

Et examinatores deputati ſi à recto tramite deueniant coram DEO iam condemnati, eccleſiaſtica dignitate carituri dicunt, *in capit. quando, in fi. 24. diſtinct.*

Quæ

Quæ mala, vt tam ab examinato, quam ab examinatoribus arceantur, vt purgetur ſuſpicio euidens ex prima reprobatione ſuborta cui præſens erat ordinarius, & nõ in ſecunda, omnino ad nouum examen, & legitimum procedi debet, & pro identitate vel inſufficientia reperta *iudic. gloſ. in cap. accepimus, in verbo examinare, ibi, ne indigni promoueantur.*

Et negligentia priorum examinatorum à quibus videtur pro idoneo approbatus, nõ debet impedire quo minus quęratur an indignus ſit, *iux. not. Abb. in d. c. accepimus, in 6. notab. & in col. 2. verſic. oppono, cum gloſ. & extra de ætate & qualit.*

Abſolutum eſt in iure, quod prædictus Reuerendus Baſiach, nec debuit nec potuit de
19 facto ſpoliari poſſeſsione † dicti Canonicatus, niſi eo prius vocato, iudicialiter diſcuſsis iuribus cum cauſę cognitione, *tex. in terminis, in capitulo, licet Epiſcopus, & ibi gloſ. in verbo, te non vocato, de preben. in 6. Calderin. in conſi. 4. ſi Papa de dilat. Oldr. in conſ. 227. Cardin. Zaberella, in conſilio 24. ſub nu. ſecundo, verſi. pro hoc, & latius in conſ. 75. Reueren. Pr.* vbi reſcribens Epiſcopo Chalammen conſulit, quod in traditione poſſeſsionis fiendæ ſecundo prætenden. oportet vocare poſſeſſorem cui poteſt competere ius in poſſeſsione ex aliqua cauſa, *tex. in d. ca. licèt* aliàs primus poſſeſſor dicitur iniuſtè deiectus, & ei competit ius appellandi, & in Curia ſta-
20 tim obtinebit † quod reuocatur traditio poſ-

ſeſſio-

ſeſsionis datæ ſecundo, & quod ipſe primus reponatur in poſſeſsione. Proſequiturque conſulen. quod reuocet poſſeſsionem datam ſecundo, & priorem reſtituat in poſſeſsionẽ, in primis, & ante omnia monito poſtea ipſo reſtituto, ad dicendum quare amoueri non debeat.

Quę quidem doctrina, & praxis eſt communis, & receptiſſima, vt per eundem *Cardin. in conſil. 132. numero ſexto, verſiculo ſed dicimus, & per Felyn. in capit. fin. num. 24. in 2. fallent. de præſump.* vbi in terminis inquit, quod ſi executor Apoſtolicus vellet dare poſſeſſionem alicui, quam alius tenet, debet poſſeſſorem vocare, & de iuribus ſuis cognoſcere aſſignando rationem, quod non eſt de mente Papæ, quod † quis remoueatur à poſſeſſione ſine cauſæ cognitione, vt per multa iura ibi collecta, & prædicta ante Felyn. notauit *Abba. in dicto capitul. finali*, vbi teſtatur de communi & eleganter etiam conferunt tractata, & repetita per *Nauar. in ſua repetit. ad tex. in cap. accepta, de reſtitut. ſpoliat. in 10. oppoſ. nu. 6. fol. mihi 40.* vbi per multa fundamenta corroborat dictam communem, & inuehitur contra executores Apoſtolicos, 21 qui non audito poſſeſſore primo, immitunt ſecundum in poſſeſſionem.

Et demum, faciunt quæ ſcripſit Quintil. Mandoſ. *in tract. de inhibit. quæſt. 46. num. 3* vbi cum ſexcentis allegatis, concludit, quod nemo ſit priuandus ſua poſſeſsione, etiam facto

iudicum

iudicum, vel per reſcriptum Principis, niſi ordine iudiciario pręmiſſo, & ſeruatis ſeruan-
22 dis, ampliando etiam, ſi poſſeſſor ſit† iniuſtus, *per tex. in d. cap. licèt*, & in terminis fortioribus, quam nos verſemur, etiamſi poſſeſſor
23 beneficij † ſit ipſo iure priuatus beneficio, quod nec etiam in tali caſu ſit amouendus à ſua poſſeſſione, niſi iuris ordine ſeruato, ſubdendo etiam, quod primus poſſeſſor indebitè non faceret, qui ad mandatum executoris ſine cauſæ cognitione procedendo non vellet dimittere.

Ex quibus ſatis liquidò conſtat, quàm iniuſtè, & quomodo contra omnes iuris terminos prædictus Reuerendus Baſiach fuerit ſua poſſeſſione ſpoliatus, & quomodo iuridica fuerit eius appellatio.

Et his probatis ſic veris exiſtentibus ſubſequitur, quod talis ſpoliatio poſſeſſionis poſt appellationem à Domino Reuerendo Baſiach interpoſitam, & de qua fuit facta fides ex
24 actis, fuit attentata, & quæ ob id in primis, † & ante omnia eſt reuocanda, vt per *Lancellot. in tractatu. de attent. capitulo vigeſimo ſeptimo, in princip.*

25 Quæ reuocatio, niſi † fiat in primis, & ante omnia, Iudex dicitur facere iniuſticiam, & grauare paſſum attentata, vt ibidem per *Lancellot. in capitu. 30. numero 153. & numero centeſimo ſexageſimo quinto*, præcipuè cum ſic diſponat reſcriptum Apoſtolicum, quod omninò eſt obſeruan-

ſeruan. in hac reuocatione, vt per *Mandoſ. in ſua praxi commiſſionem Apoſt. in form. 13. commiſſ. attentat. ſub verbis, in primis, & ante omnia.* Reuocationemque requiſitam nullo modo debet Iudex retardare, ſub aliquo prætextu: eſt enim adeò fauorabilis ipſa reuocatio, vt retardari non debeat ſub prætextu, quod auocatio facta per Reuerendum Auditorem Generalem, Illuſtriſſimi Domini Nuncij Venetiarum, dicatur facta ad tollen. ſcandala, quia nec etiam talis aſſertio poteſt impedire, vt *Lancellot. in dicto tracta. capitul. quarto, de attentatis lite penden. in ſecunda ampliat. vbi numero 5.*, concludit, quod auocatio poſſeſſionis facta per Iudicem lite pendente, debet reuocari in primis, & ante omnia, & idem, *in cap. 30. titul. de priuileg. attent. num. 169.*

Quia cauſa attentatorum eſt † adeò ſepa- 26
rata à cauſa principali, vt de ſui natura ſeorſum ſit examinanda, *Lancellot. in d. tract. c. 23. nu. 34.* & ſuſpendit cognitionem cauſæ principalis, vt per eundem, *in cap. 30. num. 115.*

Quia reſpondetur, quod nos non ſumus in caſu, in quo notorium ſit Reuerendum Baſiach, ius non fouere, ſtantibus multis iuridicis exceptionibus oppoſitis contra prætenſionem Reuerendi Raphaelis, , quæ indigent tali diſcuſſione, vt ſit retardanda reuocatio attentatorum, quæ fuerunt † facta poſt appella- 27
tionem per dictum Reuerendum Baſiach interpoſitam, & qui, vt in principio dictum fuit,

non

non potuit à ſua amoueri poſſeſſione, iuribus ſuis non diſcuſſis iudicialiter, & quod talis reuocatio non ſit retardanda obſeruat Rota, vt teſtatur *Lancell. in dicto tractat. & capit. vigeſimo quarto, num. 62.*

28 Et quod exceptio, † non iuris non impediat reuocationem attentatorum in beneficialibus, quando non eſt adeò notoria, vt requirat altiorem indaginem, declarauit *Oſſaſc. Deciſ. Pedem. 116. numero 8. quem refert, & ſequitur Lancell. vbi ſuprà, numero 80.*

Cum autem nullo modo dici poſſit, quod conſtet notoriè de non iure prædicti Reuerendi Baſiach, ex quo de tali non iure, & no-
29 torio conſtare † non dicitur ante concluſionem in cauſa, & quidem concluſio aliqua in cauſa facta non fuit, vbi nondum ſit ceptum
30 iudicium, & non † dicitur conſtare de non iure, quam diu poteſt de iure doceri, donec fuerit in cauſa concluſum, vt per *Lancell. in dicto ca. 24. quaeſt. prima, num. 83.* vbi ampliantur prædicta, etiam ſi contrà Reuerendum Baſiach fuiſſet lata ſententia ſuper meritis, dummodò
31 appellaſſet † adhuc, poſſet obtinere reuocationem attentatorũ, non obſtante, quod dici poſſet notoriè conſtare de non iure, propter ſententiam contra eum latam, vt per *Lancell. ibidem, numero ſequen.* qui teſtatur ſic Rotam te-
32 nuiſſe. Nec conſuetudo † immemorabilis intelligitur in litteris Apoſtolicis reuocata ex illis verbis, ſeu clauſula, videlicet, conſuetudine

dine nõ obſtante, &c. quia de immemorabili non intelligitur, *capit. primo, de conſtitut. in ſexto, Felyn. in Rubric. de præſcript. in fin. Alexan. in conſ. 60. numero 2. volum. primo*, & ſic pro Reuerendo Baſiach fuit iudicatum.

EPITOME.

Filius naturalis non ſuccedit in emphyteuſi patri conceſſa.

SVMMARIA.

1 *Appellatione extraneorum, non veniunt ſpurij.*

2 *Spurius ſuccedere non poteſt in emphyteuſi.*

3 *Alleganti incumbit onus probandi.*

4 *Emphyteuſis conceſſa non intelligitur, & conceſſa filiis & nepotibus.*

5 *Naturalis non venit appellatione filiorum.*

7 *Clauſula ſubſequens declaratur ex præcedentibus.*

8 *Actus ſemper præſumitur factus iuxta diſpoſitionem iuris.*

9 *Dictum in vno capitulo intelligitur repetitum in alio.*

10 *Verbum hæredes, & ſucceſſores non auget, ſed ſtat reſtrictiue.*

11 *Filius hæres patris exiſtens, ſuccedit etiam in emphyteuſi.*

12 *Opiniones hincinde faciunt rem dubiam.*

13 *Aſſertioni cui non ſit ſtandum.*

14 *Pactum affrancandi differt à contractu emphyteutico.*

15 *Finito toto, finita eſt pars.*

16 *Præſcriptio triginta annorum valet in contractu emphyteutico.*

17 *Conditione in pacto appoſita non adimpleta, pactum tollitur.*

DECISIO XXVI.

1 NOn valet conſequentia, tranſit † ad extraneos, erga ad ſpurios: cum in emphyteuſi conceſſa pro ſe, & hæredibus, & quibus dederit, ſpurij ſuccedere non poſsint, vt in hiſce terminis, in filio ſacerdotis conſuluit *Bal. in conſil. 207. libro ſecundo Alexan. conſil. 128. numero ſeptimo, libro primo, & in l. facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebel. Decius in cap. in præſentia, num. 48. de probat.* tollitur omnis difficultas ex Bulla Sanctę mem. Pij Quinti Pont. Max. qua a-
2 pertè † cauetur ſpurios nullo modo poſſe ſuccedere in emphyteuſi huiuſmodi. Nec dicatur, eam minimè vſu fuiſſe receptam, quia cũ de hoc nullibi cõſtet, in dubio præſumitur
3 pro viridi eius obſeruantia, & qui dicit † contrarium, probare tenteur. *Petrus Benint. deciſ. 9. numero nono.* Comprobari poſſunt præmiſſa, ex his, quæ tradit Bald. *in cap. canonum ſtatuta, nu. vigeſimo ſecundo & ſequentibus, de conſt.* vbi inquit, per ſtatutum fieri non poſſe, vt bona quo ad proprietatem relinquantur filijs ſpurijs, & cautela de iure vera reperiri poteſt vt aliquid ipſis relinqui poſsit, teſte Capola

cautela

cautela octuageſima tertia. Ferrat cautel. 41. cum ſimilibus.

Quocirca, licet ex hoc ſolo fundamẽto corruãt omnia ex aduerſo conſiderata, animaduerti etiam debet, quod in hoc occurrenti caſu emphyteuſis fuit ſimpliciter conceſſa ipſi Antonio, nulla, nec filiorum nec hæredum facta mentione, vt legi eſt ex ipſo documento, quo fit, † vt ſecundum omnes, ad filios, & ne- 4
potes accipientis ſolum tranſit. *tex. in* §. *emphyteuſis, ſub Nouella, de non alienando. Couar. in dicto cap. 17. numero ſexto, verſic. quinta concluſio,* poſt alios ab eo relatos, tunc ſic emphyteuſis recepta pro ſe, & filiis, non debet cenſeri † 5
recepta pro naturalibus, ſecundũ *Bartol. communiter receptum, teſte Ripa, in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, nu. ſexageſimo ſecundo & alijs. Illuſt. Paleot. in tra. de noth. & ſpur.* in fortioribus terminis, quãdo etiam natalibus eſſent reſtituti, *in cap. 31. numero tertio merito &c.* Nec obijciatur quæſo quod paulò inferius conuentum fuit, quod dictus Antonius, & ſui hæredes, & ſucceſſores poſsint affrancare dando, &c. Et ideo videtur, quod ſit recepta pro ſe & hæredibus.

Quia cum in præcedenti capite clariſsimè liqueat, emphyteuſim ſimpliciter datam fuiſſe pro filijs nempe, clauſula † ſubſequens nõ 6
debet poſſe ampliare præcedẽtem diſpoſitionẽ, alioqui ſequeretur incõtinenti mutatio eorũ, quę dicta fuere ſuprà contra not. *in l. vnica.*

7 *C. de in offic. dot. ant.* quia Clauſula † ſubſequens, ſemper intelligitur, & declaratur ex dictis in præcedentibus, *Pariſ. conſil. 86. numero 50. & ſequentibus, volum. 2.* & tanto magis, quia
8 aſſumenda eſt ſemper interpretatio, vt actus † intelligatur factus ſecundum diſpoſitionem iuris communis, *l. ſi dico vbi Bald. ff. de acquir. hæred.* tum etiam, quia † dictum in vno capitulo,
9 cenſetur quoque in alio repetitum, *l. quemadmodum, in fine, ff. ad l. Aquil. Corneus, conſil. 54. colum. 2. cum alijs adductis per Pariſ. in mox citato conſ. 86. numero 54.* Si igitur dicta in præcedentibus cēſentur repetita in ſubſequentibus, verba illa, ipſe vel eius ſucceſſores, debent intelligi de filijs, & nepotibus habilibus, non autem de extraneis, & præcipuè in his, quę de ſui natura, vel pacto, non tranſeunt ad extraneos, vtpotè feudum, emphyteuſis Eccleſiæ ſiquidem
10 † verba illa hæredibus, & ſucceſſoribus, non augent, ſed ſtant reſtrictiuè. *Alexan. & ibi apoſtilator, in verbo extranei, in conſilio 120. lib. 4. quem cupio videri.*

Rurſus, & tertiò ſi volumus verba illa, hæredib. & ſucceſſoribus, ampliare diſpoſitionem, citra tamen veri præiudicium, procul dubio ex alio capite excludi debent dicti fratres, quoniam emphyteuſis data alicui, & eius
11 filijs & hæredibus, ita demum † ad filios poſt obitum patris defertur, ſi ei patri hæredes extiterint, *latè Didac. in capitulo decimo octauo, numero tertio, verſiculo ſexto, concluſio var r. eſolut. de*

communi

communi atteſtans. verum hi fratres non ſunt hæredes, ergo, &c.

Inſuper, & quartò, quicquid ſit, magis ſe habet communis concluſ. quod emphyteuſis conceſſa pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, ſiue ſit cum debitis ſolennitatibus, ſiue non, tranſit ad hæredes extraneos, *Clar. in dicto §. emphyteuſis, quæſt. decima octaua, verſicul. quicquid ſit. tamen diſputando Soarez elegantiſſimè in Theſauro, recept. ſentent. in verbo Emphyt. ſententia 65. Baptiſta à Villabob. in tractat. de commun. opin. in littera E, numero quinquageſimo ſeptimo, & quinquageſimo octauo, Bretta. conſilio trigeſimo ſecundo, numero ſexto. Simon de Pretus in tract. de interpret. vltima voluntat. libro tertio, ſolut. 2. numero 8. Roland. à Valle, conſil. 69. numero 3. & aliis ſequent. volumine primo,* & propterea cum ſit magis communis ſententia in contrarium diluitur, quod ſcilicet primo loco deducitur communem reſtringi in caſu quo fuere ſeruatæ ſolennitates requiſitæ.

Præterea ſaltem diffiteri minimè poteſt, quin ſit res † dubia, ex quo ſunt hinc inde 12 opiniones Doctorum, quæ rem dubiam reddunt, ex not. *in l. non dubium, ff. de leg. Bart. & alij in l. qui Roma, §. duo fratres, ff. de verb. obligat.* vnde fit, vt in re dubia, tenenda ſit opinio, quæ fauet Eccleſiæ, *l. ſunt perſonæ, ff. de reſcrip. Iaſ. in l. filiusfam. §. dicit, numero centeſimo, de leg. primo, & alibi ſæpe.*

Rurſus, vt ſuprà dictum fuit, non ſequitur, tranſit ad extraneos, ergo ad ſpurios, inſuper non ſunt ij filij hæredes. Non omitto etiam ſolennitates debitas ſeruatas non fuiſſe cum non præceſſerint tractatus, nec de ipſis conſtat: minuſque conſtat vtile fuiſſe ipſi Ec-
13 cleſiæ, niſi per † confeſsionem ipſius Præpoſiti, & Canonicorum, cui non eſt ſtandum, niſi aliter conſtito de veritate, vt in his proprijs terminis conſuluit *Abb. in conſ. 41. libro primo, quem refert, & ſequitur Crauet. in tract. de antiquit. temporis, par. 1. ſecundùm propoſitum noſtrum, numero ſexageſimo tertio. & ſequent. Caſſan. conſ. 7. numero decimo, Nicola. Moro. in tract. de Treg. & pac. quæſt. 73. nu 3. par. prima, Borgnin. Deciſ. 46. numero 445. & aliis ſequentibus, par. drima, cum ſimilibus.*

Vlterius non interuenit authoritas, licentia, & conſenſus Epiſcopi, ſed Vicarij; qui hanc non habet authoritatem, niſi ſpecialiter ſibi demandata fuerit de qua nullibi apparet. *Bald. in conſ. 475. numero ſecundo, volum. 1. Rodoan. in tract. de rebus Eccleſ. non alien. tit. de auth. prælati, numero 58. & aliis ſequentibus. Borgninus Deciſ. quadrageſima quinta, numero quadrageſimo, dicta parte prima,* qua in re ex præmiſsis etiam perſpicuum eſt, non obeſſe dum dicitur multo magis præmiſſa procedere, quando Canon reſpōdet fructibus, quoniam, vt mox dictum fuit, de hoc nullibi conſtat, nec aſſertioni Præpoſiti, & Canonicorum ſtari debet,

non

non conſtito de veritate aliter quam per eorum confeſsionem: quinimò præſumuntur redditus dictę domus, tunc tanti fuiſſe, quanti nunc ſunt, niſi contrarium probetur. *Aymon. conſilio 408. numero ſecundo, & tertio, volum. 3. Borgninus Deciſio. quadrageſima quarta, numero ſexageſimo quarto, dicta par. prima*, & vt ſępius dictum fuit, non ſequitur. tranſit ad extraneos, ergò ad ſpurios, ſed dato, quod Canon correſpondeat penſioni, attamen cum conceſsio ipſa reſtricta fuerit ad perſonas certas, ſcilicet ad filios, & nepotes, eas nempè egredi debet, quandoquidem limitata cauſa limitatum producit effectum: de qua *in l. in agris, ff de acquir. rerum dom.* non me præterit etiam eos non fuiſſe hæredes.

Secundò, non efficit ſecunda limitatio, quia Curt. iun. *in allegato conſilio quarto numero ſecundo, & aliis ſequentibus*, nullum diſcrimen conſtituit, an ex teſtamento, an ab inteſtato; imò totum contrarium firmat, modo conceſſio ſit pro hæredibus, & quibus dederit. quod ſanè non eſt hic; igitur, &c. Sed hoc conceſſo, ſpurij excluduntur. addo *Dec. conſilio centeſimo ſeptuageſimo primo, & conſilio ducenteſimo quinto, numero ſexto, & conſilio 284. num. 14.* Præterea, non ſunt hæredes, & fuit limitata ad certum genus perſonarum, & in omnem caſum magis communis eſt in contrarium, & non fuit facta cum debitis ſolennitatibus.

Vltimò, ex præmiſsis etiam tollitur alia

reſtrictio cum ipſi non ſint hæredes, neque de heredibus, & ſucceſſoribus dicti N. cum quo pactus fuit, & ſpurij ſunt, tum quia ſolennia non fuerunt ſeruata, tum etiam, quia N. & alij ſi rectè perpendantur, non dicunt emphyteuſim Eccleſiaſticam tranſire ad extrane-
14 os virtute illius pacti, ſed pactum † affrãcandi tanquam quid diuerſum, & ſeparatum ab ipſo contractu, ita declarat. *Caſtr. & alios, Burſat. conſil. 60. numero 24. volum. primo, & conſil. 255. num. 7. volum. 3.* quo caſu, cum ipſi non offerant affrancationem per cambium nempè, domum retinere non poſſunt. *Burſat. in dicto conſilio 69. num. 30. in fine.* Ex alio etiam diluitur, quoniam allegata per Caſtrenſ. & alios, non procedunt quando in contractu ipſo appoſitum fuit dictum pactum, vel incontinenti,
15 quia tunc † dicitur pars contractus, vnde eo finito, finitur & pars. *Cagnolus, in l. 2. nume. 168. C. de pact. inter empt. & vendit. Cæpol. in tractat. de ſimul. contract. in ſecunda præſumpt. ſub numero 31. circa finem.* Prætèrea illa oppoſitio non eſt vera, vt firmat *Felyn. in conſil. 25. Tiraq. de retract. ligna. §. primo, gloſ. 14. ſub numero 48. nouiſſimè Vincent. Corrotius, in tracta. loc. & cond. par. 2. tit. de effect. locatio. ad longum tempus, num. 17.* Rurſus cum ſit collapſum tempus à die conceſſionis triginta an-
16 norum allegato pacto † cenſetur præſcriptũ, etiamquod eſſet conceptum cum Clauſula illa, Quandoque &c. vt de magis communi, *Gabr. lib. 5. commun. concluſion. tit. de præſcript. concluſione*

cluſione ſexta per totum. Aduertatur conuentum fuiſſe cum iuramento inter partes emphyt. intra certum præſtitutum tempus teneri facere meliorationem † vſque ad certam ſummam, quas cum ipſe, nec eius datores fecerint, cecidiſſe dicantur. *Redoan. in d. tract. de reb. Eccleſ. non alien. tit. de conduct. ob inobedientiam pactorum, cap. 2. num. 14. fol. mihi 531.* Ex ſic excluſus fuit Liuius Paſarus Cremonenſis.

EPITOME.

Tranſacto termino ad ſe præſentandum Iudici ad quem, aſsignato à Iudice à quo abſque alia pronuncia Iudicis ſententia tranſitum fecit in rem iudicatam.

SVMMARIA.

1 *Iudex prioris inſtantia, poteſt tam incontinenti, quàm ex interuallo, terminum appellanti aſsignare ad proſequendum.*
2 *Qualibet legis diligentia excúſat appellantem à deſertione appellationis.*
3 *Prouincia Iudicis, ſententiam à ſe latam tranſitum feciſſe in rem iudicatam, eſt interlocutoria, ſed habet vim diffinitiua.*
4 *Elapſo termino aſsignato, & de diligentia excuſabili à deſertione non docto, ſententia abſque alio meretur executionem.*

DECISIO XXVII.

IVdex, qui ſententiam tulit, poteſt etiam ad inſtantiam appellati, † (quia 1

 ad

ad nullius inſtantiam Iudex officium ſuum non impartitur, vt latè dixi, Dec. 2. numero decimo inter ciuiles,) terminum appellandi præfigere ad præſentandum ſe Iudici ad quem & licet in continenti, vt ſic in practica obſeruari voluit Veſtrius, *in capitu. vltimo libro. ſeptimo, numero tertio, & nume. vigeſimo quarto*, nihilominus Rota cenſuit contrarium, *Dec. 40. numero primo, in nou.* quę quotidiè practicatur in curia, quo termino elapſo, & Iudici à quo non inhibitum, ſeu parte non citata, coram Iudice ad quem, voluit certa practica huius tribunalis, vt ſeruentur quatuor termini, primo pro prima, ſecundo pro ſecunda, tertio pro tertia, & quarto pro quarta, & ex ſuperabundanti, in quo vltimo termino, ſi pars appellans non docet de diligentia, & proſecutione ſuæ appellationis, Iudex pronunciat ſententiam tranſitum feciſſe in rem iudicatam, ita formal. variarum commiſsionum & terminorum nec non inſtrumentorum in ſuo loco proprio, de obſeruatione terminorum
2 in cauſa deſertionis appellationis, ſi pars † ſe excuſat oſtendendo litteras reſponſiuas pro commiſſione cauſæ, Iudex non debet pronunciare cauſam feciſſe tranſitum in rem iu-
3 dicatam, aliàs appellare † poteſt, & Iudex tenetur deferre, tanquàm à ſententia interlocutoria diffinitiuæ vim habenti, vt dixi *Deciſio. 4. nu. ſeptuageſimo ſeptimo, inter ciuiles, verſic. duodecimo.* Si verò de diligentia nihil docet ap

pellans

pellans, tunc Iudex ex generali conſuetudine huius Tribunalis pronunciat cauſam deſertam eſſe, & executionem mereri, ego tamen in certa cauſa N. elapſo termino præfato, aſſignato petij executionem ſententiæ, abſque alia Iudicis declaratione ex † doctrina Innocent. *in cap. ex ratione, de appellat. allegat. à Guid. Papa, Dec. 436. numero 24. Felyn. in capitu. cum ſit Romana, circa finem de appellat. Cardinalis, in Clem. 1. quæſt. 23. de appellat. Rom. ſingul. 162.* & ſic obtinui abſque alio executionem ſententiæ. 4

EPITOME.

Quod cauſa matrimonialis ſit fauorabilis, & in dubio pro matrimonio iudicandum ſit: fallit hæc regula iuris, in duobus caſibus.

SVMMARIA.

1 *Cauſæ matrimoniales terminantur ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, ſed tantum veritate inſpecta.*

2 *Fallit hoc priuilegium quando agitur ad ſeparationem thori.*

3 *Item quando matrimonium effectum ſuum ſortiri non poteſt ob impotentiam coeundi, ceſſat priuilegium prædicti.*

4 *Sponſalia de futuro, non gaudent priuilegijs cauſæ matrimonialis.*

5 *Sponſaliorum ſententia tranſitum facit in rem iudicatam.*

6 Senten-

inſtantia requirebat vxorem ſibi reſtitui, vxor recuſabat redire, allegando ſæuitias, & impotentiam viri coeundi, vir inſtabat in cauſa hac
ſummariè, † de plano, ac ſine ſtrepitu, & figu- 1
ra Iudicij procedi iuxta text. *Clemen. diſpendioſam, de iudic.* obtinui primò ordinariè proce-
di, quia agebatur † de thori ſeparatione, quo 2
caſu ceſſant matrimonij priuilegia in procedendo, *Auguſtinus Bern. in c. ex litteris, de in integ. reſtit. num. 27.* & ſparſim Doctores omnes vnanimes hoc paſsim comprobant, & affirmant: poſtea verò etiam ſi eſſem contra matrimonium in dubio obtinui, quia quando matrimo-
nium † effectum ſuum ſortiri non po- 3
teſt propter impotentiam coeundi, in dubio contrà matrimonium iudicatur, *Abb. in capit. fraternitatis, numero 16. de frigid. & malefic. & in capitul. adoleſcens, de diſpenſatoribus, quod notat ad limitationem, cap. licèt ex quadam de teſtibus, Antonius de Butrio, in capitu. litteris, eod. titul. de frigid. & malefic.*

Item nec ſponſalia de futuro retinent pri-
uilegia, † quæ habent matrimonia, *ita gloſ. in* 4
Clem. diſpendioſam, de iudiciis, in verbo matrimo-
nijs, quia hæc † tranſitum faciunt in rem iudi- 5
catam, cauſa verò matrimonialis † nunquàm: 6
adeo, vt eius ſententia, quandocunque (conſtito de errore) poteſt reuocari, ita communiter Doctores, *in cap. lator. de ſententia, & re iud.*
Et cauſa thori ſeparationis † eſt matrimonia- 7
lis, ſed illius ſententia poſtquàm bis fuerit cõ-

firmata,

firmata mãdatur executioni, nec vlterius audi tur reclamans, ita Doct. pręſertim *Felyn. in alleg at. cap. lator, de ſentent. & re iudic.*

8 Cauſa ferè matrimonialis ea † dicitur, in qua tractatur de inualiditate matrimonij: & de ea loquitur *Clement. diſpendioſam, de iudic. & ca. lator, de ſententia, & re iudic.* in qua cauſa multa priuilegia concurrunt, fauore matrimonij,
9 primo, vt teſtes in cauſa † matrimoniali ſint omni exceptione maiores, *tex. in cap. litteris, de teſtibus, & atteſt. Felyn. in Rubr. de ſponſ. numero 5. Grat. conſilio 2. volumine 2. numero 34. voluit Antonius Gabriel. concluſ. 8. de teſtibus, numero 1.* licèt magis communis opinio ſit, vt hæc concluſio procedat, quando teſtes examinantur cō-
10 tra matrimonium, tunc † requiruntur omni exceptione maiores, vt idem Gabriel. loco citato, numero finali, & eo caſu voluit *Grat. conſilio 2. allegat. volumine 2. numero 35.* quod qui vult probare nullitatem matrimonij, nedum probet per teſtes quacunque exceptione ma-
11 iores, vt dictum eſt, ſed teneatur † articulare maioritatem, & illam per teſtes probare, aliàs non obtinebit.

Pro quo matrimonio probando admittun-
12 tur conſanguinei, † & affines, excluſa impari-
13 tate iugalium, quæ † diuitijs, nobilitate, vel potentia exemplificatur, & nedum affines, & conſanguinei, ſed pater & mater, *capitulo, ſuper eo, el ſecundo, de teſtibus vbi Doctores, præſertim Aretin. Alexan. conſilio centeſimo octauo, numero 8. libro*

bro 2.& conſilio centeſimo decimo quarto, numero 14. libro 4. & conſilio centeſimo quinquageſimo tertio, numero ſexto, & conſilio 154. libro quinto, Ruin. conſilio centeſimo quinquageſimo, numero 15. & 16. & ſequen. libro quinto.

Nam & teſtes varij, ſeu contrarij in quibuſdam qualitatibus, circumſtantijs, vel acceſſorijs, dummodo in facto principali pro matrimonio concordant, admittuntur † ſecundùm 14
Gloſ. in capit. dudum, in verbo, ſubſtantia veritatis, de conueſ. coniugatorum. in capitulo, cum Eccleſia, in verbo, Vacillaſſe, de cauſ. poſſeſſ. & propriet. ita Alexand. conſilio ſeptuageſimo octauo, numero 8. & conſilio quinto numero decimo libro primo & conſilio 53. numero quarto eodem lib. & conſilio 47. num. quarto & ſexto lib. ſecundo, & conſilio 105. numero vigeſimo ſecundo, libro quarto, & conſilio 88. nu. decimo ſeptimo, libro quinto, Pariſ. conſilio 152. numero duodecimo, libr. 4.

Item in ſimili cauſa, poſt concluſionem in cauſa, † & publicatis atteſtationibus licitum 15
eſt producere nouos teſtes, *Abbat. in cap. ſicut, de teſtibus, numero 7. & 8. Felyn. in Rubr. de ſponſ. verſic. poſtremo, num. 4.*

Item ſingularis opinio † vnius Doctoris 16
authentici, præualet communi opinioni, quę eſt contra matrimonium, notat *Felyn. in Rubr. de ſponſalib. numero 6. & 7.* & hæc cauſa tantum per Epiſcopos † debet cognoſci, vt *Felyn. poſt* 17
alios, in d. Rubr. de ſponſ. num. 10. vbi priuilegia hæc matrimonialis cauſa latè tangit.

Vltimo

Vltimo cum ſit ſpiritualis, non eſt compromiſſibilis, *capitulo cauſam de reſtitutione in integrum*, & ſic omnia priuilegia ſupradicta cauſæ matrimonialis, *allegata in Rubr. de ſponſalib.* Supraſcripta tantùm vidi obſeruari in practica, excepta etiam vt Epiſcopi iudicio tantùm relinquatur, cum practica ſeruet contrarium, vt etiam Vicarij generales, ordinariè cauſas matrimoniales tam contra matrimonium, quàm pro matrimonio audiunt, cognoſcunt, & fine debito decidunt, & à Sanctiſſ. Domi. N. Papa quotidie Vicarijs generalibus, cauſæ huiuſmodi delegantur, nec non auditores Generales Nunciorum, hic pro tempore exiſtentium cauſas ſimiles, in appellationib. tractant, & terminant, licèt ex his plures hic fuerint, qui nedum ad primos ordines minores fuerint ordinati, & aliqui tantummodo ad primam tonſuram.

EPITOME.

Alienatio, præſcriptio, vel compoſitio de decimis, fieri non poteſt, niſi de aſſenſu Summi Pontificis.

SVMMARIA.

1 *Decima non ſoluitur Domino decimæ.*

2 *Bona principis non ſoluunt decimam.*

3 *Bona Epiſcopi non ſoluunt decimam ex priuilegio perſonæ, ipſa poßidentis, & ceſſante poſſeſſore, ceſſat priuilegium.*

4 *Laicus*

4 *Laicus eſt penitus incapax decimæ.*

5 *Decima profana poteſt ſolui laicis.*

6 *Dictio, ſecundùm, aliquando ſtat aſſertiuè, aliquando verò limitatiuè.*

7 *Conſuetudo etiam in decimis ſeruatur.*

8 *Alleganti incumbit onus probandi.*

9 *Aliquis referens ad conſuetudinē, intelligere præſumitur de valida tantùm.*

10 *Conſuetudo non tollit ius tertij, tertio inſcio.*

11 *Sub generali diſpoſitione, conceſſio decimarum, non comprehenditur.*

12 *Compoſitio de decimis, non niſi inter clericos tenet.*

13 *Decima tolli non poteſt.*

14 *Quæ præſcriptio contra decimarum ſolutionem non attendatur.*

15 *Præſcriptio aut totalis, aut quotatiua,*

16 *Decimarum ſolutio nec per appellationem, nec alia de cauſa retardari debet.*

17 *Aſſertiones non, ſed probationes requiruntur.*

18 *Pontifici non creditur, quòd vtilis, & ſolennis fuerit alienatio decimarum, niſi exhibeatur documentum.*

19 *Decima diminui vel componi non poteſt, abſque aſſenſu Papæ.*

20 *Solennitas iuris requiritur in alienatione rerum Eccleſiaſticarum.*

21 *Inferior non habet authoritatem in his, quæ ſunt ſuperiori reſeruata.*

22 *Mandatum generale minus ſufficiens eſt ad ſpecialia.*

DECISIO XXIX

PRæſuppoſito primum, quod iſta bona de quibus agitur, ſint re-uera de dote Eccleſię Cathedralis, quæ propterea onere deci-
1 mali erga ſeipſam † non grauaretur, *capitulo ſecundo* vbi *Abb. numero ſexto, ſeptimo, extrà, de decim.* quod & cadit in bonis Prin-
2 cipis, quæ immunia † ſunt eadem ratione, *l. licitatio. §. fiſcus. de publica.* attamen, ſi in aliũ trans-
3 ferantur, ſubijciuntur decimæ † & aliqua non gaudent immunitate, ita *Bald. in conſilio 322. in primis, ſub numero 2. libro quarto, per tex. in dicto §. fin. tradit Fabian de Mont. in tract. de empt. & vendito. in 6. quæſt. princip. numero 46.* Et in materia decimarum credo indubitatum, cum ſciptum ſit ex omni prædio, & de omni fructu decimã deberi, quinimo ſi Epiſcopus villam alienaret, cum omnibus viribus, quæ ibi habet adhuc decimas non comprehenderet, quæ ſunt
4 ius merè ſpirituale, † & cuius incapax eſt laicus. Ita pulchrè *Innocent. in capitulo, ex litteris, ſub numero primo, extra, de iure patronat.* ſecus eſſet
5 ſi talis decima † eſſet profana, & ſic emptor eſſet capax, vt ſcitè declarauit Curtius iun. *in conſil. 177. col. 3.*

Hoc ita præſuppoſito, inferebatur, quod iſti emphyteutæ nullam poſsint decimarum exemptionem prætendere, primo ex voluntate, deinde ex poteſtate inueſtientis: ex voluntate,

voluntate quidem, quia dictum fuit in inueſtitura Anni 1481. cum exemptione à præſtatione decimę, ſecundum conſuetudinem hactenus obſeruatam, caſu quo dicta conſuetudo extet.

Hic euadimus illam diſputationem, de qua per Doctor. *in l. edita. Cod. de eden. per Bartol. in extrauag. ad reprimen. in verbo, prout, & diffusè per Iaſ. in rep. l. adm. in 2. lect. numero vigeſimo ſexto, & ſequen.* an † dictio ſecundum, ſtet aſſertiuè, 6
an verò limitatiuè, & conditionaliter, quia cum expreſſerint partes, quod conſuetudinem non affirmabant, ſed ita ſuper exemptione paciſcebantur, ſi conſuetudo † adfuiſſet, 7
ceſſat omnis difficultas. *l. ille, aut ille. §. cõtinuus. ff. de verborum obligat.* ſed ſic eſt, quod de tali cõſuetudine antequam apparuit, quamuis onus † probandi inueſtito incumberet, teſte *Dec. in* 8
conſilio 142. ſub numero ſexto, cum maximè fundata eſſet intentio Eccleſiæ, de iure communi, ergò &c. hocque amplius ex inſtrumentis antecedentium locationum temporalium, annorũ 1455. 1464. & 1469. nũcupatim conſtat, quod pręſtarentur decimæ in toto territorio, & per conſequens etiam pro iſtis bonis, ſaltem pro parte colonorum, *capitulo, à nobis extra de Decim.* Rurſus, quando ſe ad conſuetudinem retulerunt partes, ſi ſubeſſet, neceſſario de † valida conſuetudine intellexerunt. 9
l. non putauit. §. non quæuis, in fine, ff. de. bon. poſſeſ. cont. tab. lege ſecunda, §, ait prætor. ff. qui ſatiſd.

cogan. Alexan.& aly, in l.4.§.condemnatum.ff.de re iudic. Rom.in conſilio 42.numero tertio in conſilio 78. & iſta eſſe non poteſt, vtpote extinctiua totalis præſtationis decimæ, vt dicetur inferius, ergò &c. Inde verò conuellitur quod de aſſerta obſeruantia obiectatur, & *Crauet. in conſilio 101.& 158. quoniam*, dupliciter reſpondet. *idem Craue.in tract.ant.temp.parte 1.ſectio.quarta,quarto limitatur, num. decimo ſexto, decimo ſeptimo, 18. & 19.* quod nullus actus poſitiuus interuenerit pro dicti contractus implemento. Item quod de ſcientia Reuerendiſsimi Archiepiſcopi nuſquam appareat, non tantum, quod is decimam non ſolueret, ſed neque, quod exemptio decimæ conceſſa fuiſſet per Agentes ſuos, merito in his proſit, vt ibi per eũ, & quod dicendum ſit de ſcientia ſuperioris, ad quem ea res pertinet, aliàs fruſtra allegatur obſeruantia, † tradit idem *Crauet. vbi ſupra par-*
10 *te 3.ſect. num. 18.* in caſu iſto de contrario conſtat, quia nec in bulla Apoſtolica, nec in mandato Reuerendiſsimi Archiepiſcopi, verbum vllum de exemptione decimæ concedenda, & non veniret talis facultas, etiam ſi ampliſſima forent verba, ex Innocent. *in dicto capit. ex litteris, de iure patro.* imò apparet etiam ex ſubſecutis, quod Agentes Reuerendiſsimi Archiepiſcopi, non habuerunt hunc pro exempto, maximè ex locatione facta anno 1533. 3. Octobris, & aliæ de anno 1539. 15. Mai, dum in ea tantum exceptuantur bona

fra-

ſratrum de.N pro quib. conuentio debebat præcedere , vt ſoluerentur 220. loco decimę, pro reliquis autem locatur facultas decimandi fructus, vt in ea. Ergo, cũ ex ſcripturarum inſpectione, nedum conſenſus non probetur, ſed diſſenſus, ſequitur, vt fruſtratoria ſit ipſius obſeruantiæ allegatio: ita pluribus reſpondet *Rolan. in conſilio 2 numero 127. & ſeque. libr. primo.*

Ex poteſtate verò corruit prætenſa exemptio, quoniam nõ habuit ille procurator mãdatum ad eximendum à præſtatione decimarum, nec bulla Pontificia aliter diſponebat, & in generali diſpoſitione, † decimarum 11
conceſsio comprehenſa non fuiſſet, Innocent. *in dicto capitulo ex litteris.* Sed & ſi Reuerendiſsimus Archiepiſcopus illius temporis talem exceptionem concedere voluiſſet, nulla tamen conceſſio dubio procul fuiſſet, in ea enim quæſtione, an decimę remitti poſsint, multi à Doctorib. termini conſiderantur: compoſitionis, conſuetudinis, præſcriptionis, & priuilegij, quos plenius percurrit *Rebu. in tract. decimarum. quaſt. 13.* ſi cenſemus remiſſam fuiſſe N. ſolutionẽ decimarũ, ex compoſitione, iam fatebimur, quod nulla fuerit: primo quia caruit cõſenſu Reuerẽdiſſimi Archiepiſcopi. Item caruit debitis ſolennitatibus neceſſarijs, in diſtractione rerum Eccleſiaſticarum. Item quia non niſi intér † clericos 12
procedit compoſitio: at ſi cum laicis, non va-

let, ſi ſit diminutiua decimarum, niſi Pontificis auctoritas accedat. conſenſus porrò Archiepiſcopi nihil fuiſſet, cum nemo præter Papam poſsit diminutionem decimarum cōcedere, poſſet tamen ſuper modo ſolutionis cōuenire Epiſcopus, quod in horreo accipiatur, quod tali tempore, & de ſimilibus. Hæc habentur *in cap. venerabilis, & per gloſ. Abb. & alios, extra, de conſ. vt. vel inut. in c. ex multiplici, de decim. in capitulo ſecundo de tranſact. tradit Beltrand. in conſi. 14. & 116. libro primo, reaſſumit Rebuff. dicta quæſt. 13. numero 19. 20. 22. 23. 25. & 26.* quando
13 autem, de totali decimæ remiſsione † ageretur, tunc neque Pontificis conſenſu accedente conſiſteret, vt per eundem *Rebuff. nu. 27. & 29.* talis vero fuit præſens compoſitio, quia Canon ille librarum ducentarum, non fuit præſtitus contemplatione alicuius decimæ, ſed fructuum bonorum tantum, idque apparet ex eo, quod decimę exemptio totalis conceſſa fuit, prætextu ſolius aſſertæ conſuetudinis, qua non exiſtente, preſtanda decima vltrà dictum Canonem veniebat,

Si etiam ad pręſcriptionem earum recurrant N. & hi illius ſucceſſores, in confeſſo eſt, pariter, quod illa non proſit, etiam ſi per mil-
14 le annos † decimam non ſoluiſſent, capitulo cauſam, ibique Doctor. de præſcript. & dicit ibi Felyn *numero ſecundo*, etiam ſi immemorabilis foret, intelligo de totali præſcriptione,
15 non de † quotatiua, de qua hic non agitur, vt dixi,

dixi, & ita late concludit *Balb. in prima parte, quinta partis princip. quaſtion. 2. & 3. titulo de præſcript. tradit Abbas in capitulo, in aliquibus, de decim. plenè Didac. lib. 1. variar. reſolut. capitulo ſeptuageſimo ſeptimo. Sot. de iuſtit. & iure libro nono, quaſtione quarta articulo ſecundo, latè Rebuff. dicta quaſtione decima tertia, numero quadrageſimo & quinquageſimo quarto.* De priuilegio Pontificis nihil eſt dicendum, cum priuilegium aliquod non adducatur.

Veræ ſunt autem vſque adeò præcitatæ Concluſiones, quod ſcilicet non valeat compoſitio, conſuetudo, vel præſcriptio totalis, ne quis ad ſolutionem decimæ teneatur, vt quicunque conſuetudine, vel compoſitione eiuſmodi, tueri vult ſe à ſolutione decima- 16
rum, executiuè cogi debeat ad ſolutionem, reiecta † omni appellatione: non alia quidem ratione, niſi quia notorium ſit, quod tales excuſationes in iure reprobantur, hic eſt tex. in capitulo tua uobis & ibi *Abb. numero 8. 9. extra de Decim.*

Non omitto, quod nullitate notoria laboret totum illud Inſtrumentũ inueſtituræ emphyteuticæ, etiam reſpectu bonorum, quæ conceſſa fuerunt in emphyteuſim, cum nullibi conſtet de tractatu, cauſæ cognitione, & alijs, quæ alienationem bonorum Eccleſiæ 17
præcedere debuiſſent, niſi ex nuda delegatorum aſſertione, quibus non † creditur,

ſed opus eſt ſeparata de his proferre documenta, *tex. eſt in capitulo primo, & ibi Domi. & Franc. de rebus eccleſ. non alien. in 6. tradit Socin. in conſilio 52. numero quinto 11. libro quarto, Deci. in conſilio 142. ſub num. ſexto, verſiculo, licèt partes Felyn. in capit. ſicut, ſub. numero 27. de re iudic. Crauet. de antiq. temp. parte 1. ſect. propoſitum num. 63. & ſequen. Roland. in conſilio 15. libro primo Grammat. in deciſione 79. numero decimo ſexto, & ſequen. Rebuff. in tract. de alien. rer. eccleſ. numero nono, decimo, 12. & 15.* vbi quod neque Summo Pontifici cre-
18 deretur,† quod vtilis, & ſolennis fuerit alienatio, niſi quatenus ſeparatum exhibeatur documentum, *Iodoc. in tract. ſub haſt. capitu primo, numero vigeſimo ſexto, Anchar. reg. & ſcalat. in quaeſt. 53. libro ſecundo.* vbi quod ſi non crederetur Papę, multo minus Prælato inferiori, qui de tractat. & vtilitate, & alijs requiſitis atteſtaretur: & loquuntur de conceſsione emphyteutica, de qua tractatur, ſed quia nunc de bonis non quæritur, ſed de decimis tantum ideo &c.

Hæc ad dominum N. & conſortes pertinent. Quod verò ſpectat ad dominos N. præſuppoſito, quod illa notula anni 1532. I. April. fidem mereretur: dico, quod conuentio non
19 valuit, cum enim compoſitio † ſuper decimis fieri non poſsit, quæ illas diminuat, abſque aſſenſu Papæ, & quando fieri poſſet per ſolum Epiſcopum, neceſſaria ſit tamen ſo-
20 lennitas requiſita in alienatione † rerum Eccleſiæ,

cleſiæ, vt tradit *Abbat. in capitul. duo, de tranſact. & in d. capi. venerabilis. vbi Dec. de conſ. vt ibi. vel inut.* hic aũt cũ nihil horum interuenerit, aſſenſus non adfuerit etiam Archiepiſcopi, iam conſtat, quod talis compoſitio non valuit, facta † per inferiorem prælatum, nulla cum cauſæ cognitione, vt habetur in dictis locis, 21
& de compoſitione facta per Vicarium Epiſcopi, tradit *Aufrer. deciſio. 79. refert Rebuff. dicto loco, num. 22. 23. & 29.* Præterea, quod ille N. procurator non habebat mandatum, ad componendum ſuper decimis, ſed †generale tantùm, quod ſufficere non eſt credendum, ex 22
Innocent. in dicto capitulo, ex litteris, de iure patronatus, & ſi ad decimas porrigeretur, ſeruanda adhuc fuiſſent ſeruanda, quæ ſeruata non fuiſſe conſtat ex inſpectione dictæ ſcripturæ, & tunc ceſſat præſumptio antiquitatis, iuxta cõſilium *Paul. de Caſtr. 81. lib. 2.* quod communiter approbatur: vt per *Felyn. dicto capitulo ſicut numero 33.* & plura congerit *Gabriel. de præſumpt. concluſio. 1. numero 57. Riminal. iun. in conſilio 209. numero. 91. libr. ſecundo.* Liuius Paſſarus Cremonenſis.

EPITOME.

Propoſitio hæc. Quicquid acquirit Monachus, acquirit monaſterio, quod de illo manaſterio intelligitur, in quo acquirens tanquàm talis detegitur.

SVMMARIA.

1 *Regularis die profeſſionis qua emittit, omnia eius bona cum perſona incorporantur monaſterio.*

2 *Quicquid acquirit monachus, acquirit ſuo monaſterio.*

3 *Monaſterium acquirit bona monachi, in quo detegitur poſſidere.*

DECISIO XXX.

MONACHVS vel regularis die profeſſionis, quam emittit, o-
1 mnia eius † bona vna cum perſona ſua incorporãtur monaſterio, *capit. 2. Concil. Trident. Seſſ. 25. de regula. & monial.* adeo vt monaſterium, in quo profeſſionem emiſit, eſt dominus libertatis, & bonorum profitentis. Poſtea verò profeſſus ille, ſi mutet monaſterium, id eſt Ciuitatem, non autem Religionem, & aliquid acquirat, dubitatur cui acquirat, an monaſterio ſuæ profeſſionis emiſſæ, vel illi, in quo reperitur, in vna Perotta nuncupata Venetiarum, dubium hoc mihi euenit in facto. Et prima facie videbatur dicendum, quod pecunia Fratris Adriani Perotta, reperta in eius Cellula, in monaſterio Sancti Antonij Venetiarum, eſſet adiudicanda monaſterio Sancti Saluatoris Venetiarũ, in quo profeſſionem emiſerat, quia illud dicitur eius monaſte-

monaſterium, & ideo quicquid acquirit † 2
monachus acquirit ſuo monaſterio. *Abb. in capit. ne religioſi, de regular. numero 3.* ſuum dicitur illud, in quo Monachus factus eſt: ergo pecunia prędicta prima facie videbatur dicendum deberi conſignari Monaſterio Sancti Saluatoris. His tamen non obſtantibus contrarium deciſum fuit, nempe ſpectare ad Monaſterium Sancti Antonij, vbi inuenta fuit, † ex 3
doctrina Cardinalis *Zabarel. conſil. 6. num. 2.*

EPITOME.

Nuncius Apoſtolicus, ad aliquem Principem deſtinatus, habens in facultatibus ſuis cognitionem cauſarum ex appellatione interpoſita ad Sanctam Sedem Apoſtolicam deuolutarum, ſeruabit ferias Romanæ Curiæ, vel Ciuitatis, in qua ius dicit.

SVMMARIA.

1 *Nuncius Apoſtolicus tenetur obſeruare ferias illius loci, in quo ius dicit.*

2 *Pontifex indicendo ferias, non niſi ſubditos ligare voluit.*

3 *Nuncius Sanctiſſ. Domini Noſtri Papæ, vices pontificis gerit.*

7 *Nuncius Apoſtolicus, repræſentando Sedem Apoſtolicam, ferias Romanæ Curiæ ſeruare debet.*

5 *Inferior à Papa, non poteſt ferias ab eo ſtatutas reuocare.*

DECI-

DECISIO XXXI.

PLuries vidi dubitari, an Nuncius Apoſtolicus, iudex appellationis cauſarum totius Dominij huius, interpoſitę à ſententijs ordinariorum ad Sanctam Sedem Apoſtolicam, & ſic ad illius tribunal deuolutarum, debeat obſeruare ferias Romanæ Cu-
1 riæ, vel Ciuitatis Venetiarum, † Cynus leuiter tangit hanc quæſt. & dicit, quod Nuncius tenetur ſeruare ferias puta Ciuitatis Venetiarũ, † quia hic, niſi Domini Veneti imperant, *in leg. 1. Cod. de Summa Trinit. & fide Catholica nu. 7.*
2 Pontifex enim qui indixit ferias, noluit † ligare niſi ſubditos, non autem extraneos, *l. fin. ff. de iuriſdict. omnium iudic. ſic & Bartolus in d. l. 1. Cod. de Summa Trinit. & fide Cathol. numero 30. & ibi Baldus numero 3. & 31. & Iacob. de Aren. in initio. Iacob. Butrig. ibi, 1. colum. verſiculo quæro in contractibus. Iaſ. ibi, numero 56. Abb. in cap. quod clericis, de foro compet. numero 6. & in cap. fin. numer. 32. de ferijs, latè Guido Papa, Dec. 262. num. 3.*

Cum autem feriæ loci iudicij attendantur, videtur dicendum, quod Nuncius teneatur ſeruare ferias ordinarias Ciuitatis Venetiarum, licèt indictas à laicis: tamen contrarium vidi obſeruari per ſpatium 15. annorum, & vltrà ſub Nunciaturis Illuſtriſſimorum Dominorum, Bolognetti, Campegij, & aliorum, ductorum rationibus infraſcriptis. Nuncius

Sanctiſs.

Sanctiſs. D. N. delegatus dicitur, (licèt ad vniuerſitatem cauſarum, cum non habeat ſucceſſorem,) nil ſui habet, ſed vicem † Pontificis gerit, *cap. ſanè, il. 2. de offic. & poteſt. iud. deleg. l. 1. §. fi. & l. & ſi prætor, ff. de offic. eius cui mandata eſt iuriſdictio.* 3

Ideò vltra facultatem ſibi traditam, (quò ad iurisdictionem ſcilicet) eſt tanquam priuatus. Nuncius Sanctiſſimi Domini Noſtri, ſtylum † Romanæ Curiæ, non loci vbi moram trahit, ſequi debet, *Bald. in l. aduerſus. Cod. ſi aduerſus rem iudic. num. 3.* nam feriæ indictæ ſunt à principibus, ſcilicet Pontifice, vt *toto tit. de ferijs, & Imperatore, l. omnes, l. actus, & l. vltima, Cod. eod. titu.* adeò, vt quilibet actus iudiciarius nullius roboris vel momẽti reputetur, nullo hominum & locorum, exceptionum, partiumque conſenſu in contrarium non obſtante, *text. in alleg. cap. vlt. de fer. & Clem. ſæpe de verborum ſignificat.* Cum itaque Eccleſia ex vniuerſalium Conciliorum decreto ſimiles ferias approbauerit, nemo videtur poſſe eas tranſgredi, vel modo aliquo † violare: Canonum ſiquidem ſtatuta, & Apoſtolicæ Sedis conſtitutiones, ab omnibus cuſtodiri, & obſeruari, debent, *cap. 1. & capit. fin. de conſtitut.* & propterea prædicti Prælati nunquam voluerunt tollere ferias Romanæ Curiæ, & ferias huius Ciuitatis obſeruari mandare, neſcio an potuerint de iure nec ne? cum aliter poſtea iudicatum fuerit. 4 5

EPITO-

EPITOME.

Expenſæ neceſſariæ debent deduci.

SVMMARIA.

1 *Expenſæ neceſſariæ debent deduci ex fructibus.*

2 *Expenſæ neceſſariæ ex fructibus deducendæ, illæ intelligendæ ſunt, quæ fiunt gratia fructuum acquirendorum.*

DECISIO XXXII.

IN vna Venetiarum, in qua fuerunt aſſignati certi fructus, ex cõuentione ſic inter partes inita, dubitatum fuit, an expenſæ neceſſariæ pro recolligen-
1 dis fructibus eſſent deducendæ, nec ne? deciſum fuit, quod ſic † ſecundùm *Bartol. in l. per diuerſas, poſt ibi gloſ. numero 6. Cod. mandati, Andr. Tiraq. in tract. de vtroque retractu, tit. 2. §. 15. gloſ. 1. numero 3. fol. mihi 546.* maximè quando factæ ſunt
2 gratia fructuum conſequendorum † *Salyc. in l. 1. Cod. de fruct. & lit. expenſ. idem Salyc. & Angel. in l. ſi à patre, vel domino, §. fi. ff. de petit. hæredit.*

EPITOME.

Regularis profeſſus, obtenta licentia à ſuo ſuperiori, de ingrediendo ſtrictiorem Religionem, ante annum profeſsionis emittendæ, redeundo ad primum monaſterium, redire intelligitur ex tunc, non autem ex nunc.

SVMMA-

SVMMARIA.

1 *Regularis poteſt ad ſtrictiorem Religionem ſe conferre de licentia ſuperioris.*

2 *Regularis profeſſus in vna Religione, & ingrediens ſtrictiorem, ſi ante emiſſam profeſsionem redit ad primam, redire intelligitur ex tunc, non autem ex nunc.*

DECISIO XXXIII.

IN vna Carmelitarum Venetiarum, quidam Regularis profeſſus illius Religionis petita, & obtenta licentia à ſuis ſuperioribus Regularibus, aliam Religionem ingreſſus † eſt. *Antonius de Butrio. in capit. Ioannes, numero 1. & 5. de regularibus Archid. in Capit. quam ſit 18. quæſtio 2. numero 5. & 6.* & vt aliàs ego dixi, *in tract. de modo, & ord. crimin. proceden. inter Regul. capit. 2. numero 15.* Regularis prędictus per nonnullos menſes in illo ſecundo monaſterio permanſit, & ante annum profeſſionis emittendę, iuxta *cap. 15. Concil. Tridentini, Seſſ. 25. de Regul.* rediit ad primum Monaſterium, in quo Regulares ſucceſſores ratione tēporis, nec locum, nec præcedentiam dare volebant, quaſi quod modo Regularis illius Religionis eſſet. Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domi. Laurentius Campegius, † decreuit locum ſuum reaſſignandum eſſe, non tanquam illi qui venerat, ſed redierat ad Religionem, abſque alia acceptatione, vel pro- 1 2

DECISIO XXIX

PRæſuppoſito primum, quod iſta bona de quibus agitur, ſint reuera de dote Eccleſię Cathedralis, quæ propterea onere decimali erga ſeipſam † non grauaretur, *capitulo ſecundo* vbi *Abb. numero ſexto, ſeptimo, extrà, de decim.* quod & cadit in bonis Prin-
2 cipis, quæ immunia † ſunt eadem ratione, *l. licitatio. §. fiſcus. de publica.* attamen, ſi in aliũ trans-
3 ferantur, ſubijciuntur decimæ † & aliqua non gaudent immunitate, ita *Bald. in conſilio 322. in primis, ſub numero 2. libro quarto, per tex. in dicto §. fin. tradit Fabian de Mont. in tract. de empt. & vendito. in 6. quæſt. princip. numero 46.* Et in materia decimarum credo indubitatum, cum ſciptum ſit ex omni prædio, & de omni fructu decimã deberi, quinimo ſi Epiſcopus villam alienaret, cum omnibus viribus, quæ ibi habet adhuc decimas non comprehenderet, quæ ſunt
4 ius merè ſpirituale, † & cuius incapax eſt laicus. Ita pulchrè *Innocent. in capitulo, ex litteris, ſub numero primo, extra, de iure patronat.* ſecus eſſet
5 ſi talis decima † eſſet profana, & ſic emptor eſſet capax, vt ſcitè declarauit Curtius iun. *in conſil. 177. col. 3.*

Hoc ita præſuppoſito, inferebatur, quod iſti emphyteutæ nullam poſsint decimarum exemptionem prætendere, primo ex voluntate, deinde ex poteſtate inueſtientis: ex voluntate,

voluntate quidem, quia dictum fuit in inueſtitura Anni 1481. cum exemptione à præſtatione decimę, ſecundum conſuetudinem hactenus obſeruatam, caſu quo dicta conſuetudo extet.

Hic euadimus illam diſputationem, de qua per Doctor. *in l. edita. Cod. de eden. per Bartol. in extrauag. ad reprimen. in verbo, prout, & diffusè per Iaſ. in rep. l. adm. in 2. lect. numero vigeſimo ſexto, & ſequen.* an† dictio ſecundum, ſtet aſſertiuè, 6
an verò limitatiuè, & conditionaliter, quia cum expreſſerint partes, quod conſuetudinem non affirmabant, ſed ita ſuper exemptione paciſcebantur, ſi conſuetudo † adfuiſſet, 7
ceſſat omnis difficultas. *l. ille, aut ille. §. cōtinuus. ff. de verborum obligat.* ſed ſic eſt, quod de tali cōſuetudine antequam apparuit, quamuis onus † probandi inueſtito incumberet, teſte *Dec. in conſilio 142. ſub numero ſexto*, cum maximè fundata eſſet intentio Eccleſiæ, de iure communi, ergò &c. hocque amplius ex inſtrumentis antecedentium locationum temporalium, annorū 1455. 1464. & 1469. nūcupatim conſtat, quod pręſtarentur decimæ in toto territorio, & per conſequens etiam pro iſtis bonis, ſaltem pro parte colonorum, *capitulo, à nobis extra de Decim.* Rurſus, quando ſe ad conſuetudinem retulerunt partes, ſi ſubeſſet, neceſſario de † valida conſuetudine intellexerunt. 9
l. non putauit. §. non quauis, in fine, ff. de bon. poſſeſ. cont. tab. lege ſecunda, §, ait prætor. ff. qui ſatiſd.

cogan. Alexan.& aly, in l.4.§.condemnatum.ff.de re iudic. Rom.in conſilio 42.numero tertio in conſilio 78. & iſta eſſe non poteſt, vtpote extinctiua totalis præſtationis decimæ, vt dicetur inferius, ergò &c.Inde verò conuellitur quod de aſſerta obſeruantia obiectatur, & *Crauet. in conſilio 101.& 158. quoniam*, dupliciter reſpondet.*idem Craue.in tract.ant.temp.parte 1.ſectio.quarta,quarto limitatur, num. decimo ſexto,decimo ſeptimo,18.& 19.* quod nullus actus poſitiuus interuenerit pro dicti contractus implemento. Item quod de ſcientia Reuerendiſsimi Archiepiſcopi nuſquam appareat,non tantum, quod is decimam non ſolueret, ſed neque, quod exemptio decimæ conceſſa fuiſſet per Agentes ſuos, merito in his proſit, vt ibi per eũ, & quod dicendum ſit de ſcientia ſuperioris, ad quem ea res pertinet, aliàs fruſtra allegatur obſeruantia,† tradit idem *Crauet.vbi ſupra par-*
10 *te 3.ſect. num. 18.* in caſu iſto de contrario conſtat,quia nec in bulla Apoſtolica,nec in mandato Reuerendiſsimi Archiepiſcopi, verbum vllum de exemptione decimæ concedenda, & non veniret talis facultas, etiam ſi ampliſſima forent verba, ex Innocent.*in dicto capit. ex litteris, de iure patro.* imò apparet etiam ex ſubſecutis, quod Agentes Reuerendiſsimi Archiepiſcopi, non habuerunt hunc pro exempto, maximè ex locatione facta anno 1533. 3. Octobris, & aliæ de anno 1539. 15.Mai,dum in ea tantum.exceptuantur bona fra-

fratrum de.N pro quib. conuentio debebat præcedere , vt ſoluerentur 220. loco decimę, pro reliquis autem locatur facultas decimandi fructus, vt in ea. Ergo, cũ ex ſcripturarum inſpectione, nedum conſenſus non probetur, ſed diſſenſus, ſequitur, vt fruſtratoria ſit ipſius obſeruantiæ allegatio: ita pluribus reſpondet *Rolan. in conſilio 2 numero 127. & ſeque. libr. primo.*

Ex poteſtate verò corruit prætenſa exemptio, quoniam nõ habuit ille procurator mãdatum ad eximendum à præſtatione decimarum, nec bulla Pontificia aliter diſponebat, & in generali diſpoſitione, † decimarum 11
conceſsio comprehenſa non fuiſſet, Innocent. *in dicto capitulo ex litteris.* Sed & ſi Reuerendiſsimus Archiepiſcopus illius temporis talem exceptionem concedere voluiſſet, nulla tamen conceſſio dubio procul fuiſſet, in ea enim quæſtione, an decimę remitti poſsint, multi à Doctorib. termini conſiderantur: compoſitionis, conſuetudinis, præſcriptionis, & priuilegij, quos plenius percurrit *Rebu. in tract. decimarum. quæſt. 13.* ſi cenſemus remiſſam fuiſſe N. ſolutionẽ decimarũ, ex compoſitione, iam fatebimur, quod nulla fuerit: primo quia caruit cõſenſu Reuerẽdiſſimi Archiepiſcopi. Item caruit debitis ſolennitatibus neceſſarijs, in diſtractione rerum Eccleſiaſticarum. Item quia non niſi inter † clericos 12
procedit compoſitio: at ſi cum laicis, non va-

 let,

let, ſi ſit diminutiua decimarum, niſi Pontificis auctoritas accedat. conſenſus porrò Archiepiſcopi nihil fuiſſet, cum nemo præter Papam poſsit diminutionem decimarum cõcedere, poſſet tamen ſuper modo ſolutionis cõuenire Epiſcopus, quod in hortco accipiatur, quod tali tempore, & de ſimilibus. Hæc habentur *in cap. venerabilis, & per gloſ. Abb. & alios, extra, de conſ. vt. vel inut. in 6. ea multiplici, de decim. in capitulo ſecundo de tranſact. tradit Beltrand. in conſi. 14. & 116. libro primo, reaſſumit Rebuff. dicta quæſt. 13. numero 19. 20. 22. 23. 25. & 26.* quando
13 autem, de totali decimæ remiſsione † ageretur, tunc neque Pontificis conſenſu accedente conſiſteret, vt per eundem *Rebuff. nu. 27. & 29.* talis vero fuit prҽſens compoſitio, quia Canon ille librarum ducentarum, non fuit præſtitus contemplatione alicuius decimæ, ſed fructuum bonorum tantum, idque apparet ex eo, quod decimҽ exemptio totalis conceſſa fuit, prætextu ſolius aſſertæ conſuetudinis, qua non exiſtente, preſtanda dҽcima vltrà dictum Canonem veniebat,

Si etiam ad prҽſcriptionem earum recurrant N. & hi illius ſucceſſores, in confeſſo eſt, pariter, quod illa non proſit, etiam ſi per mil-
14 le annos † decimam non ſoluiſſent, capitulo cauſam, ibique Doctor. de præſcript. & dicit ibi Felyn *numero ſecundo*, etiam ſi immemorabilis foret, intelligo de totali præſcriptione,
15 non de † quotatiua, de qua hic non agitur, vt dixi,

dixi, & ita late concludit *Balb. in prima parte, quinta partis princip. quæſtion. 2. & 3. titulo de præſcript. tradit Abbas in capitulo, in aliquibus, de decim. plenè Didac. lib. 1. variar. reſolut. capitulo ſeptuageſimo ſeptimo. Sot. de iuſtit. & iure libro nono, quæſtione quarta articulo ſecundo, latè Rebuff. dicta quæſtione decima tertia, numero quadrageſimo & quinquageſimo quarto.* De priuilegio Pontificis nihil eſt dicendum, cum priuilegium aliquod non adducatur.

Veræ ſunt autem vſque adeò præcitatæ Concluſiones, quod ſcilicet non valeat compoſitio, conſuetudo, vel præſcriptio totalis, ne quis ad ſolutionem decimæ teneatur, vt quicunque conſuetudine, vel compoſitione eiuſmodi, tueri vult ſe à ſolutione decimarum, executiuè cogi debeat ad ſolutionem, 16 reiecta † omni appellatione: non alia quidem ratione, niſi quia notorium ſit, quod tales excuſationes in iure reprobantur, hic eſt tex. in capitulo tua uobis & ibi *Abb. numero 8. 9. extra de Decim.*

Non omitto, quod nullitate notoria laboret totum illud Inſtrumentũ inueſtituræ emphyteuticæ, etiam reſpectu bonorum, quæ conceſſa fuerunt in emphyteuſim, cum nullibi conſtet de tractatu, cauſæ cognitione, & alijs, quæ alienationem bonorum Eccleſiæ præcedere debuiſſent, niſi ex nuda delega- 17 torum aſſertione, quibus non † creditur,

ſed opus eſt ſeparata de his proferre documenta, *tex. eſt in capitulo primo, & ibi Domi. & Franc. de rebus eccleſ. non alien. in 6. tradit Socin. in conſilio 52. numero quinto 11. libro quarto, Deci. in conſilio 142. ſub num. ſexto, verſiculo, licèt partes Felyn. in capit. ſicut, ſub. numero 27. de re iudic. Crauet. de antiq. temp. parte 1. ſect. propoſitum num. 63. & ſequen. Roland. in conſilio 15. libro primo Grammat. in deciſione 79. numero decimo ſexto, & ſequen. Rebuff. in tract. de alien. rer. eccleſ. numero nono, decimo, 12. & 15.* vbi quod neque Summo Pontifici cre-
18 deretur, † quod vtilis, & ſolennis fuerit alienatio, niſi quatenus ſeparatum exhibeatur documentum, *Iodoc. in tract. ſub haſt. capitu primo, numero vigeſimo ſexto, Anchar. reg. & ſcalat. in quæſt. 53. libro ſecundo.* vbi quod ſi non crederetur Papę, multo minus Prælato inferiori, qui de tractat. & vtilitate, & alijs requiſitis atteſtaretur: & loquuntur de conceſsione emphyteutica, de qua tractatur, ſed quia nunc de bonis non quæritur, ſed de decimis tantum ideo &c.

Hæc ad dominum N. & conſortes pertinent. Quod verò ſpectat ad dominos N. præſuppoſito, quod illa notula anni 1532. 1. April. fidem mereretur: dico, quod conuentio non
19 valuit, cum enim compoſitio † ſuper decimis fieri non poſsit, quæ illas diminuat, abſque aſſenſu Papæ, & quando fieri poſſet per ſolum Epiſcopum, neceſſaria ſit tamen ſo-
20 lennitas requiſita in alienatione † rerum Eccleſiæ,

cleſiæ, vt tradit *Abbat. in capitul. duo, de tranſact.& in d.capi.venerabilis. vbi Dec. de conſ.vt ibi.vel inut.* hic aũt cũ nihil horum interuenerit, aſſenſus non adfuerit etiam Archiepiſcopi, iam conſtat, quod talis compoſitio non valuit, facta † per inferiorem prælatum, nulla cum cauſæ cognitione, vt habetur in dictis locis, 21
& de compoſitione facta per Vicarium Epiſcopi, tradit *Aufrer. deciſio. 79. refert Rebuff. dicto loco, num. 22. 23.& 29.* Præterea, quod ille N. procurator non habebat mandatum, ad componendum ſuper decimis, ſed † generale tantùm, quod ſufficere non eſt credendum, ex 22
Innocent. in dicto capitulo, ex litteris, de iure patronatus, & ſi ad decimas porrigeretur, ſeruanda adhuc fuiſſent ſeruanda, quæ ſeruata non fuiſſe conſtat ex inſpectione dictæ ſcripturæ, & tunc ceſſat præſumptio antiquitatis, iuxta cõſilium *Paul. de Caſtr. 81. lib. 2.* quod communiter approbatur: vt per *Felyn. dicto capitulo ſicut numero 33.* & plura congerit *Gabriel. de præſumpt. concluſio. 1. numero 57. Riminal. iun. in conſilio 209. numero. 91. libr. ſecundo.* Liuius Paſſarus Cremonenſis.

EPITOME.

Propoſitio hæc. Quicquid acquirit Monachus, acquirit monaſterio, quod de illo manaſterio intelligitur, in quo acquirens tanquàm talis detegitur.

SVMMARIA.

1 *Regularis die profeſſionis qua emittit, omnia eius bona cum perſona incorporantur monaſteria.*

2 *Quicquid acquirit monachus, acquirit ſuo monaſterio.*

3 *Monaſterium acquirit bona monachi, in quo detegitur poßidere.*

DECISIO XXX.

MONACHVS vel regularis die profeſſionis, quam emittit, o-
1 mnia eius † bona vna cum perſona ſua incorporãtur monaſterio, *capit.2.Concil.Trident. Seß.25. de regula. & monial.* adeo vt monaſterium, in quo profeſſionem emiſit, eſt dominus libertatis, & bonorum profitentis. Poſtea verò profeſſus ille, ſi mutet monaſterium, id eſt Ciuitatem, non autem Religionem, & aliquid acquirat, dubitatur cui acquirat, an monaſterio ſuæ profeſſionis emiſſæ, vel illi, in quo reperitur, in vna Perotta nuncupata Venetiarum, dubium hoc mihi euenit in facto. Et prima facie videbatur dicendum, quod pecunia Fratris Adriani Perotta, reperta in eius Cellula, in monaſterio Sancti Antonij Venetiarum, eſſet adiudicanda monaſterio Sancti Saluatoris Venetiarũ, in quo profeſſionem emiſerat, quia illud dicitur eius monaſte-

monaſterium, & ideo quicquid acquirit † 2
monachus, acquirit ſuo monaſterio. *Abb. in capit. ne religioſi, de regular. numero 3.* ſuum dicitur illud, in quo Monachus factus eſt: ergo pecunia prędicta prima facie videbatur dicendum deberi conſignari Monaſterio Sancti Saluatoris. His tamen non obſtantibus contrarium deciſum fuit, nempe ſpectare ad Monaſterium Sancti Antonij, vbi inuenta fuit, † ex 3
doctrina Cardinalis *Zabarel. conſil. 6. num. 2.*

EPITOME.

Nuncius Apoſtolicus, ad aliquem Principem deſtinatus, habens in facultatibus ſuis cognitionem cauſarum ex appellatione interpoſita ad Sanctam Sedem Apoſtolicam deuolutarum, ſeruabit ferias Romanæ Curiæ, vel Ciuitatis, in qua ius dicit.

SVMMARIA.

1 *Nuncius Apoſtolicus tenetur obſeruare ferias illius loci, in quo ius dicit.*

2 *Pontifex indicendo ferias, non niſi ſubditos ligare voluit.*

3 *Nuncius Sanctiſſ. Domini Noſtri Papæ, vices pontificis gerit.*

4 *Nuncius Apoſtolicus, repræſentando Sedem Apoſtolicam, ferias Romanæ Curiæ ſeruare debet.*

5 *Inferior à Papa, non poteſt ferias ab eo ſtatutas reuocare.*

DECI-

Sanctiſs. D. N. delegatus dicitur, (licèt ad vniuerſitatem cauſarum, cum non habeat ſucceſſorem,) nil ſui habet, ſed vicem † Pontificis gerit, *cap. ſanè, il. 2. de offic. & poteſt. iud. deleg. l. 1. §. fi. & l. & ſi prætor, ff. de offic. eius cui mandata eſt iuriſdictio.* 3

Ideò vltra facultatem ſibi traditam, (quò ad iurisdictionem ſcilicet) eſt tanquam priuatus. Nuncius Sanctiſſimi Domini Noſtri, ſtylum † Romanæ Curiæ, non loci vbi moram trahit, ſequi debet, *Bald. in l. aduerſus. Cod. ſi aduerſus rem iudic. num. 3.* nam feriæ indictæ ſunt à principibus, ſcilicet Pontifice, vt *toto tit. de ferijs, & Imperatore, l. omnes, l. actus, & l. vltima, Cod. eod. titu.* adeò, vt quilibet actus iudiciarius nullius roboris vel momẽti reputetur, nullo hominum & locorum, exceptionum, partiumq́ue conſenſu in contrarium non obſtante, *text. in alleg. cap. vlt. de fer. & Clem. ſæpe de verborum ſignificat.* Cum itaque Eccleſia ex vniuerſalium Conciliorum decreto ſimiles ferias approbauerit, nemo videtur poſſe eas tranſgredi, vel modo aliquo † violare: Canonum ſiquidem ſtatuta, & Apoſtolicæ Sedis conſtitutiones, ab omnibus cuſtodiri, & obſeruari, debent, *cap. 1. & capit. fin. de conſtitut.* & propterea prædicti Prælati nunquam voluerunt tollere ferias Romanæ Curiæ, & ferias huius Ciuitatis obſeruari mandare, neſcio an potuerint de iure nec ne? cum aliter poſtea iudicatum fuerit. 4 5

EPITO-

SVMMARIA.

1 *Regularis poteſt ad ſtrictiorem Religionem ſe conferre de licentia ſuperioris.*

2 *Regularis profeſſus in vna Religione, & ingrediens ſtrictiorem, ſi ante emiſſam profeſsionem redit ad primam, redire intelligitur ex tunc, non autem ex nunc.*

DECISIO XXXIII.

IN vna Carmelitarum Venetiarum, quidam Regularis profeſſus illius Religionis petita, & obtenta licentia à ſuis ſuperioribus Regularibus, aliam Religionem ingreſſus † eſt. *Antonius de Butrio. in capit. Ioannes, numero 1. & 5. de regularibus Archid. in capit. quam ſit 18. quæſtio 2. numero 5. & 6.* & vt aliàs ego dixi, *in tract. de modo, & ord. crimin. proceden. inter Regul. capit. 2. numero 15.* Regularis prędictus per nonnullos menſes in illo ſecundo monaſterio permanſit, & ante annum profeſſionis emittendę, iuxta *cap. 15. Concil. Tridentini, Seſſ. 25. de Regul.* rediit ad primum Monaſterium, in quo Regulares ſucceſſores ratione tẽporis, nec locum, nec præcedentiam dare volebant, quaſi quod modo Regularis illius Religionis eſſet. Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domi. Laurentius Campegius, † decreuit locum ſuum reaſſignandum eſſe, non tanquam illi qui venerat, ſed redierat ad Religionem, abſque alia acceptatione, vel pro-

profeſſione, & quod intelligebatur Regularis illius Monaſterij, non ex nunc, quia modo non efficiebatur talis, cum iam eſſet, ſed ex tunc, & ſic retinuit quæcunque iura ſua, licèt multum ab æmulis ſuis altercatum fuerit.

EPITOME.

Intellectus capit. ſecundi, de foro competenti.

SVMMARIA.

1 *Clericus tantùm coram Iudice Eccleſiaſtico conueniri poteſt.*

2 *Clericus coram ſæculari conueniri poteſt ex iure congrui, vel prothomiſeos.*

3 *Clericus coram Iudice ſæculari conueniri poteſt, in vim domus ſuæ locationis, & affictus.*

4 *Actio duplex.*

5 *Actio attendenda quæ principaliter venit in conſideratione negotii, de quo agitur.*

6 *Actor ſequitur forum Rei.*

Intellectus cap. 2. de foro competenti.

DECISIO XXXIIII.

1 REgulariter Clericus, non niſi coram Iudice Eccleſiaſtico † conueniri poteſt, *capitulo ſi diligenti, de foro competenti*, tamen viſum fuit, vt Iudex ſæcularis poſ-
2 ſit eſſe Iudex competens in cauſa Clerici † iure prothomiſeos, ita voluit *Maranta in diſputatio-*

tatione 8. numero 34. Afflict. in conſtitu. Regni in Rubrica. Mantua, in libro ſecundo Dialog. Iuris, Dialog. 39. circa finem, dicat quicquid velit. Marc. antonius Bard. *in ſuo tractatu Iuris prothomiſeos:* item & ratione affictus domus † conductæ, vt Ma- 4
ranta loco citato, & hęc eſt ratio, quia actio duplex eſt, aut realis, vel perſonalis: realis, vt ſupra dictū eſt in iure prothomiſeos, & ſolutione affictus domus conductæ perſonalis, quando contrà perſonam principaliter agitur, & ſic intelligit *capit. 2. de foro competenti. & c. ſi diligenti, eod. tit.* ex his actionibus, ea venit attendenda, contra quam principaliter, 5
† non ſecundario agitur, exemplo domus affictus, nam qui agit contra conductorem, agit ad intereſſe affictus, & ſic contra bona: ſi agitur contra perſonam, tunc perſonalis dicitur. Igitur petendo bona, actio eſt realis petendo puniri perſonam, vel quid ſimile aggrauando 6
perſonam, actio eſt perſonalis *ita Iacob. de Zoch. is, in dicto capitulo ſecundo de foro competenti.* Cum itaque quilibet actor † debeat forum rei ſequi, *dicto capitulo ſecundo de foro competenti, vbi Doctores omnes,* forum rei ſequebatur actor, hac diſtinctione, vtpote agendo contra Clericum actione perſonali, tenetur coram Iudice Eccleſiaſtico conuenire ipſum, *dicto c. 2.* quia actio eſt realis agendo pro ſolutione ſuę domus, vel quid ſimile petendo, poterit ibidem coram ſæculari conueniri, quia actio hæc eſt realis, & res eſt profana, ex mente Marantæ,

&c ideò ſecundùm actionem, quæ intentatur contra Clericum, dicitur actorem oportere ſequi forum rei, † & ita *text. illius capituli 2. de foro competenti*, diſtinguitur, data diſtinctione actionis, & dominus actionis, Iudex competens cenſebitur.

EPITOME.

Regulares non probant in fauore Monaſterij ſui in teſtes inducti.

SVMMARIA.

1 *Teſtis quilibet admittitur, niſi reperiatur prohibitus.*

2 *Teſtes de vniuerſitate admittuntur pro vniuerſitate.*

3 *Teſtis qui aliàs teſtificari non compellitur, in ſubſidium tamen compellitur.*

4 *Teſtes domeſtici qui dicantur.*

5 *Teſtis domeſticus non admittitur, quia non eſt idoneus.*

6 *Teſtis familiaris non probat.*

7 *Teſtis litis particeps non probat.*

8 *Regulari in cauſa Monaſterij non plenè creditur.*

DECISIO XXXV.

IN vna Venetiarum, in qua certi Regulares, intendendo velle probare certam ſuam actionem, induxerunt in teſtes nonnullos ex ipſiſmet Regularibus,

bus,

bus, quibus iuratis, & examinatis, depoſuerunt, & concludenter probarunt intentioně, vel actionem ſui Monaſterij, quo ſtante: dubitatum fuit, an eis eſſet fides addibenda nec ne? & prima facie dicebatur, quod ſic, quia edictum de teſtibus eſt generale, & ideo † 1 quilibet admittitur in teſtem, niſi reperiatur prohibitus, *l.1 ff. de teſtibus. Decius conſ.163. in fine Alberic. de Roſat. in l. teſtimonium, numero primo ff. de teſtibus. And. Sicul. in capit. cum R. Canonicus de delegat. numero 19. Ioan. Igneus in l.2. §. hoc autem, par. 1. numero trigeſimo tertio, ff. ad Senatuſconſul. Syllan.*

Sunt enim teſtes de † Vniuerſitate, & ideo 2 admiſſibiles, *Bal. in l. parentes, C. de teſtibus nume. 4. & in capitu. cum veniſſent, de conſtitut. numero 12. & conſi. 438. libro primo numero tertio, Abb. in capit. inſuper de teſtib. numero ſecundo & in capitulo primo de procur. numero quarto, Cuman. conſ. 69. per totum. And. Sicul. conſil. 51. numero primo, volum. 2. Lucas. de Penna, in l.1, numero octauo, C. de Decurion. libro decimo, Afflict. Dec. 400. numero primo,* & ipſi tantùm ſciunt quæ acta † ſunt in ſuo Mona- 3 ſterio, ergò neceſſario debent admitti, *ita Abb. in cap. ſuper eo, de teſtib. cogen. in fine, & ibi Felyn. in verbo, Vltimò hic tangunt omnes, parte ſecunda, numero tertio.*

Ex altera verò parte dicebatur, quod non, quia Regulares, pro Regularib. dicuntur domeſtici, pro domeſtico, nam nedum hi, quibus imperari poteſt, † verum & hi quoque, qui

de domo ſunt producentis, domeſtici teſtes dici poſſunt. *Ioan. Igneus in l. 1. §. ſerui appell. ff. ad Senatuſconſul. Syllan. numero centeſimo vigeſimo quarto*, inquit, teſtem domeſticum huiuſmo-
5 di, regulariter non admitti † *Nepos tract. de except. argum. 19. numero 2. tom. 13. Butrius, in capitulo, in litteris, de teſtibus, numero primo, Cyn. in l. etiam, numero primo, Cod. de teſtibus. Anchar. in capitul. filij, de hæretic. numero 4. in 6. Felyn. in capit. litteris, de teſtibus, numero 5.* iſti enim ſunt Regulares, & inſimul viuunt, tenenturque obedire ſuperioribus ſuis, ergò.

6 Item quia ſunt familiares: † nam habetur in iure, quod teſtes non ſunt idonei, quos de familia ſua Actor producit. *Anchar. in capit. litteris, de teſtibus, numer. 1. Hyppol. de Marſil. conſil. 40.*
7 *num. 21. volum. 1.* Sunt etiam litis participes: † quia agitur nomine Prioris, & Fratrum, ergo, & ipſi agunt. propterea teſtes eſſe nõ poſſunt. *Bald. in l. dictantibus, Cod. de teſtib. Thom. Grammat. conſilio 41. num. 5. in ciuil.*

8 Vltrà quòd de iure teſti † Religioſo in cauſa propria, vel ſui Monaſterij, non plenè creditur, *Iaſ. in conſil. 124. vol. 1. incipien. pactum ſic ſe habet.* Eximius quondam. & quia quinque ſolummodo erant Regulares, qui pro Monaſterio deponebant, deciſum fuit, concludenter non probaſſe: quia negocium de quo agebatur, poterat per alios probari, concernebat vtilitatem ſingulorum, & ſupradictas patiebatur exceptiones.

EPITO-

EPITOME.

Ordinarij locorum, non poſſunt cauſas ciuiles Regularium contrà ipſos motas cognoſcere, vel quouis modo definire.

SVMMARIA.

1 *Regularium Ordinarij Iudices qui ſint, & numero 3.*

2 *Ordinarij locorum, in quibus cauſis habeant iuriſdictionem in Regulares.*

4 *Nuncius Venetiarum, eſt Iudex ordinarius Regularium.*

DECISIO XXXVI.

IN vna de Vallonga Patauin. nuncupata, fuit dubitatū, nunquid Vicarius Generalis Epiſcopatus Paduæ potuiſſet ad inſtantiam cuiuſdam presbyteri illius Diœceſ. relaxare ſequeſtrum, ſeu mandatum executiuum in bonis contrà Reuerendos Regulares ordinis Carthuſienſis? & prima facie dicebatur, quòd ſic.

Primò, quia † Superiores Regularium ſunt 1
Priores, ſecundò Prouinciales, tertiò Generales, prout aliâs dixi in tractatu, de modo, & ordine criminaliter procedendi inter Regulares, *capit. 4.* Sed quia non habent forum contentioſum, vt latiùs probaui in *dicto tractatu, c. 16. numero 2.* ideò iudiciariè procedere non

poſſunt, & tali caſu Ordinarij locorum ius dicunt.

Secundò, Iudex ordinarius Regularium eſt Protector. Ita conſuluit *Cardin. conſ. 17. incip. Caſus poſt factum num.* 1. & latius in practica obſeruari notat *Staphil. de litteris ſignat. gratiæ, & iuſtitiæ, in verbo, de ſanatione contractus inualidi, numero ſeptimo fol.* 287. qui Romæ continuò commorans, degẽtes in partibus eſſent inauditi, præſertim in locis remotiſsimis ab Vrbe Romana, ergò, vt ius vnicuique adminiſtrari poſſet, Ordinarij ſunt Iudices.

Tertiò, ex decreto Sacri concilij Trident. *cap* 4. *de reformatione Seſsio.* 7. † Ordinarij tanquam ſedis Apoſtolicæ delegati in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum, Regulares debitores cogere, & compellere poſſunt, cum expreſſa derogatione quorumcumque priuilegiorum, & exemptionum quarumcunque, ergò ſi non tanquàm Ordinarius, ſaltem veluti Delegatus procedere poterit.

Quartò quod Regularis extrà Monaſterium degens, etiam ſui ordinis prætextu, ſi deliquerit, ab Ordinario loci, tanquàm ſuper
5 hoc à Sede Apoſtolica de legato, inquiri, puniri, & corrigi valeat, ſtatuit Sãcta Synodus, *in capitulo tertio Seßio.* 6. *Concil. Triden. de Regular. & Monial.* Quare in cauſa ciuili in vim Inſtrumenti extrà Monaſteriũ ſtipulati, & initi, Ordinarius cognoſcere non poterit: quod etiam confirmauit *in c.* 8. *Seſſ.* 12. *de reformat.*

Quin-

Quintò, Vltrà prædictas authoritates, in quibus Ordinarius habet iuriſdictionem in Regulares, inſunt infraſcriptæ, videlicet, vt ſi Regularis eſt excommunicatus à iure, Ordinarius mandat ipſum denunciari publicè, vt euitetur, *ita Ioan. And. in capitulo primo, de priuileg. in 6. numero primo, quaſi in fine, & Gemin. in 3. colum. verſ. quid ſi exemptus, & Ioan. de Imola in Clemen. 1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. numero 17.*

Sextò, poteſt præfigere terminum Regulari exempto delinquenti, infra quem debeat ſuperiori ſuo ſe præſentare. *Gem. in cap. quãuu, §. inferiores, de elect. in ſextò.*

Septimò, ratione delicti, vel contractus, aut rei, de qua agitur, coram locorum Ordinarijs poſſunt Regulares conueniri, ità *tex. in cap. 1. de priuileg. in 6.*

Octauò, Et in caſu hæreſis Regulares exempti, ſubſunt iuriſdictioni ordinariæ, *vt c. ad abolendam, §. fi. de Hæretic.*

Nonò, In reddendo rationem alicuius vltimæ voluntatis, Regularis exemptus iſte fit ſubditus Ordinario loci, & ei rationem reddere tenetur, & ab eo de mala adminiſtratione puniri poterit, *Clement. 1. de teſtamen.*

Decimò. Additur quandò Ordinarius eſſet in poſſeſſione Regulares iudicandi, nam tunc videtur per non vſum renunciaſſe priuilegio, *Hoſ. in Summa, de priuileg. verſic. qualiter amittatur, & Henri. Boich. in d. c. ad abolendam, in fine, qui alios enumerat caſus.*

3 Vltra, quod Legatus de latere, † non autem alius inferior eſt Ordinarius exemptorum, *cap. ſi. Abbbatem, de elect. in ſexto, Doctores in ca. venerabilis, de conſuetud.* & Legatus, ſeu Nuncius Venetiarum babet authoritatem limitatam, in facultatibus, hoc eſt cognoſcendi cauſam, etiam in prima inſtantia, citrà Ordinarij præiudicium, &c. & cum Ordinarij Regularium ſint Protectores, & Legatus à latere, ergò nec Nūcius Apoſtolicus erit Iudex competēs, & ſic in defectu aliorum, neceſſitatis gratia Ordinarius competens Iudex erit.

Ex alia verò parte dicebatur, quod Nuncius duntaxat eſt Iudex competens, tùm quia verè eſt talis, tum quia Ordinarius nullam penitus habet Iuriſdictionem in ipſa. Quod autem Nuncius Apoſtolicus, in ciuitate Venetiarum ſit Iudex ordinarius, conſtat primò
4 ex facultatibus ſuis, ex quibus habet authoritatem cognoſcendi omnes cauſas, etiam in prima inſtantia, citrà tamen Ordinariorum præiudicium, at Ordinarij, non ſunt Ordinarij Regularium, vt ſuprà probatum eſt, ergò nullo modo ipſi iudicare poſſunt, imò cùm hoc habeatur ex antiqua & inueterata conſuetudine, de cuius initio non eſt memoria hominum in contrarium, quod Nuncij Apoſtolici Venetiarum ſunt Ordinarij Regularium, igitur ſub ipſo Nuncio, quo ad Iuriſdictionem contentioſam ſubeſſe ipſos ſingulares dicendum eſt.

Secun-

Secundò, quia ab Ordinariorum Iuriſdictione penitus exempti ſunt: quia monachi ſub Religione approbata vitã degentes exempti ſunt, tàm iure communi, *ex tex. in capit. 1. §. fin. & in capit. neque aliqui, de priuileg. in ſexto*, Vbi licèt Rom. Pontif. Innocent. IIII. omnes Indulgentias, ac priuilegia ſub quacunque verborum forma conceſſa ab Ordinariorum Iuriſdictione eximentia, reuocauerit, declarauit in ea reuocatione, monachorum priuilegia, & exemptiones non comprehendi, ſed ea in ſuo robore manere diſpoſuit, qui Innocẽ. IIII. fuit Roman. Pont. 182. quàm per finita Romanorum Pontif. priuilegia, vt conſtat ex Mari magno, & alij Summi Pontificis ſucceſſores, etiam Papa Sixtus V. cum etiam poſtremo, *ex Concil. Trident. Seſſ. 21. ca. 14.* vbi tex. dicit, quod Regularis non ſubditus Epiſcopo, ab eo non puniatur, licèt populo ſcandaloſus ſit, ſed à ſuo Prælato, *capit. 2. eiuſdem Seſſ.* ergò priuilegia prædicta manent in ſua poteſtate, nec per Concilium ſunt reuocata, ſed confirmata, *c. 5. Con. Triden. Seſſ. 15. de reformatione, in fine.*

Probatur etiam ex communi ſtylo, ſeù conſuetudine, quæ eſt optima legum interpres, *l. ſi de interpretatione, ff. de legib. capit. 6. cum dilectus, de conſuetud. Dom. Molina, libro 2. de primogenitura, capit. 6. num. 58.* ſed in partibus his, quæ concernunt iuriſdictionem ſeruatis ſeruandis, pręſertim in ciuilibus cauſis ob Protectorum abſentiam, & Prælatorum Regularium inca-

pacitatem non valentium obtinere forum contentioſum, Nuncius duntaxat Venetiarum in vim facultatis ſuæ, & antiquiſsimæ cõſuetudinis ius, & iuſtitiam adminiſtrat, exceptis tamen quibuſdam cauſis ſupra dictis, in vim Concilij Tridentini Ordinarios conceſſis, in quibus etiam inter ordinarios locorum, & Nuncium tenet præuentio, & ita ſemper ſeruatum, ac iudicatum fuit.

EPITOME.

Reconciliatio text. in capit. vltrà tertiam, cum capit. fin. 3. quæſt. 3.

SVMMARIA.

1 *Dilatio niſi vnica tantùm aſsignanda.*

2 *Iudex abbreuiare poteſt dilationem, non autem prorogare.*

DECISIO XXXVII.

1 Dilatio à † Iudice non niſi vnica aſſignari debet, & hoc procedit tam de iure Canonico, vt voluit *Abbat. in capitulo licèt, de probat. numero quarto, & Felyn. in capitulo Paſtoralis, de exception. numero .... & textus expreſsè in capitulo fin. 3. quæſtion. 3.* quam etiam de iure Ciuili, *vt Alexand. in leg. fin. ff. de fer. vbi communiter Doctores omnes, & latè practica Conradi, de dilatione, numero quarto. Octauian. Veſtrius lib. 5. cap 4.*

cap. 4. num. 8. & 9. Quæ quidem concluſio debet intelligi, quotieſcunque regulata eſt ſecundum formam *dicti capit. fin. tertia, quæſtion. 3.* vt putà ſi ſit in prouincia, tres menſes, extrà, ſex, vltrà mare, vel montes, nouem menſes aſſignentur, & tunc non additur.

Sed quandò dilatio eſt decem, vel quindecim dierum, vt ex conſuetudine ſeruatur, datur ſecunda, tertia & quartá, cum ſolennitate legali, & ſine ſpe, iuxtà *tex. cap. vltrà tertiam, de teſtibus. & atteſt. & notant Conradus, & Veſtrius locis citatis, quibus addo Iacobum de Bellouiſu in ſua practica, in ſecunda parte, de cauſis criminalibus criminaliter intentandis, numero 99, & ſequen. & Iacobin. de Sancto Georgio, in l. fin. §. & hæc quidem, & poſt ibi gloſ. Cod. de iure deliber. & Hier. de Mont. de finibus regun. cap. 49.*

Et eſt ratio: quia † Iudex poteſt abbreuiare, (cauſa cognita) lites, non autem perpetuare: ideò ſi dabitur vnica, erit regulanda iuxtà formam *dicti capituli fin. 3. quæſt. 3.* & vltrà illam ſic aſſignatam, altera non conceditur, ſi pluries, ſcilicet quatuor iuxtà *capitu. vltrà tertiam de teſtibus.* tunc omnes quatuor non debuerint excedere menſes tres, ſi in prouincia examinentur, & ita continuò practicatum fuit, & plures deciſum per Dominos Auditores Deſiderium Guidonem, Robertum Tanium, Anthæum Claudium, & Liuium Paſſarum in pluribus cauſis. 2

EPITO-

EPITOME.

Procuratori monitio à iudice facta, vt pro tali die conducat principalem ſuum ad reſpondendum poſitionibus ſub pœna confeſſi, nulla eſt, traditurque intellectus capit. 2. de confeſs. lib. 6.

SVMMARIA.

1 *Contumax in non reſpondendo poſitionibus, tanquàm confeſſus condemnabitur.*

2 *Monitus etiam per Nuncium.*

3 *Contumax in non parendo mandatis iudicis, incidit in pœnam mandati. limita, vt num. 4.*

4 *Intellectus capituli 2. de confeßione libro 6. & numero 5.*

DECISIO XXXVIII.

SOlent quotidie cauſarum Patroni in Curia producere poſitiones medio iuramento credulitatis, & obtinent moneri procuratores ad conducendum principales ad illis per conſimile iuramentum re-
1 ſpondendum ſub pœna confeſsi, † iuxta *tex. in cap. 2. de confeß. in 6. vbi Doctores, Specul. in titu. de poſitionibus, §. 9. de pœna non reſpondentis, numero 2. Dec. conſil. 34. num. 2. Ioan. de Imola, in l. fin. §. iuſſus, num. 5. ff. de appellat. & relat. Marant. in Specul. lib. 6. verſicul. & quandoque appellatur, numero 358. fol. mihi 532. & Iaſ. in l. poßideri, ff. de acquiren. poſſeſ.*

num.

num.24.& ſparſim hoc vnanimes firmant DD. in vim illius capit. 2.de confeſ.in 6. & eſt ratio: quia talis non comparens, dicitur contumax, & vtique habetur pro confeſſo, *capitul. 2. & ſequ.de dolo & contum.*

Et ſufficit etiam quòd monitus ſit à iudice per nuncium, † *Imola,& Anton.de Butr. in c. cum cauſam, de iuram.calum. & Corſet.ſingul. ſuper verbo citatio.* 2

Quæ etiam procedit, quotieſcunque non in vim illius *text. cap. 2*, ſed præcepti iudicis, vt compareat, puta ſub pœna excommunicationis, ad illis reſpondendum, & citatus vel monitus non comparendo, excommunicabitur, ſtante præcepto † iudicis ſibi facto, vt voluit *Octauianus Veſtrius, in praxi Romanæ Curiæ, lib. 5.capit.14.numer.4.* ideò quocunque modo in vim iuris, ſcilicet vel præcepti hominis, contumax extiterit, condemnabitur. 3

His tamen non obſtantibus, duobus modis ſeruat Curia limitari † iuxta allegata, & primum, vt *tex. in allegato capitulo ſecundo, de confeſ. in 6.* ad vnguem vt ſtat, & iacet, ſeruetur, ſcilicet vt principalis ſit iuſſus à iudice, & ſpontè à reſponſione receſſerit, & alia commiſerit de quibus in dicto capitu. fit mentio, & tali caſu poterit pronunciari pro confeſſo, alias non, vt ibi notat *gloſ. & DD.* ac prout deciſum pluries hic fuit, & in Vrbe etiam, vt not. *Rota Romana, Dec. 3. aliàs ducenteſima octuageſima tertia, de confeſſione in antiquis*, quia eſt adeò ca- 4

quia eſt adeò capitulum illud rigoroſum, vt in caſu ſuo, forma eius omninò ſeruanda, & per omnia in omnibus.

Alterum eſt, vt ſi in vim pręcepti iudicis, procedatur, tenetur iudex publicare tenorem poſitionum, id eſt præcepti, vt ſciat † pœnam, in quam incurrerit in euentum inobedientiæ. & ſic pluries vidi obſeruari, vt talis compareat ſub pœna ducat.100. quia agebatur de ducat.100.& tunc præceptum ſuperre certa, quis ſpernens, iuxta præceptum condemnatur, & ſic in praxi obſeruari voluit *Maranta, libro ſexto verſiculo, quandoque appellatur, numero 358.allegato*; & his duobus modis proceditur, iuxta formam prædictam. Thomas Triuiſanus, &c.

5

EPITOME.

Ad probandam legitimitatem, quæ neceſſariò requirantur?

SVMMARIA.

1 *Matrimonium clandeſtinum probatur per teſtes omni exceptione maiores, & de maioritate quomodo conſtare debeat, num. 2. & ibidem infra latius, num.6.*

2 *Verba quæ neceſſariò requirantur ad matrimonium contrahendum.*

3 *Teſtibus ex officio examinatis, pars vti poteſt.*

4 *Animæ maritorum contriſtari ſolent de ſecundis nuptijs vxorum.*

1 Ma-

3 *Matrimonium contractum coram ſacerdote, & pluribus teſtibus: & amicis, non poteſt dici clandeſtinum.*

DECISIO XXXIX.

MAtrimonium de quo agitur, fuit clandeſtinè contractum, & ideò † requiruntur teſtes omni exceptione maiores. *Alciat. de præſump. regu. 1. in præſumpt. 39. cum aliis per Gabriel. de teſtibus concluſ. 8. in fine,* quæ etiam maioritas debet articulari, † & probari, notat *Grat. conſilio 2. volumin. 2. numero 35. cum ibidem ab eo allegatis,* ergò non probat, & ſic de nullo conſtat matrimonio.

1

2

Circumſcriptis nihilominus exceptionibus contra dicta, & perſonas teſtium, deciſum fuit, probatum eſſe matrimonium, & die Veneris 13. Iunij 1586. in Rota Rom. fuit confirmatum per ſententiam R. P. Marcelli Bubali, ad effectum, vt N. ex eo matrimonio natus dicatur legitimus, & probatio colligebatur ex dictis trium teſtium examinatorum ad inſtantiam ipſius N. qui benè, & concludenter deponunt de tempore contracti matrimonij, nempe de anno 1561. in die feſto omnium Sanctorum. Item de loco, & loco loci, præſentib. & de verbis matrimonij, quib. fuerant interrogati, quæ verba importãt † matrimonium de præſenti, cum enim ſint plata ad 3

inter-

interrogationem alterius, an placeat eis, ſe habere pro legitimis ſponſis, & ipſi reſponderint affirmatiuè, probant matrimonium de præſenti, vt per *Couarr. de ſponſ. par. 2. capit. 4. §. 1. numero octauo* vltra quòd hic non adſunt verba infinitiui modi, quæ ſolent deſignare initium actus, illius ſuſpenſionem, *vt per Doct. in cap. ex litteris, 1. de ſponſ.* ſed dicant *ve piace per noſtro legitimo ſponſo.* Præterea etiã ſi importarent ſponſalia de futuro, tranſierunt in matrimonium propter ſubſequentem copulam, *c. is qui fidem ſponſ. & matrim.*

Coadiuuetur hæc probatio, ex dictis duorum teſtium vltimo loco examinatorum, qui etiam dicunt ſe fuiſſe præſentes huic matrimonio, & deponunt de omnibus circumſtantijs, & ſunt conteſtes cum primis; nec dubitari poteſt de validitate examinis horum teſtium, cum ſint examinati parte citata, ad videndum iurare, & cum interrogatorijs ſuper quibus fuerunt examinati alij teſtes, & quamuis iudex mandauerit examinari ex officio, cum

4 tamen pars inſteterit, perinde † eſt ac ſi ad inſtantiam partis fuiſſent examinati, *Rot. Deciſ. 3. in fi. de prob. in nou.*

1 Nec obſtat quod pater in teſtamento nominauit eos naturales ex domina N. concubina, quia in teſtamento hoc non legitur, ſed appellantur filij ſimpliciter, quinimò potius ſumitur coniectura, quod habuerit eos pro legitimis & naturalibus, poſtquàm eos inſti-

tuit

tuit hæredes vniuerſales, & quo ad dominam N. videtur multum concludens coniectura, quod eam teſtator habuerit pro vxore, ſtante legato ſub cōditione, ſi viduitatē ſeruauerit, quæ conditio non conuenit concubinæ, nec intelligi poteſt, de viduitate reſpectu matrimonij, quod prius ipſa N. contraxerit cum alio, quia ſi fuiſſet concubina teſtatoris, potius reliquiſſet aliquid pro dote, vt collocari poſſet in matrimonium, ad effectum, vt ab inhoneſta vita recederet, ſicut à communiter accidentibus fieri ſolet: non autem ſub conditione viduitatis reliquiſſet, quę conditio apponi ſolet à maritis, † quorum animę contriſtari ſolent de ſecundis nuptijs vxorum. 5 *§. quia vero, in Authen. de nupt. Dec. conſ. 485. nu. 7. & 11.* Et quidquid ſit, ſtante probatione matrimonij per tot teſtes, aſſeueratio partis non præiudicat filijs. *Fel. in c. per tuas, nu. 18. de probat.* Et ex hoc etiam tollitur illa incertitudo ponderata per informitates per partem aduerſam, dum teſtator inſtituit dictos eius filios, ſiue ſint, ſiue non ſint filij, quia ex contextu totius teſtamenti clariſſimè apparet quod illos habuit pro filijs, præcipuè vero dum eos tá enixè commendat ſuis fratribus & illa verba potius cenſentur appoſita ad abundantiorem cautelam.

Nec obſtat, quod hoc ſit matrimoniū clan- 6
deſtinum † adeo vt requirantur teſtes omni exemptione maiores, & de maioritate debe-

at pars articulare & probare: quia reſpondea-
7 tur, quod cum fuerit contractum † coram ſacerdote & plurib. teſtibus, & amicis, non poteſt dici clandeſtinum matrimonium. *Abb. in c. cum inhibitio, numero nono, de clandeſt. deſponſ. de communi Par:ſ. conſ. 13. libro ſecundo.*

Robertus Tanius Burgenſis.

EPITOME.

Intellectus ad l. ſcripturas, C. qui potiores in pign. habeantur.

SVMMARIA.

1 *Lex Scripturas, qui potior. in pign. habeantur, requirit ſubſcriptionem illius, ad cuius inſtantiam fit ſcriptura priuata.*

2 *Capitulo Ratum, de regul. iur in 6. limitatur.*

3 *Lex ſcripturas, requirit tres teſtes probatæ & integræ opinionis.*

4 *Teſtis examinatus parte non conſentiente, non probat.*

5 *Mediator etiam ſi precium vel mercedem non receperit, tanquam teſtis non probat.*

6 *Solennitas iuris requiſita ſi omittitur, vitiatur actus.*

7 *Scriptor priuatæ ſcripturæ non debet inter teſtes computari.*

Scriptura cum pro forma requiritur, tunc ſubſcribens non habetur pro ſcribente ibid.

8 *Inſtrumentorum appellatione de communi vſu loquendi non veniunt priuatæ ſcripturæ, nec libri rationum.*

9 Scri-

9 *Scriptura priuata quamuis munita ſolennitatibus, ex quo tamen non conſtituitur per publicam perſonam, nomen priuatæ ſcripturæ retinet, licèt vim publici Inſtrumenti obtineat quaſi publicè confecta.*

DECISIO XL.

QVidam fuit conuentus in iudicio, in vim priuatæ ſcripturæ cum ſubſcriptione trium teſtium actione mutui, pro cuius crediti exactione, producta fuit ſcriptura, & vigore *l. ſcriptura*, C. *qui potior. in pign. habeant* cogebatur mutuatũ ſibi ſoluere; Ex altera verò parte plures exceptiones, & intellectus illius legis fuerũt allegati, adeò, vt ex ea priuata ſcriptura ſic facta, non tenebatur ſoluere: & allegat.

Primò, quod † neceſſaria erat ſubſcriptio
illius, ad cuius inſtantiam ſcriptura illa con- 1
fecta fuit, vt ex mente *d. l. ſcripturas* colligitur, *vbi Butrigat. Bartol. numero ſecundo, quinto & ſexto; Item Bartol. numero 26. poſt Rayner. nu. 2. in l. admonendi, ff. de iureiuran. & ibi* Roman. *numero 55. verſic. aduertendum. & num. 62.* Caccialup. *numero 55. Cato Saccus, nu. 46. Salycet. in princ. Ripa, num. 104. Coraſius, numero 56. Curt. numero 110. Abb. numero 5. Imol. num. 10. in fine. Felyn. in 6. declaratione. & in capitulo ſecundo de fide inſtrumen. Soc. de communi teſtans, in conſilio 274. numer. octauo, libro 2. Aretins conſ. 64. n. 3.* Neguſ. *in ſuo tractat. de pignor. & hypot*

*verſ.2. Rolan.conſil.84.numero 126.libro tertio, Crauet.de antiq.tempor.parte 1.§. quæritur, numero 55. 57.62.verſic. decimo quæro, & numer.63.& 69.*cõcluduntque hi omnes, quo ad effectum, vt ſcriptura priuata habeat in hypotheca prærogatiuam, de qua *in dicta l.ſcripturas*, neceſſario requiri, vt illa fuerit ab ambabus partib. ſubſcripta, alias non. Vel ſaltem ſi ab alio dicta priuata ſcriptura fuerit ſcripta, ille in ea atteſtetur feciſſe de partium voluntate, ita *Roman. nu.55.in citata lege admonendi, vbi Ptolomeus, nu. 59.Ripa numero 105.Coraſius nu.57.curt.nu.110.poſt Fulgoſ.numero 24.idem Aretin.dicto conſilio 64.numero quarto, Socin.in dicto conſil.274.num.8.lib.2. Imola num.8.11.& 13.& in d.cap.2.de fide inſtrumen. vbi Felyn.numero 5.Idem Roman.conſilio 208.Pro diſcutienda, & Paul.de Caſtro, conſilio 216.numero primo parte 1.Crauet.dicta parte primo, §.quæritur, numero 77.& 78. Couuaruuias.practic.quæſtion.capit.22.numero quinto verſic.ſecundo quæritur, & verſic.hinc ſanè &c.* Et hoc verum cenſent alij, ſi de intereſſe, ſeu præiudicio ambarum partium tractetur: ſin autem illius tantum partis de intereſſe cuius tractatur, ſecus: *ita Bald.numero 4. Salycet.num.26.Fulgoſ.num.24.Roman.num.55. Curtius ſen.num.110.& 122. Ripa num.10.Caccialupus, num.63.Cato Saccus, numero quadrageſimo ſexto, Coraſius numero 57.Purpurat.numero 166.in allegata l. admonendi, ff.de iureiuran. idem Butrius, numero quarto, in fine. Imola, numero vndecimo, verſic.item aduerte Felyn. numero 2.3.6.& 7.in citato*

capitulo

capitulo ſecundo, de fide inſtrumen. Alexand. conſilio 118. numero 4. libro quarto, & conſilio 181. numero 4. libro ſecundo, Bolognin. in addit. ad Anan. conſilio 40. in fine. Nec Vidonē iuuaret, ſi diceretur quod ipſe geſta per Antonium ſuo nomine ratum habere potuit, *Regula, Ratum,* † *de reg. iur. lib. 6.* 2
& ratihabitionem retrotrahi, & mandato cōparari *Regula ratihabitionem, eodem titul. libro 6.* quia id minimè fuit geſtum nomine Vidonis & nullus illo tunc, quo facta fuit dicta priuata ſcriptura, pro ipſo Vidone eam acceptauit, vnde non virum ſi poſtea nulliter factum fuerit, quia non ſuo nomine geſtum, & in omnē caſum prædicta Regula hoc in caſu non procedit, cum ante Vidonis ratihabitionem ius ipſi quæſitum fuerit in dictis domibus; ita *gloſ. in capit. prudentiam, in verbo, teneatur, in fine, vbi Abb. Felyn. & alij, de officio delegati. hinc Bald. in l. obſeruare, §. fin. ff. de offic. Conſul. nume 8. in 10. quæſt. & in addit.* terminat, quod ſi ſtaret ſtatutum, quod de quolibet contractu ſoluatur gabella infra menſem à die celebrati contractus, ſi interim alius factus fuerit gabellarius, quod gabella ad nouum gabellarium ſpectat, quia in præiudicium tertij ratihabitio non operabatur, *Benedic. Capra, in ſuis Regulis, concluſ. 54. nu. 79. & 80.*

Accedit, quod vt rectè Actores agere potuerint in vim dictæ priuatæ ſcripturæ hypothecariç contra Lucā tertium poſſeſſorē, habentem pro ſe publicum Inſtrumentum, li-

cèt poſterius, *dicta l, ſcripturas* requirit pro ſubſtantiali qualitate, vltrà partium ſubſcriptionem, quod tres † teſtes ad minus probatæ integræque opinionis acceſſerint, & ſubſcripſerint: Caſus eſt in ipſa *l. ſcripturas, in ſecunda parte in verſic. ſin autem*, diſcrimen introducens inter teſtes, quales eſſe debeant, cum perſonali agitur actione, & quando hypothecaria, in priori caſu ſimpliciter teſtis requirit; in poſteriori, vel plures qualificatos: vnde neceſſe fuit agentibus contra Lucam articulare, & probare, quod illi eſſent tales, Ita in ſpecie hac tradunt *in eadem l. ſcripturas, Odofredus. Butrigarius, Bal. numero tertio, & Angel.* Idem reſpõdit Aretin. *conſil. 64. numero quarto, Socin. dicto conſilio ducenteſimo ſeptuageſimo quarto, numero decimo, vndecimo, libro ſecundo, Socin. iun. libro primo, numer. quadrageſimo octauo, ff. ſoluto matrimon. Ripa in ſæpe citata l. admonendi, ff. de iureiuran. numero 104. & ibidem Coraſius, numero quinquageſimo ſexto, Purpurat. numero 165. verſic. & debent eſſe. Neguſan. de pignor. & hipothec. parte quinta, membro ſecundo, numero quadrageſimo ſeptimo, verſi. tertiò requitur in ſpecie;* Idem reſpondit Roland. *conſil. 84. numero decimo, ex communi ſententia, lib. 3. Petrus Rebuff. in tractatu de chirographis, nume. octuageſimo tertio* excludens teſtes ſuſpectos veluti nõ integros, aliàs nihil probare. Item Bartol. *in l. 1. §. ſi quis neget, ff. quemadmodum teſtamen. aperiant. Angel. in l. necare, eodem titu. Pariſius conſilio octuageſimo tertio, numero vigeſimo primo, & ſequent. libro primo,*

Socin.

Socin. iunior conſilio vigeſimo ſeptimo, numero vndecimo, libr. primo, Roland. conſilio quinquageſimo, numero decimoſeptimo libro quarto, Thobias conſilio 21. numero 339.

Cum igitur Bardutius ſcriptor, & teſtis, in teſtem inductus ab actoribus, iuratus in ſua depoſitione confeſſus fuerit, quod ipſe tractauit, & concluſit dictam concordiam inter Coſtam, & Campum, dixeritque ſe mediatorem, & meritò ob id non ſit teſtis, cum ob præſcriptam affectionem, & ad complementum ſui operis, quiſque ſibi ipſi teſtis, & iudex de mediatoris affectu ad negotiũ, quod ipſe tractauit & concluſit, eſſe non poſsit, Mediator tractat quodammodo de ſuo honore, & vituperio, ne ipſi imponatur, quod imprudenter, & minus cautè ſe geſſerit, Adde quòd hoc apertè videtur comprobatum ex Inſtrumento publico poſteà confecto inter eaſdem partes de eodem debito & credito, medio eodem Bardutio, veluti procuratore eiuſdem Coſtæ, conſentiendo Bardutius dicto nomine, vt actores prędicti per illud Inſtrumentum non cenſerentur ſibi præiudicare in tempore ac obligatione, de qua in dicta priuata ſcriptura, nihil nempe enixius curabat Bardutius, vt actores illi ſecuriores, & potiores eſſent dicto Antonio in illis domibus, merito 4 non integer teſtis nec fide dignus, † ſi examinatus fuit altera parte non conſentiente, notat gloſ. *in Authen. de inſtrum. caut. & fide, §. in*

bis, in verbo ad numeratorem, & gloſ. in verbo mediator, in capit. ſi Epiſcopus, 1. quæſt. 1. gloſ. in verbo, ciuiliter, in capit. 1. de teſtibus, libro 6. gloſ. in capit. Romana, in verbo teſtem, eodem titul. Alexand. conſilio 117. numero ſecundo, libro 7. & conſilio 13. numero 14. lib. 1. vbique dicens hanc eſſe communem opinionem, Zaſius conſilio 4. num. .... libro 2. de communi opinione quoque teſtis. Socin. iun. conſilio 12. numero 17. libro 2. vtrobique de communi ſententia teſtis, communem quoq; dicit Crotus, in tractatu de teſtibus, par. 4. num. 176.

Hæc communis concluſio ampliatur pro-
5 cedere, etiam ſi mediator, † precium vel mercedem aliquam non receperit, gloſ. in §. penult. verſic. prohibitionem, in Authen. de teſtibus. Ioan. And. Butrius, Imola, & alij, in capitul. dilectorum. de teſtibus cog. Alexan. conſilio 13. numero 14. libro primo, Cornel. conſilio 81. numero.... libro tertio, Ruin. conſilio 99. numero 5. Socin. iun. dicto conſilio 12. numero 11. 16. & 17. libro 2. licèt non deſint, qui nitantur contradictiones conciliare, vt attenta natura cauſæ, perſonarum, & aliarum circumſtantiarum, relinquatur in iudicis arbitrio, quanda fides ei ſit tribuenda, ſatis eſt, quod & ipſi fatentur mediatorem non eſſe omnino integrum teſtem. Socin. vbi ſupra. Abb. & alij, in d. capit. dilectorum. numero 3. de teſtibus cog. Alexan. citato conſil. 117. numero 9. libro 7. Curtius ſen. tractatu de teſtibus, concluſ. 44. Ex quibus relinquitur, dici non poſſe, dictam ſcripturam priuatam fuiſſe trium teſtiũ ſubſcriptionibus munitam,

pitam, probatæ integræque opinionis, vt *d. l. ſcripturas*, requirit, & meritò nihil actum, nã- 6
que † cum ſolennitas iuris requiſita omittitur, vitiatur actus. *Bartol, in l. 1, §. quod autem ait prætor, ff. ne quid in flum. public. per illum textum, Bald. in l. ſi quando. C. vnde vi, Decius conſilio 13. numero 2. & conſilio 18. numero 4. Crauetta, conſilio 216. num. 4. libro 1.* & nuncupatim in his terminis reſpondit Mandoſius, *conſilio nonageſimo ſeptimo num. 2.*

Ex alio quoque capite dico, dictam priuatam ſcripturam non fuiſſe trino teſte notatam, quia Bardutius, qui eam ſcripſit, non po-
teſt in † numero trium computari, iuxta re- 7
quiſita *in d. l. ſcripturas*, ad effectum prærogatiuæ de qua diſputatur: Nam etſi antiqua fuerit quæſtio, & ſatis inuoluta inter Doctores, *in d. l. Domitius, vbi gloſ. ff. eodem titul. & in l. hac conſultiſſima, vbi gloſ. Cod. qui teſtamen. facere pot. & alibi ſæpè*, reiectis tandem cæteris diſtinctionibus communi calculo recepta eſt Iacobi Balduini diſtinctio, qui fuit Piſanus antiquus Doctor, cuius ſæpe meminit Alberic. antiquitatis conſeruator, alij eum vocant Bandinum, vt dicit *gloſ. in verbo octauum, in eadem leg. hac conſultiſſima*, dicebat Balduinus: Aliud eſt velle quid probare per ſcripturã, aut per publicum inſtrumentum per teſtes ſubſcriptum, ita vt probatio ſumatur ex ipſa ſcriptura ſubſcripta, ſeu publico inſtrumento, & ſic agatur de ſubſtantia inſtrumenti, ſeu ſcripturæ,

per quam quis vult probare intentio[n]
ſuam, id eſt probare inſtrumentum [pu-]
blicum, vel ſcripturam priuatam trino t[eſte]
notatam iuxta terminos *d.l.ſcripturas*, vt ill[a fi-]
dem faciat, & probet, vt quaſi publicè co[nfe-]
cta, & ſic tractetur de ſolennitate inſtrum[enti]
ſeu ſcripturæ, quæ eſt vna probatio diue[rſa a]
probatione contentorum in ſcriptura per [vi-]
uam vocem teſtium ſubſcriptorum. Pr[iori]
caſu tabellionem ſeu ſcriptorem non deb[ere,]
nec poſſe computari in numero trium t[eſti-]
um, poſteriori autem poſſe. ita Iacobus [Bal-]
duin. communiter receptus, quem ſequi[tur]
Gloſ. in dicto verbo, octauum, in citata l. hac. conſu[ltiſ-]
ſima, & ibi Petrus de Bellapertica, Cyn. Bartol. B[ald.]
numero decimo, & vndecimo, de communi te[ſtis.]
Salyc. numero ſeptimo, & octauo, de communi te[ſtis.]
Paul. de Caſtro, Imola, numero tertio Corn. nu[mero]
21. & 22. idem de Bellapertica, in l. comparationes [nu-]
mero 15. C. de fide inſtrumen. Bartol. in d. l. Dom[i-]
nume. 3. de communi teſtis. & ibi Alexan. in addi[t. li-]
tera F. ff. qui potior. in pign. habeantur. Idem Al[b.]
in dicta l. ſcripturas, numero 2. Bartol. in l. ſi co[n-]
numero quarto, ff. de adopt. Bald. in authen. ſed [...]
iure, C. ſi cert. petat. & in l. quæſtionem, numero [...]
de fidei com. & in tit. de pace Conſtant. verſic. ſicu[t]
in Rubr. de fide inſtrumen. numero 18. & conſilio 4[...]
libro quinto. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. d[e in-]
ſtrume. edit. Alex. conſilio 34. numero 44. libro ſe[cun-]
do, & conſilio 153. numero ſecundo, & 17. vbi [...]
hanc commnnem, conſilio 146. numero ſeptim[o]

8. libro ſecundo Felyn. in capitulo 2. numero ſecundo, tertio, & 4. de fide inſtrumen. Andr. in Inſtitut. de teſtam. §. fin. numero quarto, Marſil. in rubr. de probat. numero 303. Berous, conſilio. ſecundo, numero ſexto, ſeptimò, & octauo, lib. 2. Pariſ. conſilio 50. numero 6. & 27. lib. 3. Couaruuias, in cap. cum eſſet, num. 1. de teſtam. Ratio illa eſt potiſsima, quia cū ſcriptura requiritur pro forma, tunc ſubſcribens non habetur pro ſcribente. *Aret. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, ff. de acquiren. hæredit. Iaſ. in l. emptor, §. Lucius. ff. de pact. Alber. Brun. in tractat. de form. & ſolen. Rubr. Ex quibus conſiſtat forma, & ſolennitas, verſic. item quæro, an ſubſcribens Petrus Rebuffus in tractatu de Chirographis, numero quinquageſimo quinto.* Non ergò dici poteſt, dictam priuatam ſcripturam à tribus teſtibus eſſe ſubſcriptam, & conſequenter eſſe legitimam, ad effectum prærogatiuæ in hypotheca de qua *in d. l. ſcripturas.*

Dum ijdem Actores prætendunt in ſubſidium, tenorem & contenta in dicta ſcriptura probari per dictos tres teſtes ſubſcriptos, ſcilicet Bardutium, Iacobum patrem, & non Ioan. Baptiſtam filium, & ideò ſecula Bardutij atteſtatione, adhuc de veritate contentorum in ſcriptura conſtare per duos teſtes, qui ſatis ſufficienter probant in tertij præiudicium. Huic conſiderationi reſpondeo: quod ij, pater, & filius, non ſunt teſtes omni exceptione maiores, & ſic integri cum probabiles exceptiones patiantur: vnam ex profeſsione

Iacobi

Iacobi Patris, qui aliàs hoſpitabatur in d
cùm ipſo Coſta, & ſic domeſticus, famili
& valdè amicus, vt prudens Iudex ſine Do
rum allegationibus perpendere poteſt, &
cupatim in his terminis reſpondit *Socin. co*
274. num. 10. 11. & 12. lib. 2. Accedit, quod
ipſe, & Ioan. Baptiſta filius, dicunt contẽ
ſcriptura vera eſſe, eorum depoſitio eſt
tum generalis, nec ſeriem facti referunt, &
ſequenter non vſquequaque releuat, per
ſiderata per eundem Socin. *in eod. conſilio*
num. 3. & 4. & Crauet. de antiquit. tempora. p
§. quæritur, numero 59. & 60. in omnem ca
licèt de iure antiquo, duo teſtes plenè pr
rent, *l. vbi numerus, ff. de teſtibus.* Cum tam
mus in debito, & credito reſpectiuè exce
te libram, imò viginti libras auri, in tertij
iudicium duo teſtes non plenè probant
neceſſariò hodie requirũtur tres, ad effec
prærogatiuæ huius hypothecæ. *ita gloſ. in*
non minus tribus, in Authen. de inſtrumen. caut.
de, verſic. ſi quis igitur, per illum tex. idem gloſ. in
bo, ſancitum eſt. Idem ibi Bartol. in tertia oppo
ne, ſub numero 3. in eadem Authen. in §. ſi quis i
& Angel. in allegato §. oportet, & reſpondit Ale
conſilio 181, numero 5. lib. 2. Socin. conſilio 274.
7. ibi, recognoſcant, vel deponant. Rolan. conſil
numero 13. lib. 3. Anch. quæſt. 10. num. 7.

Accedat etiam, quod appellatione In
menti, de communi vſu loquendi, non
8 unt priuatæ ſcripturæ, nec libri † ratio

nec econtra, ſed tantùm priuata ſcriptura, quã dicimus Apodiſſam, quæ fit à parte, parti, licèt aliàs ſecus de iure communi, latè ſumpto vocabulo, appellatione Inſtrumenti veniret priuata ſcriptura: quia in intelligendis ſtatutis, præualet communis vſus loquendi, ſecundum quem illa intelligenda ſunt, etiam ſi proprietas, & verborum ſignificatio aliter ſe haberet, *l. librorum, §. quod tamen Caſſius, ff. de legat. 3. & reſpondit Socin. conſil. 41. numero 11. lib. 1. Aretin. conſilio 51. numero 2. Bartol. Bald. Caſtrenſ. & alij, in l. 1. Cod. de iuram. calum. Imola, in rubr. de fide inſtrument.* Vnde meritò in hac re præferendum eſt ſtatutum loci contractus, ipſi iuri communi, *citato ca. 1. & ibi Doctores communi calculo, de conſtitu. libr. 6. Bartol. Bald. & alij, in l. 1. Cod. de Summ. Trinitate, & reſpondit Socin. conſilio 271. num. 7. libro 2.*

Nec dici poteſt, quod huiuſmodi ſcripturæ priuatæ, tot ſolennitatibus munitæ, propterea propriam naturam, & nomen immutent: nam licèt textus *in dict. l. ſcripturas,* in illis verbis, ex huiuſmodi inſtrumentis, videatur aliter ſentire, nihilominus eo ſenſu ille procedit, vt appellatione inſtrumentorum in Iudicijs veniant omnia, quæ probationem, vel fidem faciunt, ſeu Iudicis mentem inſtruant: *l. notionem, §. inſtrumentorum, ff. de verb. ſignificat.* hinc ſcriptura priuata habet nomen ſeparatum ab inſtrumento: Aut cum adiuncto dicuntur inſtrumenta priuata, vt probatur *in d. l. ſcriptu-*

l. ſcripturas,ibi, ex huiuſmodi, ſcilicet priuatis ſcripturis, quas poſtea vocat inſtrumenta, & eſt textus *in l. inſtrumenta Cod. de probation. Bartolus Bald. & alij,in leg. prima,Cod.de iureiuran. propter calumn. Roman. conſilio 23. Neſcio in ſecunda quæſtio. Abbat.conſilio 64. Venio ad primum, colum. fin. Aretin.citato conſ. 51. Felyn. nume. ſexto, Decius, numero decimo quinto, & ſequent, in rubr. de fide inſtrumen. Felyn. in c.2.numero ſecundo, & ſequen.eod. tit.Socyn. conſ.62. numero decimo octauo, & decimo nono, libro primo, Petrus Rebuffus, in l.99. §.inſtrumentorum, in tertio notabili, ff. de verborum ſignificat.* referentes, quod ſi de quolibet debito, de quo fit inſtrumentum, ſit ſoluenda gabella; non ſolueretur de ſcriptura, quia repugnat communnis vſus loquendi, quicquid aliàs eſſet de iure communi, Hinc Butrigarius, *in l.1. ff. de fid. inſtrum. quem ſequitur Socin. dicto conſil. 71. numero decimo, libro primo*, quod ſi ſtatuto cauetur, quod domini de gabella poſsint cognoſcere de omni cauſa, negotio, de quo apparet per inſtrumētum, nō poterint cognoſcere de cauſa pertinente ad priuatam ſcripturam: & quod huiuſmodi ſcriptura priuata, tot teſtium ſubſcriptionibus munita, licet habeat effectum publici inſtrumenti, non propterea deſinat vocari priuata ſcriptura, nuncupatim tradit Innocent. *numero ſecundo & tertio communiter receptus, in capitulo ſecundo de fid. Inſtrum. Et reſpondet Anan. in conſilio 40. numero 1. & 2. quem ibi ſequitur Bonologninus, in additionibus.*

Ratio

Ratio illa potiſsima eſt: quia ſcriptura priuata quantumuis munita ſolennitatibus, ex quo non conficitur, per publicam perſonam, retinet nomen ſuum, licet habeat vim publici inſtrumenti, quaſi publicè confecta, vt dicit textus *in d.l. ſcripturas.* Et ſic fuit reſolutum. Deſiderius Guido, Almæ Vrbis Gubernator.

EPITOME.

Clauſula, quæ in manuſcriptis inter priuatos initis quotidiè Venetijs ſolet apponi, videlicet, *à chi preſenterà* limitatur.

SVMMARIA.

1 *Prior Regularis habet omnimodam autboritatem in Monachos ſibi ſubiectos.*

2 *Argumentum à minori ad maius ſeu à fortiori, valet in iure.*

3 *Recognitio ſcripturæ priuatæ iudicialiter vt fiat, neceſſaria.*

4 *Res in vtilitatem Monaſterij conuerſæ vendicantur ab eo, & id ipſum ad eorum ſolutionem obligatum reddunt.*

5 *Locupletari quiſpiam non debet, cum alterius iactura.*

6 *Prior non habet poteſtatem alienandi bona Monaſterij niſi ex cauſa, vt ibi.*

7 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*

8 *Prima ſolutio tollit ſecundam obligationem ex ea reſultantem.*

9 Teſtis

at pars articulare & probare: quia reſponde-
7 tur, quod cum fuerit contractum † coram ſacerdote & plurib. teſtibus, & amicis, non poteſt dici clandeſtinum matrimonium. *Abb. in c. cum inhibitio, numero nono, de clandeſt. deſponſ. de communi Par: ſ. conſ. 13. libro ſecundo.*

Robertus Tanius Burgenſis.

EPITOME.

Intellectus ad l. ſcripturas, C. qui potiores in pign. habeantur.

SVMMARIA.

1 *Lex Scripturas, qui potior. in pign. habeantur, requirit ſubſcriptionem illius, ad cuius inſtantiam fit ſcriptura priuata.*

2 *Capitulo Ratum, de regul. iur in 6. limitatur.*

3 *Lex ſcripturas, requirit tres teſtes probatæ & integræ opinionis.*

4 *Teſtis examinatus parte non conſentiente, non probat.*

5 *Mediator etiam ſi precium vel mercedem non receperit, tanquam teſtis non probat.*

6 *Solennitas iuris requiſita ſi omittitur, vitiatur actus.*

7 *Scriptor priuatæ ſcripturæ non debet inter teſtes computari.*

Scriptura cum pro forma requiritur, tunc ſubſcribens non habetur pro ſcribente ibid.

8 *Inſtrumentorum appellatione de communi vſu loquendi non veniunt priuatæ ſcripturæ, nec libri rationum.*

9 *Scri-*

9 *Scriptura priuata quamuis munita ſolennitatibus, ex quo tamen non conficitur per publicam perſonam, nomen priuatæ ſcripturæ retinet, licèt vim publici Inſtrumenti obtineat quaſi publicè confecta.*

DECISIO XL.

QVidam fuit conuentus in iudicio, in vim priuatæ ſcripturæ cum ſubſcriptione trium teſtium actione mutui, pro cuius crediti exactione, producta fuit ſcriptura, & vigore *l. ſcriptura*, C. *qui potior. in pign. habeant* cogebatur mutuatũ ſibi ſoluere; Ex altera verò parte plures exceptiones, & intellectus illius legis fuerũt allegati, adeò, vt ex ea priuata ſcriptura ſic facta, non tenebatur ſoluere: & allegat.

Primò, quod † neceſſaria erat ſubſcriptio illius, ad cuius inſtantiam ſcriptura illa con- 1
fecta fuit, vt ex mente *d. l. ſcripturas* colligitur, *vbi Butrigat. Bartol. numero ſecundo, quinto & ſexto; Item Bartol. numero 26. poſt Rayner. nu. 2. in l. admonendi, ff. de iureiuran. & ibi Roman. numero 55. verſic. aduertendum. & num. 62. Caccialup. numero 55. Cato Saccus, nu. 46. Salycet. in princ. Ripa, num. 104. Coraſius, numero 56. Curt. numero 110. Abb. numero 5. Imol. num. 10. in fine. Felyn. in 6. declaratione. & in capitulo ſecundo de fide inſtrumen. Soc. de communi teſtans, in conſilio 274. numer. octauo, libro 2. Aretinus conſ. 64. n. 3. Neguſ. in ſuo tractat. de pignor. & hypote*

*verſ.2. Rolan.conſil.84.numero 126.libro tertio,Crauet.de antiq.tempor.parte 1.§. quæritur, numero 55. 57.62.verſic. decimo quæro, & numer.63.& 69.*cōcluduntque hi omnes, quo ad effectum, vt ſcriptura priuata habeat in hypotheca prærogatiuam, de qua *in dicta l.ſcripturas,* neceſſario requiri, vt illa fuerit ab ambabus partib. ſubſcripta, alias non. Vel ſaltem ſi ab alio dicta priuata ſcriptura fuerit ſcripta, ille in ea atteſtetur feciſſe de partium voluntate, ita *Roman. nu.55.in citata lege admonendi, vbi Ptolomeus, nu. 59.Ripa numero 105.Coraſius nu.57.curt.nu. 110. poſt Fulgoſ.numero 24.idem Aretin.dicto conſilio 64.numero quarto,Socin.in dicto conſil.274. num. 8.lib.2. Imola num.8.11.& 13.& in d.cap.2.de fide inſtrumen. vbi Felyn.numero 5.Idem Roman. conſilio 208.Pro diſcutienda, & Paul.de Caſtro,conſilio 216.numero primo parte 1.Crauet.dicta parte primo, §.quæritur,numero 77.& 78. Couaruuias.practic. quæſtion.capit.22.numero quinto verſic.ſecundo quæritur,& verſic.hinc ſanè &c.*Et hoc verum cenſent alij, ſi de intereſſe, ſeu præiudicio ambarum partium tractetur: ſin autem illius tantum partis de intereſſe cuius tractatur, ſecus: *ita Bald.numero 4. Salycet.num. 26. Fulgoſ. num. 24. Roman. num. 55. Curtius ſen.num.110.& 122. Ripa num.10.Caccialupus, num.63.Cato Saccus, numero quadrageſimo ſexto, Coraſius numero 57.Purpurat. numero 166.in allegata l. admonendi, ff.de iureiuran. idem Butrius, numero quarto, in fine. Imola, numero vndecimo, verſic.item aduerte Felyn. numero 2.3. 6.& 7.in citato*

capitulo

capitulo ſecundo, de fide inſtrumen. Alexand. conſilio 118. numero 4. libro quarto, & conſilio 181. numero 4. libro ſecundo, Bolognin. in addit. ad Anan. conſilio 40. in fine. Nec Vidonē iuuaret, ſi diceretur quod ipſe geſta per Antonium ſuo nomine ratum habere potuit, *Regula, Ratum,* † *de reg. iur. lib. 6.* 2
& ratihabitionem retrotrahi, & mandato cōparari *Regula ratihabitionem, eodem titul. libro 6.* quia id minimè fuit geſtum nomine Vidonis & nullus illo tunc, quo facta fuit dicta priuata ſcriptura, pro ipſo Vidone eam acceptauit, vnde non virum ſi poſtea nulliter factum fuerit, quia non ſuo nomine geſtum, & in omnē caſum prædicta Regula hoc in caſu non procedit, cum ante Vidonis ratihabitionem ius ipſi quæſitum fuerit in dictis domibus; ita *gloſ. in capit. prudentiam, in verbo, teneatur, in fine, vbi Abb. Felyn. & alij, de officio delegati. hinc Bald. in l. obſeruare, §. fin. ff. de offic. Conſul. nume 8. in 10. quæſt. & in addit.* terminat, quod ſi ſtaret ſtatutum, quod de quolibet contractu ſoluatur gabella infra menſem à die celebrati contractus, ſi interim alius factus fuerit gabellarius, quod gabella ad nouum gabellarium ſpectat, quia in præiudicium tertij ratihabitio non operabatur, *Benedic. Capra, in ſuis Regulis, concluſ. 54. nu. 79. & 80.*

Accedit, quod vt rectè Actores agere potuerint in vim dictæ priuatæ ſcripturæ hypothecariȩ contra Lucā tertium poſſeſſorē, habentem pro ſe publicum Inſtrumentum, li-

cèt poſterius, *dicta l, ſcripturas* requirit pro ſubſtantiali qualitate, vltrà partium ſubſcriptio-
5 nem, quod tres † teſtes ad minus probatæ integræque opinionis acceſſerint, & ſubſcripſerint: Caſus eſt in ipſa *l. ſcripturas, in ſecunda parte in verſic. ſin autem*, diſcrimen introducens inter teſtes, quales eſſe debeant, cum perſonali agitur actione, & quando hypothecaria, in priori caſu ſimpliciter teſtis requirit; in poſteriori, vel plures qualificatos: vnde neceſſe fuit agentibus contra Lucam articulare, & probare, quod illi eſſent tales, Ita in ſpecie hac tradunt *in eadem l. ſcripturas*, *Odoſredus. Butrigarius, Bal. numero tertio, & Angel.* Idem reſpõdit Aretin. *conſil. 64. numero quarto, Socin. dicto conſilio ducenteſimo ſeptuageſimo quarto, numero decimo, vndecimo, libro ſecundo, Socin. iun. libro primo, numer. quadrageſimo octauo, ff. ſoluto matrimon. Ripa in ſæpe citata l. admonendi, ff. de iureiuran. numero 104. & ibidem Coraſius, numero quinquageſimo ſexto, Purpurat. numero 165. verſic. & debent eſſe. Neguſan. de pignor. & hipothec. parte quinta, membro ſecundo, numero quadrageſimo ſeptimo, verſi. tertiò requitur in ſpecie;* Idem reſpondit Roland. *conſil. 84. numero decimo, ex communi ſententia, lib. 3. Petrus Rebuff. in tractatu de chirographis, nume. octuageſimo tertio* excludens teſtes ſuſpectos veluti nõ integros, aliàs nihil probare. Item Bartol. *in l. 1. §. ſi quis neget, ff. quemadmodum teſtamen. aperiant. Angel. in l. necare, eodem titu. Pariſius conſilio octuageſimo tertio, numero vigeſimo primo, & ſequent. libro primo.*

Socin.

Socin. iunior conſilio vigeſimo ſeptimo, numero vndecimo, libr. primo, Roland. conſilio quinquageſimo, numero decimo ſeptimo libro quarto, Thobias conſilio 21. numero 339.

Cum igitur Bardutius ſcriptor, & teſtis, in teſtem inductus ab actoribus, iuratus in ſua depoſitione confeſſus fuerit, quod ipſe tractauit, & concluſit dictam concordiam inter Coſtam, & Campum, dixeritque ſe mediatorem, & meritò ob id non ſit teſtis, cum ob præſcriptam affectionem, & ad complementum ſui operis, quiſque ſibi ipſi teſtis, & iudex de mediatoris affectu ad negotiũ, quod ipſe tractauit & concluſit, eſſe non poſsit, Mediator tractat quodammodo de ſuo honore, & vituperio, ne ipſi imponatur, quod imprudenter, & minus cautè ſe geſſerit, Adde quòd hoc apertè videtur comprobatum ex Inſtrumento publico poſteà confecto inter eaſdem partes de eodem debito & credito, medio eodem Bardutio, veluti procuratore eiuſdem Coſtæ, conſentiendo Bardutius dicto nomine, vt actores prędicti per illud Inſtrumentum non cenſerentur ſibi præiudicare in tempore ac obligatione, de qua in dicta priuata ſcriptura, nihil nempe enixius curabat Bardutius, vt actores illi ſecuriores, & potiores eſſent dicto Antonio in illis domibus, merito 4
non integer teſtis nec fide dignus, † ſi examinatus fuit altera parte non conſentiente, notat gloſ. *in Authen. de inſtrum. caut. & fide, §. in*

his, in verbo ad numeratorem, & gloſ. in verbo mediator, in capit. ſi Epiſcopus, 1. quæſt. 1. gloſ. in verbo, ciuiliter, in capit. 1. de teſtibus, libro 6. gloſ. in capit. Romana, in verbo teſtem, eodem titul. Alexand. conſilio 117. numero ſecundo, libro 7. & conſilio 13. numero 14. lib. 1. vbique dicens hanc eſſe communem opinionem, *Zaſius conſilio 4. num. .... libro 2.* de communi opinione quoque teſtis. *Socin. iun. conſilio 12. numero 17. libro 2.* vtrobique de communi ſententia teſtis, communem quoq; dicit *Crotus, in tractatu de teſtibus, par. 4. num. 176.*

Hæc communis concluſio ampliatur pro-
5 cedere, etiam ſi mediator,† precium vel mercedem aliquam non receperit, *gloſ. in §. penult. verſic. prohibitionem, in Authen. de teſtibus. Ioan. And. Butrius, Imola, & alij, in capitul. dilectorum. de teſtibus cog. Alexan. conſilio 13. numero 14. libro primo, Cornel. conſilio 8'. numero.... libro tertio, Ruin. conſilio 99. numero 5. Socin. iun. dicto conſilio 12. numero 11. 16. & 17. libro 2.* licèt non deſint, qui nitantur contradictiones conciliare, vt attenta natura cauſæ, perſonarum, & aliarum circumſtantiarum, relinquatur in iudicis arbitrio, quanda fides ei ſit tribuenda, ſatis eſt, quod & ipſi fatentur mediatorem non eſſe omnino integrum teſtem. *Socin. vbi ſupra. Abb. & alij, in d. capit. dilectorum. numero 3. de teſtibus cog. Alexan. citato conſil. 117. numero 9. libro 7. Curtius ſen. tractatu de teſtibus, concluſ. 44.* Ex quibus relinquitur, dici non poſſe, dictam ſcripturam priuatam fuiſſe trium teſtiũ ſubſcriptionibus munitam,

pitam, probatæ integræque opinionis, vt *d. l. ſcripturas*, requirit, & meritò nihil actum, nã- 6
que † cum ſolennitas iuris requiſita omittitur, vitiatur actus. *Bartol, in l. 1, §. quod autem ait prætor, ff. ne quid in flum. public. per illum textum, Bald. in l. ſi quando. C. vnde vi, Decius conſilio 13. numero 2. & conſilio 18. numero 4. Crauetta, conſilio 216. num. 4. libro 1.* & nuncupatim in his terminis reſpondit Mandoſius, *conſilio nonageſimo ſeptimo num. 2.*

Ex alio quoque capite dico, dictam priuatam ſcripturam non fuiſſe trino teſte notatam, quia Bardutius, qui eam ſcripſit, non po-
teſt in † numero trium computari, iuxta re- 7
quiſita *in d. l. ſcripturas*, ad effectum prærogatiuæ de qua diſputatur: Nam etſi antiqua fuerit quæſtio, & ſatis inuoluta inter Doctores, *in d. l. Domitius, vbi gloſ. ff. eodem titul. & in l. hac conſultiſſima, vbi gloſ. Cod. qui teſtamen. facere pot. & alibi ſæpè*, reiectis tandem cæteris diſtinctionibus communi calculo recepta eſt Iacobi Balduini diſtinctio, qui fuit Piſanus antiquus Doctor, cuius ſæpe meminit Alberic. antiquitatis conſeruator, alij eum vocant Bandinum, vt dicit *gloſ. in verbo octauum, in eadem leg. hac conſultiſſima*, dicebat Balduinus: Aliud eſt velle quid probare per ſcripturã, aut per publicum inſtrumentum per teſtes ſubſcriptum, ita vt probatio ſumatur ex ipſa ſcriptura ſubſcripta, ſeu publico inſtrumento, & ſic agatur de ſubſtantia inſtrumenti, ſeu ſcripturæ,

per quam quis vult probare intentionem ſuam, id eſt probare inſtrumentum publicum, vel ſcripturam priuatam trino teſte notatam iuxta terminos *d.l.ſcripturas*, vt illa fidem faciat, & probet, vt quaſi publicè confecta, & ſic tractetur de ſolennitate inſtrumenti ſeu ſcripturæ, quæ eſt vna probatio diuerſa à probatione contentorum in ſcriptura per viuam vocem teſtium ſubſcriptorum. Priori caſu tabellionem ſeu ſcriptorem non debere nec poſſe computari in numero trium teſtium, poſteriori autem poſſe. ita Iacobus Balduin. communiter receptus, quem ſequitur, *Gloſ. in dicto verbo, octauum, in citata l. hac. conſultiſſima, & ibi Petrus de Bellapertica, Cyn. Bartol. Bald. numero decimo, & vndecimo, de communi teſtis, Salyc. numero ſeptimo, & octauo, de communi teſtis, Paul. de Caſtro, Imola, numero tertio Corn. numero 21. & 22. idem de Bellapertica, in l. comparationes, numero 15. C. de fide inſtrumen. Bartol. in d. l. Domitius, nume. 3. de communi teſtis. & ibi Alexan. in addit. litera F. ff. qui potior. in pign. habeantur. Idem Alberic. in dicta l. ſcripturas, numero 2. Bartol. in l. ſi conſul. numero quarto, ff. de adopt. Bald. in authen. ſed nouo iure, C. ſi cert. petat. & in l. quæſtionem, numero 18. C. de fidei com. & in tit. de pace Conſtant. verſic. ſicut, & in Rubr. de fide inſtrumen. numero 18. & conſilio 444. libro quinto. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de inſtrume. edit. Alex. conſilio 34. numero 44. libro ſecundo, & conſilio 153. numero ſecundo, & 17. vbi dicit hanc communem, conſilio 146. numero ſeptimo, &*

8.libro ſecundo Felyn. in capitulo 2. numero ſecundo, tertio, & 4. de fide inſtrumen. Andr. in Inſtitut. de teſtam. §. fin. numero quarto, Marſil. in rubr. de probat. numero 303. Berous, conſilio. ſecundo, numero ſexto, ſeptimò, & octauo, lib. 2. Pariſ. conſilio 50. numero 6. & 27. lib. 3. Couaruuias, in cap. cum eſſet, num. 1. de teſtam. Ratio illa eſt potiſsima, quia cũ ſcriptura requiritur pro forma, tunc ſubſcribens non habetur pro ſcribente. *Aret. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, ff. de acquiren. hæredit. Iaſ. in l. emptor, §. Lucius. ff. de pact. Alber. Brun. in tractat. de form. & ſolen. Rubr. Ex quibus conſiſtat forma, & ſolennitas, verſic. item quæro, an ſubſcribens Petrus Rebuffus in tractatu de Chirographis, numero quinquageſimo quinto.* Non ergò dici poteſt, dictam priuatam ſcripturam à tribus teſtibus eſſe ſubſcriptam, & conſequenter eſſe legitimam, ad effectum prærogatiuæ in hypotheca de qua in *d. l. ſcripturas.*

Dum ijdem Actores prætendunt in ſubſidium, tenorem & contenta in dicta ſcriptura probari per dictos tres teſtes ſubſcriptos, ſcilicet Bardutium, Iacobum patrem, & non Ioan. Baptiſtam filium, & ideò ſecula Bardutij atteſtatione, adhuc de veritate contentorum in ſcriptura conſtare per duos teſtes, qui ſatis ſufficienter probant in tertij præiudicium. Huic conſiderationi reſpondeo: quod ij, pater, & filius, non ſunt teſtes omni exceptione maiores, & ſic integri cum probabiles exceptiones patiantur: vnam ex profeſsione

Iacobi

Iacobi Patris, qui aliàs hoſpitabatur in domo cùm ipſo Coſta, & ſic domeſticus, familiaris, & valdè amicus, vt prudens Iudex ſine Doctorum allegationibus perpendere poteſt, & nũcupatim in his terminis reſpondit *Socin. conſilio 274. num. 10. 11. & 12. lib. 2.* Accedit, quod dum ipſe, & Ioan. Baptiſta filius, dicunt cõtẽta in ſcriptura vera eſſe, eorum depoſitio eſt multum generalis, nec ſeriem facti referunt, & cõſequenter non vſquequaque releuat, per conſiderata per eundem Socin. *in eod. conſilio 274. num. 3. & 4. & Crauet. de antiquit. tempora, parte 1. §. quæritur, numero 59. & 60.* in omnem caſum, licèt de iure antiquo, duo teſtes plenè probarent, *l. vbi numerus, ff. de teſtibus.* Cum tamen ſimus in debito, & credito reſpectiuè excedente libram, imò viginti libras auri, in tertij præiudicium duo teſtes non plenè probant, ſed neceſſariò hodie requirũtur tres, ad effectum prærogatiuæ huius hypothecæ. *ita gloſ. in verbo, non minus tribus, in Authen. de inſtrumen. caut. & fide, verſic. ſi quis igitur, per illum tex. idem gloſ. in verbo, ſancitum eſt. Idem ibi Bartol. in tertia oppoſitione, ſub numero 3. in eadem Authen. in §. ſi quis igitur, & Angel. in allegato §. oportet, & reſpondit Alexand. conſilio 181. numero 5. lib. 2. Socin. conſilio 274. nume. 7. ibi, recognoſcant, vel deponant. Rolan. conſilio 84. numero 13. lib. 3. Anch. quæſt. 10. num. 7.*

Accedat etiam, quod appellatione Inſtrumenti, de communi vſu loquendi, non veni-
8 unt priuatæ ſcripturæ, nec libri † rationum,
nec

nec econtra, ſed tantùm priuata ſcriptura, quã dicimus Apodiſſam, quæ fit à parte, parti, licèt aliàs ſecus de iure communi, latè ſumpto vocabulo, appellatione Inſtrumenti veniret priuata ſcriptura: quia in intelligendis ſtatutis, præualet communis vſus loquendi, ſecundum quem illa intelligenda ſunt, etiam ſi proprietas, & verborum ſignificatio aliter ſe haberet, *l. librorum, §. quod tamen Caßius, ff. de legat. 3. & reſpondit Socin. conſil. 41. numero 11. lib. 1. Aretin. conſilio 51. numero 2. Bartol. Bald. Caſtrenſ. & alij, in l. 1. Cod. de iuram. calum. Imola, in rubr. de fide inſtrument.* Vnde meritò in hac re præferendum eſt ſtatutum loci contractus, ipſi iuri communi, *citato ca. 1. & ibi Doctores communi calculo, de conſtittu. libr. 6. Bartol. Bald. & alij, in l. 1. Cod. de Summ. Trinitate, & reſpondit Socin. conſilio 271. num, 7. libro 2.*

Nec dici poteſt, quod huiuſmodi ſcripturæ priuatæ, tot ſolennitatibus munitæ, propterea propriam naturam, & nomen immutent; nam licèt textus *in dict. l. ſcripturas*, in illis verbis, ex huiuſmodi inſtrumentis, videatur aliter ſentire, nihilominus eo ſenſu ille procedit, vt appellatione inſtrumentorum in Iudicijs veniant omnia, quæ probationem, vel fidem faciunt, ſeu Iudicis mentem inſtruant: *l. notionem, §. inſtrumentorum, ff. de verb. ſignificat,* hinc ſcriptura priuata habet nomen ſeparatum ab inſtrumento: Aut cum adiuncto dicuntur inſtrumenta priuata, vt probatur *in d. l. ſcriptu-*

Ratio illa potiſsima eſt: quia ſcriptura priuata quantumuis munita ſolennitatibus, ex quo non conficitur, per publicam perſonam, retinet nomen ſuum, licet habeat vim publici inſtrumenti, quaſi publicè confecta, vt dicit textus *in d.l. ſcripturas.* Et ſic fuit reſolutum. Deſiderius Guido, Almæ Vrbis Gubernator.

EPITOME.

Clauſula, quæ in manuſcriptis inter priuatos initis quotidiè Venetijs ſolet apponi, videlicet, *à chi preſenterà* limitatur.

SVMMARIA.

1 *Prior Regularis habet omnimodam authoritatem in Monachos ſibi ſubiectos.*

2 *Argumentum à minori ad maius ſeu à fortiori, valet in iure.*

3 *Recognitio ſcripturæ priuatæ iudicialiter vt fiat, neceſſaria.*

4 *Res in vtilitatem Monaſterij conuerſæ vendicantur ab eo, & id ipſum ad eorum ſolutionem obligatum reddunt.*

5 *Locupletari quiſpiam non debet, cum alterius iactura.*

6 *Prior non habet poteſtatem alienandi bona Monaſterij niſi ex cauſa, vt ibi.*

7 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*

8 *Prima ſolutio tollit ſecundam obligationem ex ea reſultantem.*

9 *Teſtis*

9 *Teſtis non niſi iuratus probat.*

10 *Teſtis licet vnicus contra partem producentem concludenter probat.*

11 *Tempus quando eſt de eſſentia actus, illud articulari & probari debet præcisè.*

12 *Scriptura priuata non militat contra tertium.*

13 *Exceptio quæ competit Cedenti, competit & ceſſionario.*

14 *Religioſæ perſonæ non niſi coram Iudice Eccleſiaſtico poſſunt conueniri.*

15 *Hieronimus Matcheuccius vir ſanè Illuſtriſſimus honorificentiſſimè memoratur.*

16 *Ceſſio in potentiorem qualis dicatur.*

17 *Clauſula* à chi preſenterà *Venetijs practicabilis, quomodo intelligatur.*

18 *Quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.*

DECISIO XXXXI.

VErtebatur in dubium an Monaſterium Sancti Andræ de Littore, Ordinis Carthuſien. in vim manuſcripti, ſcripti, & ſubſcripti, manu Domini Antonij Vergi, de anno 1586. die 16. Menſis Aprilis, quo tempore dicti Monaſterij erat Prior, teneatur ſoluere Clariſſimo Domino Aloyſio Bragadeno principali, & actori, necnon præſentatori prædicti manuſcripti, vigore clauſulæ, *à chi præſenterà* in ea exiſtentis ducat. 591. ducat 12. Huius monetæ Venetæ. Prima facie videba-

debatur dicendum, Monaſterium prædictum teneri ad ſolutionem dictorum ducatorum, rationibus de quibus infra, videlicet.

Primò, quia, qui obligauit Prior erat, & hoc eſt notorium, & ideo obligare potuit, quia ſi habet † authoritatẽ Prior in ſuos Monachos, 1 vt *Archid. in cap. de capellis, 16. quæſtion. 2. numero 3. Innocen. in capit. vt fama, de ſententia excommun. numero tertio, Abba. in capitulo Ioannes, de Regularib. numero 4. & in ſequen. & in capitul. non eſt, eod. titul. numero 4. 5. & 6. & in cap. fin. eod. titu. numero 1. 2. & 3.* fortius in bonis Monaſterij, argumentum † enim à minori ad maius, ſeu à fortiori, valet in iure, 2 *Auth. multo magis, Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. l. cum ſoluta, vbi gloſ. in verbo, multo facilius, Cod. de condict. indebiti, l. ſi non ſinguli, Cod. ſi certum petat. latiſſimeq́; not. Euerard. in ſuis Topicis iuris, in loco à minori, ſeu fortiori, numero 1. & 6.* Vltrà quod etiam Monaſterium prædictum ſoluit magnam denariorum quantitatem quibuſdam alijs, vigore aliorum chirographorum, ab eodem tunc Priore confectorum, ideò teneri debet ad illius chirographi ſolutionem.

Secundò manuſcriptum de quo agitur, ſeruatis ſeruandis, in Iudicio fuit productum, & iudicialiter recognitum, † quo caſu conclu- 3 denter probat, *l. Publia, ff. depoſ. l. cum antiquitas, Cod. de teſtam. & Gaſpar Caballin. plures conglomerat authoritates, vt ſui moris eſt, Milleloq. 651. per totum.*

O Tertiò

Tertiò magis vrget, quia ex lectura ipſiuſmet chirographi conſtat concludenter de cauſa debiti, hoc eſt, de debito olei, & de alijs expenſis ipſius Monaſterij, †
4 quæ cum factæ fuerint ex neceſſitate Monaſterij, vtique Monaſterium ipſum tenetur, ac etiam ſi ille qui obligauit, non fuiſſet Prior, ex *notat. per Abb. in c. quod à quibuſdam, de fide iuſſor. numero 4. & 9.* fortius ſi Prior obligauit, & ex neceſſitate Monaſterij.

Quartò comprobatur hoc idem ex computis inter Monaſterium, & ipſum tunc Priorem per actis, vt ex pagina ſeu charta viſitationis ex qua extitit creditor ducatorum eiuſdē quā-
5 titatis, & qui locupletari † non debet cum alterius iactura, *l. nam hoc natura, ff. de condict. indebiti, & Dominus meus Riminal. iun. Conſ. 211. numero 28. volumine 2.* ergò Monaſterium tenetur ad illorum ſolutionem.

Quintò & vltimò, licèt ex ſupradictis concludenter appareat de actione reali Clariſſimi Domini Bragadeni, nihilominus ad tollendas quaſcunque difficultates, vna cum manuſcripto fuerunt præſentatæ litteræ manu Domini Ioann. Antonij Vergi, & ſubſcriptæ per Dominum Petrum Fontanā, tunc Vicarium eiuſdem Monaſterij Sancti Andreæ ſub eadē data eiuſdem chirographi, in quibus litteris, chirographū illud incluſum erat, adeò quod ex ſupradictis, prima facie dicendum omninò erat, Monaſterium prædictum teneri, & obliga-

ligatum eſſe ad ſolutionem ducatorũ, de quibus in prædicto chirographo fit mentio cum expenſis.

His tamen non obſtantibus, ex altera parte fortioribus rationibus totum contrarium verius eſſe dicebatur, & hoc vnico fundamento, quia Prior Monaſterij non habet authoritatem obligandi, nec bona, † nec redditus illius Monaſterij, pręſertim Priores Ordinis Carthuſienſ. quibus tum ex antiqua, & laudabili conſuetudine, cum ex conſtitutionibus ſuis prohibitum eſt, obligandi fructus, & redditus Monaſterij in ſimili ſumma, abſque interuentu, & conſenſu Monachorum vocem in Capitulo habentium, & tunc, & non aliàs, ex neceſſitate Monaſterij, quod etiam de iure cautum eſt; *Rubr. & toto titulo de rebus Eccleſiæ non alienat. textus & DD. in extrauagant. Ambitioſæ, eiuſdem titu.* 6

Nec obſtat primò, quòd Prior habeat authoritatem in Monachos, fortiuſque in bonis Monaſterij: quia reſpondetur, quòd argumentum hoc, ſumitur ab eo, in quo eſt minor ratio, ad id, in quo eſt maior ratio: *ita Euerhard. loco citato, numero* 2: ſed diuerſa eſt ratio; ergo non militat in caſu noſtro.

Quòd autem diuerſa ſit ratio, patet ex eo, quia ſi Prior habet authoritatem, habet etiam in bonis Monachorum, & ſic militat argumentum ex eadẽ ratione, ſed bona Monaſterij, ſunt bona totius Religionis, nõ aũt illo-

rum Monachorum, quia ipſi iam vouerant paupertatem, & bona ſua incorporantur Monaſterio tempore profeſsionis, *capitulo ſecundo, Concil. Trident. Seſsio.15. de Regular. & Monial. & latius Abb. in cap. ne Religioſi, de Regular. numero tertio.* Cum ergo diuerſa ſit ratio, argumentum prædictum in caſu noſtro non militat.

Non obſtat ſecundò, quod manuſcriptum prædictum in Iudicio productum fuerit, & ſeruatis ſeruandis recognitum à modo, vt illud quod non operatur chirographum, operetur recognitio: quia reſpondetur, quòd ſi chirographum eſt nullum, recognitio illius
7 nullum operatur effectum, quia non entis † nullę ſunt qualitates *l. eius, qui in prouincia, ff. ſi cert. petat. & latè Dominus meus Riminal. iun. conſ. 42. numero centeſimo vigeſimo quarto, & conſ. 50. numero decimo quinto, & conſ. 60. numero nono, volumine primo, Pariſ. conſ. 55. numero tertio, vol. 4.* ideò ſi chirographum non tenet ex vitio ſui, recognitio nihil ponit in eſſe.

Tertiò, non obſtat aſſerta deſcriptio expẽſarum, & in vtilitatem Monaſterij conuerſarum: quia conſtat ex actis, quod illis redditus Monaſterij ſatisfecit, & ſucceſsiuè quælibet partita deſcripta in chirographo, ꝓpter quas chirographum, obligatio facta fuit, reperitur poſita ad computum introituum Mona-
8 ſterij, ſed † quia per primam ſolutionem ex redditibus Monaſterij tollitur quæcunque

ſecun-

ſecundaria obligatio ex ea facta, ut conſuluit *Dominus meus Riminal. conſ. 52. & per eum ibidem, ſub numero 97. allegata*, ergò monaſterium de re non ſibi tradita, quinimò aliàs per ſe ſoluta, non videtur vlterius teneri, aut obligatum eſſe.

Quartò non obſtat aſſertio prædicti aduerſarij, quod inter D. Ioan. Antonium, & Monaſterium factis computis, remanſit creditor: quia reſpondetur, quod ex actis conſtat contrariũ verius eſſe, & illam paginã viſitationis, quam ipſe Dominus Ioannes Antonius pro totali ſua comprobatione allegat, eam videat, & diligenter excogitet prudens Iudex, ad quem finem fuerint appoſita illa verba, ſuper quibus ſe fundat aduerſarius, videlicet, expenſæ Prioris excedũt redditus, vnde hoc?

Vltimò, non obſtat ſubſcriptio litterarum facta per Dominum Petrum Fontanam, quia Iudicialiter examinatus, iureiurando depoſuit, ſe ſubſcripſiſſe litteras prædictas longè poſt annum 1586. reuocando quamcunque extra Iudicialem aſſertionem ſine iuramento, de qua tamẽ non cõſtabat, niſi de ſubſcriptione ſub illa data, quæ ſubſcriptio tali caſu nõ probat tempus datæ, adeò, vt iureiurando† 9
tempus ſpecificare non poſsit, quia aliàs non probaret, *cap. iuris vbi Doctores, &c. de teſtibus.*

Accedat etiam nullitas ipſius manuſcripti carentis ſubſtantialibus in ſimilibus neceſſariè requiſitis, ſcilicèt ſigillo magno Monaſte-

rij in ſimilibus vti ſolito, cum conſenſu aliorum Monachorum, non autem ſigillo paruo penes Priorem exiſtenti pro ſigillandis litteris ex ſtatutis Ordinis Religionis ſanctiſsimæ verè Carthuſienſ. Vltrà quod dictum manuſcriptum fuit confectum in fraudem Monaſterij à Domino Ioan. Anton. Vergi, poſt priuationem ſuam à Prioratu, & hoc concludenter probat D. Petrus Fontana cum iuramento, cui depoſitioni ſtandum eſt, quia fuit † ab
10 eodem aduerſario in præſenti cauſa ad fauorem ſuum inductus, & ideò ab eo aduerſario approbatus, adeò, vt concludenter probet, *Felyn. in capit. ſi cautior, in nona limitatione, de fide inſtrum. Caphal. conſilio 65. numero 55. & conſil. 82. num. 47. libro 1. vbi de communi Dominus meus Riminal. iun. conſilio 362. numero 64. & conſil. 86. numero 20. lib. 1. & conſ. 258. numero 14. libr. 3. & latè Deſid. Guid. conſ. 15. numero 13.*

Et ideo ex præmiſſis apparet, quod aduerſarius tenebatur tempus prætenſi chirographi articulare: tempus etenim in hoc caſu, cum ſit fundamentum intentionis ipſius actoris, quia tunc tempus dicitur eſſe de ſubſtantia, quando ius, & differentia eſt in eo, vt actus factus vno tempore, valeat; alio tempore non:
11 vel quia actus vno tempore ſit licitus, alio illicitus, & ideò debet probare tempus præciſè, *l. eum actum, ff. de negot. geſtis. l. matrem, Cod. de probat. capitulo in præſentia, & capitulo litteras, de probat. Clementin. ſin. in verbo, creatum, de reſcript. Alexan.*

Alexan. conſilio 3. numero decimo tertio, libro 2. Ruyn. conſilio 92. numero 8. lib. 3. ſubſtantiale ſiquidem tempus eſt, & in caſu de quo agitur: quia ſi antequam eſſet Prior, fabricaſſet manuſcriptum prædictum, vel poſt priuationem illius, vtique eſſet falſum & nullum, & ſaltem neceſſarium erat, tempus probare, vt abſurdum euitaretur, quia quilibet Prior poſt dimiſſum Prioratum poſſet fabricare manuſcriptum ſub data, quando erat Prior, & illud vendere cuicunque maluiſſet in damnum Religionis non modicum, ideo tanto malo lex ſuccurrere voluit, mandando, vt quælibet priuata ſcriptura inter partes ſtipulata, quando ineſt tertij intereſſe, neceſſario requirat ſubſcriptionem debitoris, creditoris & trium teſtium, aliàs † contra tertium non probaret, *vt Deſid. Guid, Dec. 29. inter ciuil. per totam.* Tertij intereſſe eſt Religionis, & Monaſterij, quinimò in hoc manuſcripto non adſunt ſubſcriptiones trium teſtium, nec minus creditoris, adeò vt ex iuribus ſuprà allegatis quam ex *l. 1. §. 1. & 2. ff. de verborum obligat.* non tenet ſtipulatio, & per conſequens corruit aſſertum manuſcriptum. 12

Additur ſecundò, quod ſicuti cedenti, ita & ceſſionario obſtat † exceptio, *Dominus meus Riminaldus iun. conſilio quadringenteſimo trigeſimo tertio, numero octuageſimo octauo. volum. 4. Borgnin. Dec. 46. nu. 365. parte prima.* Dominus Io. Anto. Vergi, vti poſſet exceptione non numeratæ 13

 pecuniæ

pecuniæ, *l. ſi ex cautione*, *C. de non num. pecun. vbi Doctores*, ita & prior ſucceſſor, qua vtens, tenetur aduerſarius probare numerationem illarum, aliàs ſuccumbit.

Additur tertiò, quod ex teſtimonialibus hæredum, & Commiſſariorum q. Antonij Vergi, in gratiam cuius cõfectum fuit manuſcriptum, colligitur nullum negotium mutuum, debitum vè interfuiſſe inter quondam Antonium Vergi, quantum Dominum Ioãnem Antonium Vergi eius Fratrem, tunc Priorem Sancti Andreæ de Littore Venetiarum, Ordinis Carthuſienſ. nec adhuc quicquàm prætendere contra ipſum Monaſterium, qui quidem quondam Antonius Vergi, adeò inops, & miſerabilis perſona erat, vt illius bona ſubhaſtata fuerint, & aſcenderunt vſque ad ſummam ducatorum decem, monetæ Venetæ.

Additur quartò, quod manuſcriptum huiuſmodi fuit ceſſum in potẽtiorem, quia cum fuerit factum dicto quondam Antonio Vergi, illius qualitatis de qua ſuprà, & ceſſum fuerit Clariſsimo Domino Bragadeno Viro nobili, Patritio Veneto, diuiti, & potenti, cuius authoritas & potentia fuit talis, & tanta, quod ipſo inſtãte, Clariſsimi Domini Iudices Curiæ petitionum, ſeſe Iudices competentes pronunciando, ſententiam diffinitiuam tulerunt ad fauorem ſuum, contra prædictum Monaſterium, incidendo Actor & Iudices

Iudices † in Canones, *capitulo ſecundo, & c. ſi diligenti, de foro compet.* & in Bullam ſanctiſsimi D.N. in Cęna Domini legi conſuetam, & tandem ob accuratam diligentiam, & indefeſſam protectionem iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, Illuſtriſsimi & Reuerendiſſimi Matheucci † Archiepiſcopi Raguſini, tunc Nuncij Apoſtolici Venetiarum, cui quidem in hac parte debetur honor, & gloria immortalis, ſententia prædicta non obſtante, cauſa hæc de qua modo agitur, ad hoc tribunal conuolauit, in qua etiam tantum potuit, & contra formam iuris, & Sacrorum Canonum diſpoſitionem, ſublata facultate quacunque appellandi vſque ad tres conformes ipſi Monaſterio, illud idem nihilominus Monaſterium coactũ fuit præſtare idoneam fideiuſsionem in forma depoſiti, vt lata prima ſententia, in hoc tribunali, Monaſterium ſuccumbens incontinẽti perſolueret. Ceſsione igitur ſic in fraudem facta, Monaſterio † prædicto ſuccurrendum foro videtur ex *l. 1. ff. de alien. Iud. mut. cauſ. fact. & Bart. in l. cum miles, nu. primo, ff. eod.* & cedẽs debet priuari cauſa, *tex. eſt in l. 2. C. ne liceat potentior.* Nec obſtat ſi dicatur, quod illa, *à chi preſenterà*, tollit ceſsionem huiuſmodi, vigore † namque illius clauſulæ, fabricator chirographi, cuicunque potentiori, & minus potenti, & ſic indiſtinctè nullo habito reſpectu perſonarum, tribuit ius conueniendi, & exigendi debitum de quo in chirographo: quia

14 15 16 17

reſpõdetur, quod quando chirographum fabricatũ eſt in gratiam alicuius, puta ciuis, cũ clauſula, & cuicunq; alio, *à chi praſenterà*, non propter hoc alterat obligationem, vt deteriorem faciat conditionem obligantis, vt ſi ſe obligauit ignobili, nobilis, & princeps, cum exigere non poterit, ſed ipſo duntaxat ignobili, vel altero cuicunq;, non tamẽ ignobile maiori attributa videtur actio ipſum exigẽdi, argumento eorum, quæ notantur à Felyno, *in cap. ſedes, de reſcript. numero tertio, Petrus Gartz. à Tolet. extrauag. Dec. 4. per totam*, & alias hic deciſum fuit à Domino Deſiderio Guidone, vti Iudicę Apoſtolico delegato, in vna Ciuitatenſi nuncupata, quia illa dictio & aliorum, de ſimilibus debet intelligi *Dominus meus Riminal. iun. conſil. 4. numero 26.* Ex omnibus his ergò & earum qualibet, pro Monaſterio dicendum, & pronunciandum erit, cumque non
18 proſunt ſingula † multa iuuant. *Anton. Gabriel. de probat. concl. 1.* in initio deciſum fuit pro Monaſterio.

E P I T O M E.

Intellectus ad Clement 2. de teſtibus & atteſt.

S V M M A R I A.

1 *Subornatio in teſtibus euitanda, & quomodo.*
2 *Limitatur pluribus modis.*
3 *Soluuntur limitationes.*

DECI-

DECISIO XLIII.

SAepe occurrit in Curia, vt parum
practici cauſarum Patroni, erran-
tes in Praxi, iura mendicant, & in-
tellectus Legum, & Canonũ per-
quirant, neceſsitatique ſuæ appli-
cant: quapropter inter alios caſus, certa die
qua ad inſtantiam partium publicatæ fuerant
atteſtationes, partes ipſas viderant, & nihilo-
minus ſuper eiſdem adhuc examinare pars
conabatur, allegando intellectus infraſcri-
ptos, ad *Clement. 2. de teſtibus, & atteſt.* qua caue- 1
tur, vt poſt didicita teſtificata, nec ſemper eiſ-
dem, vel de directo contrarijs articulis exami-
nari penitus pars non poſsit, ſicque tex. *in cap.
fraternitatis, cap. innotuit, de teſtibus, & atteſt. l. qui
ſemel, C. de probat,* rationem allegat, *Cyn. in l. per hãc,
verſic. in ſecunda oppoſitione, C. de tempor. appell. &
latè ibi Bart. numero quinto* quæ eſt hæc, vt eui-
tetur occaſio teſtes ſubornandi.

Primus † intellectus huius tex. fuit *Bal. in l.* 2
*ampliorem, C. de appellat. numero tertio, quem ſequi-
tur Alexan. in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno
infecto numero decimo tertio, Crauet. conſ. 134. nu-
mero primo, volumine 1. Roman. conſilio 134. nu-
mero fi. Dec. in Rub. de probat. num. 47. & in c. ſicut,
eod. titu. numero 82. Capol. cautela 166. incipien.
Regulariter, Hyppol. de Marſ. in l. 1. §. fi. ff. de quaſt. nu.
8. & in practica ſua criminali, §. ordine. numero 46. in
conſil. 36. numero 14. & conſ. 43. numero 27. conſ. 60.
numero 19. & conſ. 73. numero 22.*

Secun-

Secundus intellectus erat, vt non habeat locum in criminalibus: quia Iudex ex officio tenetur veritatem indagare, ex annot. per me, *in Dec. 1. numero decimo, 11. inter criminalia.*

Tertius verò, quando Iudex indiſcretè, & odio, vel gratia alterius publicaret atteſtatines, vt eſt *glo. or. in c. teſti. eo. tit.*

Quartò, ſi de partium conſenſu vellēt examinari, quos omnes cum alijs tradit Bal. *in l. at qui ſemel, C. de probat. numero ſecundo, & ſequen. arg. tex. in l. ſi conuenerit, ff. de re iudic.* Quintò per beneficium reſtitutionis in integrum, prȩſertim Mulieri, Eccleſiæ, vel Minori.

Sextò, per euidentiam facti, aliàs per teſtes minus concludenter probati.

Septimò, caſu non credidiſſem plenè probaſſe, & tamen non plenè probaui, tunc debeo admitti ad plenè probandum, etiam poſt didicita teſtificata.

Octauò, ſi producatur inſtrumētum, quod indigeret aliqua probatione per teſtes, tunc nō obſtante, quod didicita fuerint & teſtificata teſtes poſſunt recipi, & examinari. Nonò, reprobando teſtes aliàs contra me examinatos, poſſum per alios teſtes examinandos illos reprobare: hos omnes intellectus tradit *Afflict. Dec. 216. per totam.*

Decimò, alij limitarunt, vt locum non habeat, quādo teſtes denuo inducendi, maximè legales eſſent, tūc debēt de nouo recipi, & examinari notat *Alex. in l. iubemus. C. de iudic. nu. 13.*

Vndecimò

Vndecimò, Vt ſi æquitas ſuadet, tunc denuo recipi debent, *Aret. in c. conſtitutis, el 2. num. 13. de teſtib. & atteſt.*

Duodecimò, Quando teſtes non interrogati fuerunt ſuper interrogatorijs partis. *Alex. conſil. 172. volum. 4.*

Decimotertiò, Si mutatur iudicium, *Marian. Socin. in c. fraternitatis, de teſtibus & Roman. in Rubr. de arbitr.*

Decimoquartò, In cauſis beneficialibus in quibus partibus inuitis, poteſt iudex teſtes recipere propter periculum animarum, *Ioan. Andr. Hoſt. Ant. de Butr. & Felyn. in capit. ad petitionem, de accuſat.*

Decimò quintò, Si conſuetudo loci hoc admitteret, vt etiam ſtante publicatione, teſtes poſſent examinari, quia valet talis conſuetudo. *Ant. de Butr. & Imola, in capit. ſeries, de teſtibus.*

Decimo ſextò, Quando teſtes fuerunt examinati, & depoſuerunt ſe nihil ſcire, alij eo caſu examinari poſſunt: hos omnes tradit *Anton. Gabriel. com. concluſ. 21. de teſtibus. nu. 119.*

His omnibus non obſtantibus, dico ſemper in Curia obſeruatum fuiſſe, vt text. d. Cle. 2. de teſtibus ad vnguem ſeruaretur, non obſtantibus quibuſcunque ſupra dictis intelligentijs ſparſim à Doctoribus traditis, & parũ textum d. Cleme. tangentibus, vt ex infra dicendis conſtabit.

Primùm, primo † reſpondendo dicitur, 8
quod

quod veritas eſt in cõtrarium, vt Rom. verioribus rationibus ductus tenet contrarium, *in l. 4. §. hoc autem iudicium, numer. 4. ff. de dam. infec.* quia vt inquit ipſe, poteris primò ſubornare teſtes, & eos poſtea notificare iudici, & tandẽ abſentare, & cautela Baldi induceret fraudẽ, & dolum, & ideò hic nunquam fuit vſu recepta.

Secundò reſpondetur, quod magna eſt differentia inter iudicis officium, & inſtantiam partis, ad inſtantiam partis teſtes non poſſunt recipi, & examinari, publicatis atteſtationibus, & didicitis: ſed iudex ex officio vtique poteſt, quia latiſſimum eſt illius officium, *le. 1. & ibi Doct. ff. de iuriſdict. omn. iud. ſed tex. Cleme. 2.* dicit, quod ad inſtantiam partis hoc fieri non poteſt, & ſic in alio termino. *Vrſil. in annotat. ad dec. afflict. dec. 216. num. 4.*

Tertiò reſpondetur, quod nõ intelligitur, vt publicata ſint, & didicita teſtificata, niſi pars cui præiudicium hoc paratur, didicerit teſtificata, quia publicare parte non inſtante, & non didicitis teſtificatis, non priuatur beneficio examinis vlterioris.

Quartò reſpondetur, quod quando agitur ad inſtantiã partis, ad illius intereſſe, pars ſicuti cedere poteſt liti & cauſę, vt latius dixi *Dec. 1. numero 1. inter criminal.* ſic etiam beneficio iuris renunciare poteſt, ſecus ſi agatur procuratorio nomine, tunc enim actum hũc fieri non poſſe iudicatum fuit.

Quintò dicitur, quòd tex. Clem. 2. concernit

nitius, & de iure poſt didicita teſtificata teſtes recipi non poſſunt ſuper eiſdem, vel directo contrarijs, & hoc procedit iure: ex gratia verò Principis forſan aliter eſſet dicendum, vt ex beneficio reſtitutionis in integrum.

Sextò probatio per euidentiam facti non fit per teſtes, & ſic non cadit ſubornatio in euidentia facti.

Septimò, verè reſpondetur, quod quando dantur articuli, poſt didicita teſtificata, qui ſint de neceſſitate facti, non autem de neceſſitate ꝓbationis, & per eos intendit quis velle probare aliquid dependens à primis, licet incidenter probent, & materiam iam articulatam, tunc debent admitti, quia re vera ſunt diuerſi, licèt tendant ad eundem effectum: & ſic not. *Innoc. in c. cũ clamor, de teſtib. nu. 2. & Abb. in c. fraternitatis, eod. tit. nu. 8. ab Afflicto in Dec. ſua 216. nu. 4. allegat.* Octauò reſpondetur, quod teſtes qui recipiuntur ſuper Inſtrumento, in euentũ quod examinentur, examinantur ad corroborandum Inſtrumentum, & ideò non dicũtur recepti poſt didicita teſtificata. Nonò reſpondetur, teſtes examinatos ſuper articulis reprobatorijs, probare duntaxat inhabilitatẽ teſtium examinatorum, non autem negotium principale. Decimò reſpondetur, quod ibi Alex. conſulat potius ex iudicis officio, & non aliàs &c. vt ibi ipſe declarat.

Vndecimò reſpondetur, quod hoc nõ debet eſſe arbitrarium: quia ſi lex prohibet, oportere

ret iuuare caſum in quo alia lex permittat, alias non: nam ſtat conſtitutio, & ſecundum eam iudicandum eſt, *c. Canonũ, de cõſtit. l. principes, ff. de legib.* imò Princeps, qui leges condidit, ſecundùm leges iſtas iudicare debet, *l. digna vox, C. de legib.*

Duodecimò reſpondetur, quod aliud eſt examinari teſtes, & aliud interrogari: quia examinantur ſuper articulis ab vna parte productis, & interrogantur ſuper interrogatorijs ab aduerſario exhibitis, ideo repetere ſuper interrogatorijs, non eſt examinare ſuper eiſdem, vel directò contrarijs, nam articuli cõcernunt materiam ligitioſam, de qua agitur, articuli verò circumſtantias, ideò non derogatur per hoc *d. tex, Clem. 2. de teſtib.*

Decimo tertiò dicitur quod mutatio iudicij, eſt idem quod mutatio actionis, & ſic non ſuper eiſdem vel directò contrarijs.

Decimoquartò, in beneficialibus militat eadem ratio, quæ in criminalibus, ibi vt veritas habeatur, hic vero, ob periculum animarum, ſed vtroque loco militat ex iudicis officio, nõ autem ad inſtantiam partis &c.

Decimoquintò, hoc duntaxat caſu tex. Clẽ. 2. limitatur, quotieſcunque n. conſuetudo ſit in contrarium, & ſeruetur ſic vltrà decennium ex ſcientia iudicis, tunc conſuetudo debet ſeruari, & non aliàs.

Vltimò, ſi teſtes examinati fuerint cum iuramento, & depoſuerint ſe nihil ſcire, nõ poſſunt

ſunt induci à modo, vt ſi deponant aliquid, nõ teneantur de falſo, iuxtà ea quæ notaui in *Dec. 11. numero decimo quarto inter ciuil.* & ſic ſemper in viridi obſeruantia vidi obſeruari, *tex. d. Clemen. 2. de teſt. b.* licèt & Marian. Socin. *in c. fraternitatis, numero trigeſimo ſexto, & 54.* limitationes afferat, quæ tamen facillimè reſoluuntur: & ſic ſemper obſeruari vidi in Curia ſupradictis omnibus caſibus.

EPITOME.

Nomina teſtium, quando edenda ſint parti.

SVMMARIA.

1 *Nomina teſtium regulariter debent edi parti, ad effectum conficiendi interrogatoria.*

2 *Nomina teſtium non ſunt edenda parti, aduerſariorum potentia ſubſiſtente.*

3 *Diſparitas litigantium attenditur, quod ad editionem teſtium examinandorum.*

4 *An ſit diſparitas nec ne; relinqtur arbitrio iudicis.*

DECISIO XLIIII.

Breuis hæc eſt difficultas, ſed ſæpè occurrit in Curia, & vna die accidit (coram Illuſtriſsimo, & Reuerendiſſimo Domino Hieronymo Mattheuccio Archiepiſcopo Raguſino tunc Nuncio Apoſtolico Ve-

net.)in vna Superantia, legitimitatis, dubitare, an nomina teſtium pro parte actoris examinandorum, parti aduerſæ eſſent edenda, ad effectum conficiendi ſua interrogatoria circà qualitates teſtium, ſtante diſparitate partium
1 litigantium? Primò dicebatur quod † ſic, *ex gloſ. in capit. 2. de teſtibus in 6. in verbo interrogatoria, Bald. in capit. per tuas, de teſtibus numero 12. ibique Felyn. numero 3. in fin.* & ſic ſeruari in praxi præſertim in Curia Romana voluit *Oct. Veſtrius, lib. 6. cap. 2. num. 18. fol. mihi 158.*

Nihilominus, his non obſtantibus, ex altera
2 ra parte dicebatur, minimè † edenda eſſe, ſtãte potentia aduerſariorum, ex notatis per *Bal. in repet. l. edita, C. de eden. nume. 108. Deci. in cap. 1. de probat. numero 157. Cagnol. in l. 1. Cod. de eden.*
3 *numero 6.* † Diſparitas enim inter litigantes debet attendi: ſi quidem vna pars potentior eſt altera, præcellitque diuitijs, & honore, ergò iuſtus eſt timor ſubornationis fiendæ argum. eorum, quæ notantur ab Innoc. *in cap. ſu-*
4 *per eo, el 2. de teſtibus & atteſt. num. 2. Ioan. And. ibi, num. 4. & cæteri Doctores omnes*; quæ † potentia qualis quantaq; ſit, relinquitur arbitrio iudicis, prout latius dixi in *Dec. 10. num. fi. inter ciuil.* Et fuit deciſum, nomina teſtium in ea cauſa minimè edenda eſſe.

EPITOME.

Sæuitiæ quæ ſint attendendæ ad ſeparationem Thori obtinendam.

SVMMA-

SVMMARIA.

1 Separatio Thori fit, ex adulterio per alterum ex coniugibus commiſſo.

2 Adulterium mutua compenſatione tollitur.

3 Separatio Thori fit per attentatum in vxorem vitium Sodomiticum.

Et etiam ſi idipſum præter vxorem cum aliis crimen vltrò commiſerit. ibidem.

4 Separatio Thori fit ob ſæuitias illatas à marito coniugi.

Eademque licita eſt, & iuſta cauſa ſeparationis lecti coniugalis.

5 Repudium fiebat antiquitus ex cauſis quibus nunc fit thori ſeparatio.

6 Vxor, etiam ſi cauſam dederit marito, vt in eam ſæuiret, adhuc fieri thori ſeparatio poteſt.

7 Enumerantur multiplices ſæuitiæ à viris in vxores admiſſæ, quæ thori inducere poſſint ſeparationem.

8 Vxorem in adulterio repertam maritus necare legum ciuilium permiſſu poteſt: ſecus Canonico iure.

9 Minarum vxori à marito factarum, quando, & quatenus conſideratio vlla debeat haberi, & quando nequaquam.

10 Adulterium delictum eſt capitale, & ideò marito de violato coniugali thoro vxorem accuſante, legitimeq́; id probare non valente, thori ſeparatio ab vxore peti poteſt, iudicisq́; decreto æquiſſimo concedi.

11 *Accuſatio adulterii criminalis eſt, inimicitias capitales præſupponens.*

12 *Vxor patiens à viro qui in eam antea ſæuierat cognoſci, cenſetur iniuram ſibi illatam remiſiſſe.*

13 *Vxor non debet viro reſtitui, etiam ſi cautionem offerat, contrarium vide infrà ſub num. 16.*

14 *Maritus habet correctionem in vxorem, moderatã tamen, legum ciuilium conceſsione, & iuris Communis.*

15 *Nec valet cautio data à viro vxori ſuæ, de eam nõ corrigendo.*

16 *Cautione præſtita à viro, debet vxor reſtitui, cõtrarium vide ſuprà, num. 13. & infra nu. 19.*

17 *Quæ qualiſve ſit cautio præſtanda hoc caſu, relinquitur arbitrio iudicis.*

18 *Minæ non ſolitæ exequi, non inferunt iuſtam cauſam timoris, vel metus.*

Cauſa non autem cauſatum attenditur.

DECISIO XLV.

MVltæ ſunt cauſæ, ex quibus inter cõiuges fit thori ſeparatio, † vna eſt adulterium commiſſum per vxorem, quo probato, vir petere poterit thori ſeparationem, & eam obtinere, in vim tex. *c. ex litteris, de diuort. & c. plerumque de donat. inter vir. & vxor.* & ſic verſa vice, per adulterium à viro commiſſum, vxor petere poterit ſeparationem thori, per tex.

ex. in c.fi.de conuerſ.coniug.c.tua, de procur.vbi Abb. numero ſeptimo, Bertazzol.conſ. 228.numero quarto, vol. 1. & conſ. 273. numero primo, vol.2. Quod quidem † adulterij delictum mutua compen- 2
ſatione tollitur. *c.fi.de adulter. Abb.in cap.diſcretionem, de eo qui cog.conſ.vx.ſuæ num.5*

Item fit † ſeparatio thori, quando vir vxo- 3
rem tentat de crimine peſsimo, *cap.omnes cauſationes, 32.q.7.* & hanc voluit eſſe communem *Lambert.de in.pat.in prima parte, libro ſecundo, q.9. art. 18.in fin.* etiam ſi vir delictum hoc cùm alijs vltrà commiſerit. *Abbat.in c. maritis de adult. & ſtup.num.fi. And.Sic.conſ.64. num.8. vol.1.*

Item † ſeparantur coniuges ab inuicem ob 4
ſæuitias viri *c.ex tranſmiſſa, c.litteras §.fi.de reſtit. ſpol.c.1.vt lite non conteſt. Pariſ.conſ.54 numero 79. & 12. vol.4.* & hæc eſt cauſa licita, & iuſta, vt voluit *Dominus Riminal.iun. conſ.174. numero 13. & Mantua, conſi.64.numero 19.vol.2.* Et ex † qui- 5
bus cauſis antiquitus fiebat repudium, *§. mitiores Authen. de nupt.* vbi de gladio, aut ſi flagellis ſuper ea vtatur. *l.conſenſu, C.de repud.in fi.ibi, ſi ſuæ vitæ veneno,* &c. huius loco thori ſeparatio ſucceſsit, *vt Cyn.Alex.Iaſ.& Decius, l.1.C.Vnde & vxor, relati à Mantua, d.conſ.68 numero 2.* Et † ſe- 6
paratio huiuſmodi fit etiam, quamuis mulier cauſam huic dederit ſeparationi, & in tale odium, licet inciderit mulier propter ſui culpam, *tex.& gloſ.in c. de Benedicto, 33.q.1.& Abb.in d.c.litteras, de reſtit.ſpol.numero vigeſimo tertio, Pariſ.conſ. 54. volumine quarto. numero decimo tertio,*

7 Si † vir verberat vxorem, fit thori ſeparatio, ita *Pariſ. d. conſilio 54. numero 9. volum. 4.* quia mulier iniuſtè verberata, poteſt petere ali extra domum, *Bal. in l. 1. verſic. tertiò dubitatur, C. de legat. numero 11.* licèt ex cauſa vir vxorem videatur verberibus moderatis afficere poſſe, vt *Pariſ. d. conſilio 54. volum. 4. numero 33. & nume. 60.*
8 Quinimo, & † eam occidere poteſt repertam in adulterio, *arg. l. iure marit. C. quod ait lex, ff. ad l. Iulian. de adult. & ſtup.* ſed intelligitur de indebitis percuſsionibus tantùm, ex mente Doctorum prædictorum. Item ſi vir capitali odio vxorem perſequatur, idē *Pariſ. d. conſil. 54. vol. 4. num. 12. Abb. in c. ſi qua, de diuortijs, numero 4.* Item ſi prouocatus exceſſerit modum corrigendi vxorem, ſed non prouocatus, non excuſatur *Dom. meus Rimin. iun. conſilio 174. numero*
9 *35. volum. 2.* † Item minæ conſiderantur, quando non ex calore iracundiæ, ſed ex odio nulla cauſa præcedente proferuntur, *Pariſ. conſil. 54. volu. 4. num. 32.* Item ſi vir vxorem accuſat de adulterio, & non probet, fit thori ſeparatio ad
10 inſtantiam mulieris, quia † adulterium eſt delictum capitale, *leg. Gracchus, Cod. ad leg. Iulian. de*
11 *adult. & ſtup.* † accuſatio adulterij eſt accuſatio criminalis, ex qua oritur inimicitia capitalis, *Blanc. in l. fin. ff. de quæſt. num. 1;5. & per eum ibi allegata omninò videnda.*

12 Reconciliantur † tamen quotieſcunque Vxor patitur ſe cognoſci à viro, tunc namque cenſetur iniuriam illatam antea remiſiſſe, nec

vlterius

vlterius poteſt agere de adulterio. *Dominus meus Riminal.iun.d.conſil.174.num.28.& 29. volum. 2.& Bertazzol. conſil. 228. numer. 6.& 12.volum.1.* aliàs fit thori ſeparatio, nec † cum ſadiſdatio- 13
ne venit viro ſuo reſtituenda. *Igneus in l.3.§.non aliàs,ff. ad Syllan.num.536.Bertazzol. d.conſil. 228. nume.2.volum.2.Rimin. iun. d. conſilio 174. num.3. vol.2.Bald.conſil.240.vol.3.Crauet.conſilio 31.c.litteras,de reſtit. ſpol. vbi Abb. num.7.* His tamen non
obſtantibus, dicebatur pro parte viri, quod † 14
cum liceat marito de iure communi corrigere vxorem ſuam & moderatè eam percutere, *l. 1. Cod.de emend propinquior.gl.fi.in c. quemadmodum, de iureiuran. vbi Abba. numero 15. & idem Abbat.in cap.cum contingat,de foro compet. num. 20. Baldus in conſilio 176.numero 1.vol.1.Dominus meus Rimin. iun. d.conſilio 174.num.31.volum. 2. & Pariſ. dicto conſil. 51.num.34.volum.4.* Et adeò vera eſt hæc opi-
nio, & militat in iure, † vt vir qui cautionem 15
vxori dederat, de non corrigendo eam, tanquam quæ contra bonos mores facta ſit, non tenet, *argum. l. ſi plagij, ff. de verborum obligat.* & nihilominus in omnem caſum videtur dicen-
dum, † quod præſtita cautione, vxor debeat 16
reſtitui. *Alex.conſi.78.num. 4. vol.5. Dom. meus Rimin.iun.conſil.174.numer.12.* quia hoc caſu ceſſat
ſæuitia. *Pariſ.conſ.54.nu.35.vol.4.* quæ † cautio an 17
ſit danda, nec ne, & quanta, vel qualis, relinquitur arbitrio iudicis. *Baldus conſil.176.num.2. volum.1.Abb.in d.c. litteras, de reſtit. ſpoliat. nume.7. in fine.*

18 Et † quia minæ non ſoliti exequi, non inferunt iuſtam cauſam timoris, vel metus, *ff. quod met. cauſa, Pariſ. d. conſilio 54. num. 32. volu. 4. Natta conſil. 616. num. 4. Roland. conſ. 27. nume. 20.* ideò petebat cum cautione ſibi reſtitui vxorem;
19 Domini diſtinxerunt, † cauſam attendi non cauſatum, ſi vir ex culpa ſua, & non vxoris, puta quia ludendo perdidit omnia, vel adulterando, odio vxorem proſequitur, tunc cum cautione non debet audiri: Si vero ex culpa mulieris, & eam corrigendo exceſſit modum, tunc tenetur fideiubere quo ad exceſſum tantùm, non autem quò ad correctionem, & hac diſtinctione paſſim cauſæ ſeparationis terminatæ pluries fuerunt, & deciſæ. Thomas Triuiſanus, &c.

EPITOME.

Teſtis depoſitio ſi nulla fuerit declarata, confirmari poteſt, de nouo deponendò formiter, & non aliàs.

SVMMARIA.

1 *Depoſitio teſtis inualida, vel nulla declarata, conualidatur, ſi teſtis ſe referat ad illam.*

2 *Relatio depoſitionis teſtis valida, ad inualidam, an probet, relinquitur arbitrio iudicis.*

3 *Depoſitio teſtis, quæ refertur ad aliam inualidam, valet vtraque ex nunc, non ex tunc.*

4 *Nulliter factum ille confirmare poteſt, qui de nouo facere poteſt.*

5 In

5 *In criminalibus, quæ in teſte potiſſimum attendenda, & quid item in ciuilibus cauſis, ibid.*

6 *Depoſitio teſtis ſemel nulla declarata, ſemper erit nulla, adeò, vt teſtis formiter debeat examinari in quacunque cauſa.*

DECISIO XLVI.

ALexan. *conſilio quinquageſimo ſexto, numer. 6. volum.* 2. tenet, † quod 1
teſtis qui aliàs fuit examinatus ſed nulliter, idque ex defectu ſolennitatis, ſi repetatur, & dicat me refero ad id quod aliàs depoſui, vel idipſum confirmat, quod talis depoſitio probat, & Minſing. ita dicit ſeruare Cameram Imperialem *in Obſeruat. 64. Cent. 3.* & ſi Iudex ita
permittit deponere, talis †. depoſitio probat 2
concludenter, quia hoc relinquitur iudicis arbitrio, ita *Bartol. numero 3. Alexan. numero 7. Ang. numero 1. in l. legata inutiliter, ff. de leg. 1. latius Barto. in l. eos, ff. ad leg. Cornel. de falſ. num. 6. Baldus in l. geſta, Cod. de re iudic. numero ſexto. Florian in l. 1. ff. de teſtib. num. 3. & Guilel. de Benedic. in capitul. Rainutius, in 1. parte in verſic. Alterochæ, de teſtam. nume. 6.* & teſtis depoſitionem probare quando fuit coram competenti iudice confirmata, voluit idem *Ang. in l. ſeruum, ff. de edil. edicto, numero 2. Marſ. in ſingul. 274. in verbo, & adde, quod*
eſt in fine, iuncto principio: ac † teſtem poſſe vtique 3
ſe referre ad examen nullum, cum valeat vt ex

nunc, nòn vt ex tunc, vltrà citata, voluit *Natta conſil. 537. num. 1. & ſeq. & numero 8. in verb. & addo, volum. 2.*

4 Hocque firmatur ratione: quia † nulliter factum ille poteſt confirmare, qui de nouo facere poteſt, *argum. l. ſi quis filio, §. irritum, ff. de iniuſ. irrito, & rup. teſtam.* Quibus tamen non ob-
5 ſtantibus, in criminalibus † non procedere notorium eſt, quia attenditur trepidatio, & pallor in teſte, vt *Pet. de Anchar. in Clem. 2. de teſtibus. nume. 14.* in ciuilibus verò, & eò minus, quia teſtis ſicuti non poteſt dictum ſuum in iudicio, ita nec ſe ad illud referre, ita & per alias rationes notat Felyn. ſummæ auctoritatis, *in cap. in tui, de teſtibus, numero 1. & ſequen. omninò*
6 *vidend.* vltrà quòd ratio ipſa ſuadet, quia † teſtis cum interrogatorijs examinatur vel repetitur, ergò ad interrogata reſpondere tenetur, & ita fuit pluries deciſum coram Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Mattheuccio in cauſa Superantia, Semitecula, & alijs. Thomas Triuiſanus.

EPITOME.

Intellectus traditur cap. 1. & cap. veniens, de eo qui duxit in matrimonium, quã prius polluit per adulterium.

SVMMARIA.

1 *Stante priori matrimonio, in facie Eccleſiæ contracto ſecundum dicitur nullum.*

2 Si

2 *Si ſecunda vxor inſcia fuerit de primo matrimonio, tenet ſecundum, ſoluto primo per mortem primæ vxoris.*

3 *Scientia ſecundæ vxoris de primo matrimonio nō præſumitur, niſi probetur.*

4 *Scientia ſecundæ vxoris probata de primo matrimonio, vir liberatur ab illius petitione.*

5 *Probatur ſcientia ſecundæ vxoris, quando matrimonium primum publicè contractum fuit.*

6 *Probatur etiam ex depoſitione vnius teſtis.*

7 *Teſtis vnicus in iudicio deponens de morte viri, validè deponit, ad hoc, vt mulier ſecundo nubere viro poßit.*

8 *Probatur item ex publica voce, & fama.*

9 *Quod ab initio non valet, ex poſt facto non reconualeſcit.*

10 *In ſecundo matrimonio ſtante priori, & vxore inſcia de primo, adhuc requiritur nouus conſenſus.*

11 *Probatur ſcientia ſecundæ vxoris ex mutua conuerſatione.*

12 *Scientia præſumpta idem debet operari quod certa.*

13 *Certo quomodo quis ſcire quidpiam dicatur.*

14 *Intellectus capit. 1. & capituli veniens, de eo qui duxit in matrimonium quam prius poll. per adulterium.*

15 *Alloquendo aliquam, probatur illius cognitio, ſeu transfert onus probandi contrarium.*

DECISIO

DECISIO XLVII.

1 STante priori matrimonio † in facie Eccleſiæ contracto, iuxta formam Sac. Concil. Triden. *c.1. Seſſ. 24. de reformat. matrimonii*, ſecundum quodcunque fuerit celebratum aut initum, nullum dicitur, *cap.1. & ſeque.*
2 *ac toto tit. de ſponſal. duorum*: tamen † mortua prima vxore, vir tenetur adhærere ſecundæ, quatenus tamen ſecunda inſcia fuiſſet de primo matrimonio, ita *tex. & Doctores, in capitulo primo, & c. veniens. de eo qui duxit in matrim. quam poll.*
3 *per adult.* cuius † mulieris ſcientia non præſumitur, niſi probetur, *cap. præſumitur, cap. ignorantia, de regular. iur in 6.* non probando ſcientiam vxoris, tenetur vir ei adhærere, ipſa muliere ita inſtante, & nouum conſenſum præſtare, ita *tex. dicti capituli primi, & cap. veniens, &*
4 *Doctores omnes ibi.* Sed † ſi probatur ſcientia ſecundæ mulieris, vir liberatur ab illius petitione, vt à contrario ſenſu probant *tex. allegati in capitulo primo & cap. veniens. & gloſ. in vtroque capi. in verbo inſciam.* Stantibus præmiſsis, in vna de Stephanis, & in vna Cima nuncupatis, dubitatum fuit, quomodo ſcientia mulieris ſecundæ poſsit probari, ad effectum, vt ſecundum matrimonium diceretur nullum: pro parte mulierum dicebatur, quod plenè viri debebant probare, aliàs ſuccumbere; Pro parte verò virorum, plures modos probandi,

& non-

& nonnullas probationes allegabant, quas in caſu tali ſufficere aſſerebant. Primò probari 5
ſcientiam † dicebant, ex eo quod matrimonium primitus contractum fuit in facie Eccleſiæ, pręmiſsis proclamationibus, & ſic dicitur publicè celebratum, quo caſu ignorantia ſecundi, ipſam non excuſat, ergò habetur vt cōſcia, *l. ſi pupillus, §. præſcribere, ff. de inſtit. act. relat. à* 6
Dyn. ſuper Regula. iur. in 6. numero 14. Secundò † teſtis licèt vnicus, probat ſentētiam mulieris, de matrimonio primitus celebrato cum prima coniuge; *Ioan. And. in dicto cap. veniens, numero ſecundo, Abb. antiq. in initio, & Antonius de Butrio, numero quinto*, quia vnus teſtis probat etiam affinitatem, & conſanguinitatem, notat *Arch. in capit. hoc videtur, 22. quæſt. 5. numero tertio.* Et ſic ad impediendum matrimonium contrahendum, vnicus teſtis probat ſicuti operatur, vt illius depoſitione de morte viri in iudicio facta, mulier ſecundo nubere poſsit, *capit. in præſentia de ſponſ. & matrimon.* quia ſicut textus iſte contentatur vnius dicto, circa, vel ad probandam mortem naturalem primi viri, ad effectum matrimonij contrahendi cum ſecun- 7
do, ita & vnicus teſtis concludenter probat mortē peccati ad effectum, vt prima mortua in peccato adulterij, virum ſibi adhærere petere non poſſit, ſed ipſi ad ſecunda vota tranſire licitum ſit.

Tertiò probatur, & litteris, vel epiſtola, vt *Ioannes Andr. in dicto capitulo in præſentia, de ſponſ.*

&

& matrimon.numero ſecundo, multo magis vnicus teſtis iuratus.

8 Quartò † ſcientia probatur ex fama, *Ioan. And.in dicto cap. veniens, eod. tit.numero ſecundo*,&
9 in omnem caſum, † quod ab initio non valet, ex poſt facto non conualeſcit. *Hoſtienſ. in capit. ſignificauit, de eo, qui duxit in matrimon. quam pollu-*
10 *it per adulter.* ideò † ſecundum matrimonium contractum (durante primo) non tenet, & indiget nouo conſenſu, & tunc matrimonium tenebit ex nunc, & non ex tunc, *Innocen. in dicto capitulo primo eod. titul. numero primo, Ioan. Andr. numero 2. & numero 4.* & quia iſte mulieres confeſſæ ſunt in iudicio, vidiſſe, & allocutas fuiſſe mulieres quaſdam priores coniuges, ſed ignoraſſe fuiſſe vxores dictorum aduerſariorum, vtique illis credendum non eſt, imò contrarium arguunt verum eſſe, cum ex mutua conuerſatione ſupradicta præſumatur ſcientia: *ita Corn. conſil. 175. numero 34. volum. 2. & latè Dominus meus Riminal. iun. conſilio primo*
11 *numero decimo, volum. 1.* & † tandem debet operari ſcientia præſumpta, quod certa, vt *idem Dominus meus Riminald. loco citato, numero decimo tertio.*

12 Vbi dicit, quod † quis pro certo ſcire dicitur, quod per coniecturas, & præſumptiones inducitur: cum autem cognouiſſent
13 ipſas vxores, † neceſſe vtique eſt, vt eas tales quales erant, cognouiſſent † nam ſufficit cognoſcere perſonam, qualitates verò illius nũquid

quid cognouiſſent nec ne, improbabile eſt, quia dependet ex mera voluntate illius, qui ſcire, vel neſcire vult, prout melius ſibi conuenit, vel expedire videtur, quo caſu † transfertur ſaltem onus probandi contrariũ in aduerſariũ, *l. ſi adult. cum inceſtu, §. idem Pollioni, ff. ad leg. Iulian. de adulter. & ſtup. & latè Aldobrand. conſilio octuageſimo tertio, numero trigeſimo volum. 1.* & ita in quocunque caſu ſupradicto præſertim in eo, cognitionis ſcilicet, Domini mei contra prætēdentes ignorantiam iudicarunt, & deciderunt. Thomas Triuiſanus, &c. 1

EPITOME.

Reus hæres Rectoris alicuius Eccleſiæ, ſoluentis penſionem annuam deſtinatam ſolui in certo loco, ibi conueniri non poteſt, niſi & ibidem reperiatur.

SVMMARIA.

1 *Reus an conueniri poſſit in loco deſtinatæ ſolutionis.*
2 *Declaratur l. 1. ff. de eo, quod certo loco, &c.*
3 *Debitor non poteſt conueniri in loco contractus, niſi ibi præſentialiter & perſonaliter reperiatur.*
4 *Contra hæredem ſoluentis penſionem ordinariè, & non executiuè proceditur.*
5 *Domicilium Rei attenditur in iudicialibus.*
6 *Praxis tranſumptandi teſtimoniales.*

7 Diſſe-

7 *Differentia quæ ſit inter principalem, & illius hæredem circa iudicialia.*

8 *Sortitionis fori reſpectu, locus deſtinatæ ſolutionis habetur pro loco contractus.*

9 *Promittens, ſoluere in certo loco, ad eum inuitus trahi non poteſt, niſi perſonaliter ibi reperiatur.*

DECISIO XLVIII.

PRæſupponitur in facto, quod aliàs fuerit reſeruata annua penſio ducatorum centum monetæ Venetæ, in fauorem N. ſuper fructibus Parochialis Eccleſiæ Sancti Vitalis de anno, Concordienſ. Diœceſis, cuius ſolutio deſtinata fuit in Ciuitate itidem Venetiarum: & cum de anno 1581. obijſſent tam penſionarius, quam Rector dictæ Eccleſię de Annono, hęres penſionarij prætendens ſibi viro hæredi deberi nonnullos terminos dictæ penſionis decurſos, & non ſolutos ante dicti penſionarij obitum, proptererea mouit iudicium coram Ordinario Venetiarum contra hęredem eiuſdem Rectoris: & licèt hæres cõparauerit per procuratorem, declinando iuriſdictionem, inſtando, & proteſtando, cauſam remitti in partibus ad ſuum Iudicem Ordinarium, attento quod erat in prima inſtantia, nihilominus Ordinarius Venetiarum, executiuè procedendo, tulit ſententiam ad fauorem hæredis penſionarij, contra hæredem Recto-

Rectoris, qua cauſa deuoluta ad tribunal, dubitatum fuit, an ſententia eſſet confirmanda, vel penitus reſcindenda? Quod eſſet confirmanda, allegabatur *tex. in l. 2. ff. de eo, quod certo loco, & Deciſ. 2. Creſcent. de ſolution.* vbi habetur, quod † Reus poſsit conueniri in loco deſtinatæ ſolutionis, nihilo minus contrarium 1
deciſum fuit, quia † *l. illa 1. & Dec. 2.* allegata nõ 2
dicunt, quod debitor inuitus poſsit conueniri in loco deſtinatę ſolutionis, ſi ibi non reperiatur perſonaliter, quinimò contrarium innuit, ſiquidem dat vtilem actionem creditori, vt poſsit debitorem conuenire in alio loco, ſi ad locum deſtinatæ ſolutionis non acceſſerit, *vt Pau. de Caſt. & Iaſ. ibidẽ in Summa* &c. Ex quo ſequitur, quòd illo non accedente ad locum deſtinatæ ſolutionis, in eo conueniri reus non poterat, alias prouiſio illius legis fuiſſet ſuperflua, vt notat *Bar. ibi in fine, Bal. in verſ. vltimo, Iaſ. in 4. notabili;* & nos hodie in iure Canonico vt dicit *Iaſ. in dicto numero 4.* habemus caſum clarum, & deciſum *in cap. 1. §. contrahentes de foro compet. in 6.* vbi expreſsè diſponitur, quod † debitor non conueniatur in loco con- 3
tractus, niſi præſens ibi reperiatur.

Secundò, quia † non ordinariè, vt debebat, 4
ſed executiuè proceſsit, & ſic nulliter. *Gigas, de penſion. quæſt. 51. prope finem, vbi teſtatur de ſtylo Romanæ Curiæ, & ſuprà, quæſt. 39. ſub numero decimo tertio* & circà hoc non eſt dubitandum: quia ita quotidiè ſeruatur in practica. † Ordinari- 5

Q us

us Venetiarum nullam habebat iuriſdictionem in huiuſmodi cauſa, quia Rector domicilium habebat in Diœceſi Concordienſi, cuius forum debebat ſequi, *capit. ſi clericus laicum capitul. cum ſit naturale, de foro comp.* Vlterius debet cōſiderari, quod agebatur contrà hęreditatem Rectoris iacentem in Diœceſi Concordienſi, & ideo ibi cauſa hæc tractari debebat, *l. vnica, C. vbi de hæred. agat.* Accidit etiam, quod iſta erat in prima inſtantia, ideò coram Ordinario Concordienſi debebat cauſa cognoſci, iuxtà diſpoſitionem Sac. Concil. Triden. *capitulo decimo, cauſæ omnes, Seſſ. 24.* Item non conſtabat in iudicio, quod N. eſſet verè hæres Rectoris, de cuius modò agitur bonis, pars enim aduerſa ad hoc probandum produxerat teſtimonialem factam in Ciuitate Concordien.
6 quæ † eſt copia alterius copiæ extracta ſine citatione partis, Notario non rogato, & proptere a nullā fidem facit. *Dec. in Authe. Si quis in aliquo, C. de eden. numero ſexto, Put. Deciſ. 159. incipien. in vna Caſalen. libro primo, Caputaquen. Deciſ.*
7 *127. par. 2. in impreſſis, &c.* Septimò † non agitur contrà Rectorem, qui penſionem ſoluere promiſerat, ſed contra hæredem, qua de re, dato, & tamen non conceſſo, quod Rector potuiſſet citari Venetijs, & hic conueniri, non tamen poterat conueniri hæres, qui ab Vrbe Venetiarum aberat. *tex. eſt in terminis in l. hæres abſens, in principio, vbi Doctores omnes ff. de iudic.*

Addi-

Additur, quod nec Rector ſi viueret, potuiſſet conueniri Venetijs quia ibi nullum habet, vel habebat domicilium, niſi ratione deſtinatæ ſolutionis. Reſpectu † autem ſortitionis 8
fori locus deſtinatę ſolutionis habetur pro loco contractus: quia ibi cenſetur contraxiſſe, vbi promiſit ſoluere, *l. contraxiſſe, ff. de act. & obligat. Iaſ. in l. 1. nume. tertio, ad finem, ff. de eo quod certo loco.* Sed vbi quis habet domicilium in alio loco, inuitus non poteſt trahi ad locum contractus, niſi ibi reperiatur, vt eſt tex. *in capitulo primo, §. contrahentes, & ibi Franc. circa principium, de foro compet. in ſexto,* ergò idem dicendum eſt † in eo, qui promiſit ſoluere in 9
certo loco, quod ad eum inuitus trahi non poſsit, niſi ibi reperiatur. Imò, quia Regula iuris clara eſt, quod vbi quis ſortitur forum, ex alia cauſa, quàm homicidij in aliquo loco, non poteſt in eo loco conueniri niſi ibi repetiatur, vt per illum tex. declarat Pau. Caſtrenſ. *in l. 2. §. legatis, numero tertio, ff. de iudic.* Cum igitur hærę s Rectoris non potuiſſet conueniri Venetijs, niſi ratione deſtinatæ ſolutionis per Rectorem eius authorem, ideo non videtur, quod potuerit conueniri Venetijs, tum ibi repertus non fuerit, per ſuperius allegata.

Tandem, quia hæres Rectoris conuenitur, quã hæres illius, qui deſtinauit ſolutionẽ in Ciuitate Venetiarum ratione huiuſmodi deſtinatæ ſolutionis, non poteſt hę res conue-

niri in foro, in quo non poterat conueniri defunctus, niſi ibi repertus fuiſſet, *d. l. hæres abſens, ff. de iudic. & ibi Paul. de Caſtro. numero 1.* ideò ſtante proteſtatione partis, & defectu iuriſdictionis, dicta ſententia nulla, reuocanda eſt, ex notatis per Doctores, *in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudicata.* Thomas Triuiſanus, &c.

EPITOME.

Iuriſdictio delegata partium conſenſu tacito, vel expreſſo, prorogatur de tempore ad tempus, non autem de perſona ad perſonam.

SVMMARIA.

1 *Morte delegantis re integra expirat delegatio.*

2 *Re integra, quomodo intelligatur.*

3 *Prorogatur tamen iuriſdictio de tempore ad tempus, & ſic etiam re integra, ac etiam de re, ad rem, vt numero 6.*

4 *Prorogari non poteſt iuriſdictio delegata de perſona ad perſonam.*

5 *Exceptio incompetentiæ Iudicis, etiam poſt tres conformes ſententias opponi poteſt.*

DECISIO XLIX.

Fverat commiſſa cauſa Ordinario Venetiarum, & reſcriptũ fuit executum, parteque citata, poſt
1 mortem Pontificis delegantis, † pars proteſtáta fuit de nullitate, ſtante

ſtante morte delegantis, *cap. Relatum, & ibi Doctores, de offic. & poteſt. iudic. delegati,* quia † res 2
integra intelligitur ante litis conteſtationem, vt *tex. in cap. gratum, eod. titu.* licèt teneant Doctores *in dicto cap. relatum,* quod ſufficiat reſcripti præſentatio Iudici facta, ad hoc, vt non dicatur re integra, licèt Andr. Sicul. ibi teneat, quod requiratur reſcripti præſentatio, & partis prima citatio, & ſic ſeruatur in Curia, & quotidiè practicatur, & ſic etiam voluit *Bartol. in l. maiorum, ff. de iuriſdict. omnium iudic. nume. 13.*
Re † etiam integra conſenſu partium proro- 3
gatur iuriſdictio de tempore ad tempus, in vim *tex. cap. de cauſis de offic. & poteſt. iud. delegati, vbi Abb. numero 3. Bald. in l. ſi cum ipſe, ff. de excuſatione tutor. Alex. conſilio 72. lib. 3.* ſed de perſona ad perſonā nequaquam, *cap. P. & G. eod tit.* quinimò † exceptio incompetentiæ Iudicis, et- 5
iam poſt tres conformes ſententias opponi, & allegari poteſt, *argum. text. in Clemen. 1. de re iudic. gloſ. fi. in Clemen. vnica, de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Bald. in l. exceptionem, in fine, C. de probat. 8. in l. ſi quis filio, §. quod ſi quid, ff. de iniuſt. rup. & irrit. teſtamen. Latè ſequitur Alexan. in l. de pupillo, & facit tex. in l. fi. Co. ſi à non competenti iudice, l. ſcire etiam oportet, in fi. ff. de excuſat. tut.*

Siquidem in mundo non eſt maior nullitas, quàm Iudicis delegati incompetentia, ſic notat *Benedic. in capitul. Raynutius, in verbo mortuo itaque teſtatore, numero ducenteſimo decimo ſecundo, extra, de teſtamen. parte ſecunda,* & hæc Concluſio

procedit, etiam ſi extaret ſtatutum, quod contra ſententiam, nulla poſſit opponi exceptio, *vt Roman. conſilio 42. numero 1. & ſequen. & Corn. conſilio 144. num. 2. & ſeq. volumin. 1.* & ſic nullitas hæc procedit ratione perſonæ, temporis autem nequaquam, vt ſuprà dixi, nec minus rei, quia de tempore ad tempus de conſenſu parti-
6 um prorogatur iuriſdictio, vt dictum eſt, † ita & de re ad rem, *capit. cum olim, el 1. eod. tit. de officio, & poteſt. iud. delegati*, de perſona verò ad perſonam in reſcripto non expreſſa, non prorogatur, & ita pluries iudicatum fuit. Thomas Triuiſanus, &c.

EPITOME.

Iuramentum teſtibus quibus verbis ſit deferendum, ad tollendas difficultates.

SVMMARIA.

1 *Teſtis debet iurare de veritate dicenda ſuper tota cauſa.*

2 *Teſtis iurat de veritate dicenda ſimpliciter.*

3 *Teſtis iurat tam ſuper articulis, quam tota cauſa.*

4 *Teſtis pro vtraq; parte, ac ſuper tota cauſa tenetur iurare.*

5 *Teſtis ſuper articulis tantum iuratus, quid operetur.*

6 *Teſtis debet iurare dicenda ſuper Articulis, & in his ſuper quibus interrogatus fuerit.*

DECI-

DECISIO. L.

QVotidiè dubitatur in Curia circa teſtium examen, cum multifariè eiſdem deferatur iuramentum: Si namque teſtis iurauerit
† dicere veritatem ſuper tota 1
cauſa, non poterit in eadem cauſa, nec in cauſa appellationis facta publicatione, examinari ſuper nouis articulis, etiam dependẽtib. à primis, notat *Innocen. in cap. fraternitatis, de teſtibus, numero ſecundo, quaſi in fine. Ang. in l. per hanc, numero 12. C. de temp. appell. Alex. conſilio decimo ſexto, numero quinto, vol. 2. & ibi Abb. numero primo,* Si † verò teſtis iurauit ſimplici- 2
ter, videtur iurare ſuper toto facto, ita *Petrus Garzia à Toleto, in dicto ſuo 517. incipie.* nota quod qui iurat ſimpliciter, vbi allegat Marc. Mant. *in l. 1. colum. 4. C. de edil. edic.* Neceſſarium † eſſe 3
voluit Innoc. *in cap. per tuas, de teſtibus, numero 3.* vt teſtis iuret tã ſuper articulis, quã tota cauſa, licèt Bald. id non ita neceſſarium reputauerit, ibi, *numero fin. & Felyn. numero quarto,* ſed ſi pars hoc petierit, tunc neceſſarium eſt hoc iuramentum: ſin autem non petierit, nequaquam. Aliquando † defertur iuramentum teſti de 4
veritate dicenda, pro vtraque parte, ac ſuper tota cauſa. *Hoſtienſ. in ſumma, de teſtibus, numero quinto, circa medium. Ioan. Maria Riminaldus. in l. ſi de certa, C. de tranſact. circa medium,* & hæc eſt ratio.

Si namque teſtis iurat ſuper articulis tantùm, extra illos interrogari non poteſt, & ſi inter-
5 rogaretur, non probaret, † quia tamquàm nó iuratus deponeret in ea parte. *Abb. in cap. per tuas de teſtib. nu. fi. in fine, gloſ. in l. ſi quis, §. fi. in verb. ſi l. admittatur. ff. de petit. hæredit. vbi multos conglomerat omnino viden.* At tollendas igitur quaſcunque difficultas, voluerunt Domini Audi-
6 tores, in diuerſis cauſis arduis, † iuramentum teſtibus deferri de veritate dicenda, ſuper capitulis partis producentis, & ſuper quibus interrogatus fuerit teſtis, puta interrogatorijs aduerſarij, vel à Iudice, aut examinatore factis ſi pars loco interrogatoriorũ remiſerit ſe prudẽtiæ Domini examinatoris, vt quotidiè practicatur in Curia: & ſic ſublata eſt quælibet altercandi occaſio, quia ſuper illis articulis, & interrogatorijs deſcriptis in proceſſu, teſtis examinari denuò non poteſt, ſuper alijs tamen vtique, niſi pars peteret iurari ſuper tota cauſa, quo caſu denegari non poteſt ſed inculpetur ſibi. Thom. Triuis.

EPITOME.

Intellectus cap. ſuſpicionis, de officio, & poteſt. iud. delegati, &c.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata, à Iudice recuſato, & proceſſus ab eo factus ipſo iure nulla ſunt.*

2 *Recuſatio Iudicis coram eodem proponi debet, aliàs nil operatur.*

3 Recu-

3 *Recuſatio, & appellatio æquiparatur.*

4 *Reuocatio Iudicis debet eidem intimari, aliàs procedendo tenet proceſſus.*

5 *Superioris intentio nunquam eſt reuocare iuriſdictionem, donec reuocatus habuerit notitiam.*

6 *Recuſatio Iudicis debet fieri per principalem, vel procuratorem legitimum.*

DECISIO. LI.

IN cauſa Dominę Anaſtaſiæ, contra Michaelem virum ſuum, dubitatum fuit, an pendente iudicio coram Iudice ad quem, ſuper ſuſpicionibus Reuerendi Domini Vicarij Iudicis primæ inſtantiæ, per dictum Michaelem, poſt appellationem à decreto alimentorum interpoſitam, propoſitis, dictus Vicarius potuerit ad diffinitiuam ſententiam in negotio principali procedere ſententiamque proferre, ſicut protulit cum coram eo non fuerint expreſſæ cauſæ ſuſpicionum, ſed tantummodo parti intimatæ, neque aliàs ſibi exhibitum fuerit: & an ex hoc dicta ſententia nulla dicenda ſit. Et breuiter deciſum fuit, quod non, hoc eſt, dictam recuſationem coram Iudice ad quem, propoſitam, quę in notitiam dicti Vicarij Iudicis inferioris nunquã venit, proceſſum dicti iudicis inferioris, neq; eius ſententiam annullaſſe. Quia † licet verum ſit, quod proceſſus à Iudice recuſato factus, & ſententia ab eo prolata, ſit nulla, vt refert *Franc. in capitulo cum ſpeciali, numero*

 47. verſ.

verſicul. vltimò quæritur, de appellat. & tradit latiſſimè Vitalis, in tract. clauſ. in clauſula, nihil innouari recuſatione Iudicis pendente; & tradit etiam latè Robert. Lancil. in tractat. de attentat. in 2. parte, cap. 6. numero primo, & ſequent. tamen ex pluribus dictam recuſationem propoſitam coram ſuperiore non annullaſſe ſententiam, atq; proceſſum inferioris patebit, cum ipſe, vt proponitur in veritate, notitiam dictæ recuſationis non habuerit.

2 Certum enim eſt de iure, quod † recuſatio coram Iudice recuſato proponi debet, vt ipſæ recuſationis notitiam habeat: aliàs coram ipſo non rectè propoſita, nihil operatur, *iuxta diſpoſitionem text. in dicto capitul. cum ſpeciali, de appellat. ibi, ſtatuimus,* vt ſi allegauerit ſe Iudicem habere ſuſpectum, coram eodem cauſam iuſtæ ſuſpicionis aſſignet. Facit tex. *in cap. ſuſpicionis, de off. & poteſt. Iud. deleg. & in ca. legitima, de appellat. lib. ſext, l. apertiſſimi, C. de Iudic. & tenet Specul. in titu. de recuſat. §. qualiter autem debeat fieri recuſatio, num. 1.* & ſic fieri dicta recuſatio, coram dicto Iudice inferiore propoſita non fuerit, eius iuriſdictionem ſuſpendere nõ valuit, ad proceſſum, & ſententiam, quam protulit annullandam.

3 Tum etiam, quia † recuſatio, & appellatio æquiparantur, vt tradit *Franc. in ca. ſuper eo, in ſecundo numero 17. cum ſequent. de appellat. & in Rub. eodem titul. in princip. & tenet Burſat. conſilio vigeſimo primo, numero 21.* Et ſicut appellatio neceſſario

ceſſario proponenda eſt coram Iudice inferiore,& à quo appellatur, vt diſponit tex. *in capitulo vt debitus, de appella. & in c. alias, §. biduũ, 2. quæſt. 7. gloſ. in cap. ſuggeſtum, in vlt. oppoſitione, de appellat. & in cap. appellatio, eod. titul. libr. 6. & in Clement. 1. verbo maiori, eod. titul.* Sic etiam dicta recuſatio, vt ſuum effectum poſſet operari, coram Iudice recuſato neceſſario proponenda erat, & maximè, quia ſicut in appellatione requiritur, quod fiat intimatio iudici, ad hoc, vt talis appellatio intimata operetur effectum attentatorum, *vt Dec. Rotæ 38. alias 309. Atteſtata, de appellat. & innouat. & tradit Franc. in capitulo ſi iuſtus metus, quæſtion. vltim. numero quadrageſimo primo, de appellat. & Ioan. Andr. in capitulo duobus, eodem titul. & Speculator in titul. de appellat. §. qualiter, verſicul. item ſit cautus, Lapus allegat. trigeſima nona, vt tradit latè Maranta, in ſuo Specul. in 3. parte, 6. partis princip. quæſtion. ſeptima, numero 391.* eod. modo etiam requiritur, quod recuſatio Iudici recuſato intimatur, vt illa operetur effectum attentatorum, quod quidem factũ non fuit, & ſic dictus Vicarius Iudex inferior, cum non habuerit notitiam dictæ recuſationis, iuſtè & legitimè potuit ad vlteriora procedere, ſententiamque diffinitiuam in dicta cauſa pronunciare.

Vlterius in omnibus caſibus, in quib. propter reuocationẽ iuriſdictionis prætenditur, iuriſdictionem Iudicis inferioris reuocatam: ſi poſt

ſi poſt talem reuocationem, vel iuriſdictionem ſuſpenſam, talis Iudex inferior ſententiam protulerit ante † intimationem, vel ſcientiam dictæ reuocationis, talis ſententia valet, neque ex eo nulla poteſt dici, propter ignorantiam Iudicis, cui non fuit facta intimatio reuocationis, *argum. l. ſi forte, ff. de offic. præſid.* vbi valent geſta Præſidis, quando ignorauit aduentum ſucceſſoris. Et per illum tex. dicit *Roman. ſing. 59. incipien. fuit quæſtio Romæ*, quod valent geſta per vicarium Epiſcopi, reuocatum eo ignorante? Et ad idem bonus tex. *in cap. audita de reſtit. ſpol.* vbi valet ſententia lata à primis Iudicibus reuocatis, ante notitiam reuocationis, & ibi declarat *Abbat. columna penult. Baldus in leg. mandatum, Codice mandati, & in leg. 1. in fin. C. vt lite penden. Calderin. in conſil. 4. de offic. deleg. colum. 4. Tradunt etiam Ant. de Butrio, Abb. & Doctores, in c. cæterum, de reſcript.* & in tantum hoc eſt verum, & procedit, quod non ſufficit quod pars hoc ſciat, ſed neceſſe eſt, quod ſit notum Iudici, & ſic in noſtro caſu, nihil obuenit quod parti fuerit intimata dicta recuſatio, cum dicto Vicario, hoc eſt, Iudici inferiori intimata non fuerit, *arg. tex in l. hæ autem. §. non defendi, ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eatur*, & facit quod notat Bartol. *in l. multum, circa finem, ff. de condit. & demonſtrat.* immò etiam ſi notorium ſit partibus, non ſufficit, ſed debet iudici conſtare vt notat Cardin. *in Clement. quia contingit, de religioſ. domibus 3. oppoſit.*

Poteſt

Poteſt enim aliquid eſſe notorium, & iudici non conſtare, infrà tex. *in capit de manifeſta, in fine, 2. quæſt. 1. & tenet Roman. in l. ſecunda, colum. 3. ff. ſi quis in ius voc. non ier.* quæ omnia expreſsè tenet Decius, *in conſilio 295. numero quinto, qui eſt omnino videndus*; Quod etiam cõfirmatur: quia in omnibus caſibus in quibus propter reuocationem acta vlterius facta annullantur, & licèt expreſsè fiat reuocatio, illa tamen videntur habere tacitam conditionem, ſi intimatio reuocationis iudici facta fuerit; & † intentio 5 ſuperioris nunquàm eſt, reuocare iuriſdictionem, donec reuocatus habuerit notitiam: argumen. tex. notab. *in l. qui abſenti, ff. de acquiren. poſſeſſ.*

Vbi qui abſenti ſeruo dedit libertatem, non eam mentem habet, vt velit ſtatim ſeruum habere libertatem, ſed deſtinationem ſuam in id tempus conferre videtur, quo ſeruus certior factus ſit. Ex quibus in noſtro caſu manifeſtè patet, dictam recuſationem, quæ ad notitiam iudicis recuſati non peruenit, nullum effectum operaſſe, nec dictam ſententiam nullam reddidiſſe.

Rurſus & quartò, quia nulla facta fuit inhibitio per iudicem ſuperiorem, coram quo poſitę fuerunt cauſæ recuſationis, dicto Vicario iudici inferiori. Nec etiam (& in fortioribus terminis) ſi talis inhibitio facta fuiſſet: illi fuit intimata: & ſicut inhibitio facta per iudicem ſuperiorem, iudici tamen inferiori

non

non intimata, non ſuſpendit eius iuriſdi-ctionem, neque proceſſum, atque ſententiam per eum prolatam annullat: vt per omnes Scribentes. *in capitulo non ſolum, §. illa verò, de appellatione in ſexto, & tenet late Robertus Lancel. in dicto tractat. de attentat. in ſecunda parte, capitulo quarto, limitat. vigeſima ſeptima, numero nono, & iterum in dicta ſecunda parte capitulo vigeſimo, de attentatis poſt inhibitionem, numero decimo nono.*

Multo fortius cum dicta recuſatio iudici inferiori, atque recuſato intimata non fuerit, eius iuriſdictionem ſuſpendere non potuit, vt proceſſus ab eo factus, atque ſententia lata nulla appellari poſſit. Etiam à ſimili vel à fortiori hoc comprobatur: quia ſicut auocatio cauſæ facta à ſuperiore, dummodò non ſit inferiori certificata, nec intimata, eius iuriſdictionem, atque proceſſum non ſuſpendit, nec annullat, ante dictę auocationis notitiam: vt tradit Pariſ. *conſilio quadrageſimo. Quamuis numero ſexto, libro quarto, Franc. Marc. in deciſ. Delphin. nongenteſima ſeptuageſima ſexta*, vbi loquitur de geſtis per legatum de latere, poſt auocationem ante illius notitiam, & *Boer. deciſion. 346. numero vndecimo*, qui etiam loquitur in dicto delegato, & Vicario Epiſcopi reuocato, qui aliquid facit poſt reuocationem non intimatam, & tradit *Calderin. conſilio quarto*, de officio delegati, quod tenent geſta per legatum

tum reuocatum à Papa in publico Conſiſtorio ante illius notitiam, & valent geſta per iudicem inferiorem poſt auocationem, etiam à Summo Pontifice factam, illi non intimatam etiam, & in caſu fortiori, ſi motu proprio Summi Pontificis facta ſit: vt tenuerunt plures Viri doctiſſimi, præſertim *Antonius de Butrio, Abbat. Felyn. & Dec. in capitulo, Cæterum, de reſcript. Innocent. in capitulo primo, de conceſſ. præbend. in 6. Propoſ. in capitulo vt noſtram], columna vltima, de appellat. tradit Rebuff. ſuper ll. Regias Franciæ, titulo de vocatione, quæſtion. 3. numero decimo nono, qui ad hoc allegat Francum, in dicto capitulo vt noſtrum*, & hoc tenet melius, & expreſsè Couarr. *in pract. quæſt. capitulo nono numero ſeptimo, in verbo ſecunda concluſio, verſiculo ſed & pleriq; viri doctiſſimi contrarium tenuerunt.*

Si ergò in auocatione etiam facta à Papa, vel ab alio ſuperiore, requiritur quod ſit iudici inferiori intimata, ad hoc, vt geſta per eum poſt inhibitionem nulla ſint, ſic eodem modo, & multò fortius in recuſatione requiritur, quod fiat intimatio illius recuſationis iudici inferiori recuſato: quæ cum facta non fuerit in caſu præſenti, neque ad notitiam prædicti Vicarij iudicis inferioris dicta recuſatio peruenerit, iuſtè potèrit ad dictam ſentētiam diffinitiuam procedere, & propter hoc nulla dici non poteſt. Maximè quia † dicta recuſatio, quę coram dicto iudice ſuperio- 6

re pro-

re propoſita fuit, ſolum fuit propoſita à quōdam aſſerto procuratore dicti Michaelis: qui procurator non habuit ad hoc ſpeciale mandatum, quòd ad recuſandum iudicem expreſsè requiritur, iuxta tex. *in l. non ſolum, §. finali, ff. de procurat. l. ſi procurator, ff. de condic. indeb. & tradit Rebuff. in legib. Franciæ, Thom. 1. tit. de recuſation. gloſ. 1. in principio.* Liuius Paſſarus Cremonenſis.

EPITOME.

Sententia nulla, ſi per aliam confirmetur, tenet in vim confirmantis non confirmatæ.

SVMMARIA.

1 *Quod nullum eſt, nullum operatur effectum.*
2 *Quod nullum eſt operatur, vt & quod ſequitur ex eo, nullum dicatur.*
3 *Sententia licèt nulla, ſi confirmetur, tenet, & quare, num. 4. & 5.*

DECISIO LII.

DVbitabatur, an ſententia domini Vicarij, ex cauſis ex proceſſu reſultantibus, eſſet nulla: & an cæteræ duæ ſententiæ illius confirmatoriæ, dicendę ſint & ipſæ nullæ, non obſtante quod iudex, nec pars nihil, aut parū de eius nullitate, (quod ex actis colligi poteſt) curauerunt. Pro affirmatiua allegaba-

gabatur iuris Regula, ſcilicet: † Quod nullum eſt, nullum operatur effectum. *l. cum pater, §. curatoris, ff. de legat. 2. Pariſ. conſilio 81. numero 13. volum. 1. Bero. conſilio 106. num. 19. volum. 1. & conſil. 32. numer. 19. volum. 2. & latè Dominus meus Riminal. iun. conſilio 111. numero 7. volumin. 2.* quos prædictos, & alios refert: † ideò quicquid ſequitur ex ea ſententia nulla, nullum eſt; modo confirmet, vel declaret, *ita Bald. in §. qui prouocauit, quæſt. 12. circa finem, ff. de pact. & late Vant. de nullitat. capit. quot, & quibus modis nullitas in iudicio proponi, ac ſuper ea, &c. numero 16.* Sed tamen his non obſtantibus, contrarium deciſum fuit: quia cum dictæ ſententiæ confirmatoriæ nullo vitio nullitatis laborent, nec contra dictas ſententias confirmatorias aliqua nullitas, vel defectus ſubſtantialis opponi poſſit; eo ipſo quòd ſententia dicti Vicarij primi iudicis inferioris per alias duas ſententias iudicum ſuperiorum confirmata ſit; & ad eos per appellationes factas deuoluta fuerit tam cauſa nullitatis, quam iuſtitiæ dictæ ſententiç; licèt & dato ſine veri præiudicio, quòd prædicta ſententia nulla, ex aliquibus cauſis dici poſſet, † tamen ex quo per iudices ſuperiores confirmata fuit amplius nulla dici non poteſt, nec contra eam de nullitate opponi: quia dicta ſententia non capit vires à ſententia cōfirmata, ſed à prędictis duabus ſententijs confirmantibus, concorsque atque communis opinio eſt, quòd † ſententia confirmatā, nulla di-

1 2 3 4

la dici non poteſt, nec contra eam agi de nullitate aliquo modo, iuxtà elegantem doctrinam Innocentij, *in cap. 2. de confir. vtil. vel inutil.* & ita atteſtatur deciſum fuiſſe per *Rot. deciſ. 117. incipien. Nota quod vbi ſententia nulla, de ſententiis & re iud. in antiq. tenet Bartol. communiter approbatus, in l. ſi expreſſim, ff. de appell. numer. 2. Felyn. qui eleganter loquitur in materia, in capit. ex quæ, numero ſecundo, de re iudic. Alexand. conſilio ſeptuageſimo nono, libro ſecundo, & conſilio centeſimo vndecimo, volum. 5 idem Felyn. in cap. paſtoralis, de excep. Iaſ. in leg. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. Abb. & Doctores, in dicto capitu. 1. & 2. de confirmat. vtil. vel inutil.* Pro quo facit tex. vbi tradit Bartolus, *in l. finali, de fide inſtrumen. & in l. 1. vbi etiam Bartol. colum. penult. Cod. quando prouoca. non eſt neceſſe & tenent*
5 *Anchar. & Imola in Clemen. 1. de re iudicata, idem Anchar. conſilio 389. Viſis colum. 2.* quia † etiam ſententia, quæ ex defectu iuriſdictionis eſſet nulla, per iudicem appellationis confirmari poteſt, & ſic confirmata, non poteſt contra eam dici de nullitate, & ſi cauſa nullitatis ſententiæ primæ, in ſententia confirmante ceſſauerit, tanquam ritè, & validè confirmata, mandabitur executioni, ſecundùm communem Scribentium opinionem, de qua atteſtatur *Alex. Conſi. 111. Viſo. lib. 5. conſilio 7. & 67. Viſo. in fine, libro ſexto, & conſilio quinquageſimo tertio, Quæritur, libro quinto. & in conſilio ſeptuageſimo nono, Perſpectis, numero quarto, libro ſecundo.* Et tandem his rationibus, hanc dicit communem opinio-

opinionem *Anton. Gabriel. in ſuis communibus conclusion. titul. ab ſententia, & re iudicata, libro 2. concluſ. 1. numer. decimo quarto, & Vant. de nullitate. capit. qualiter ſententia & proceſſus, qui dicuntur nulli defendi, ſeu reparari poßint. numero vigeſimo quinto, & vigeſimo ſexto*, & ſic ideò ceſſat omnis difficultas in dubio præſenti, cum dictæ ſententiæ confirmatoriç tollant omnem difficultatem; & nullitates, quæ contra ſententiam prædicti Vicarij primi iudicis iniuſtè opponuntur ex aduerſo. Robertus Tanius Burgenſis.

EPITOME.

Ordo iudicialis ſi ſeruetur, ſententia inde ſecuta eſt nulla.

SVMMARIA.

1 *Ordo iudicialis duplex.*
2 *Ordo de iuſtitia quis dicatur, & num. 4.*
3 *Ordo de ſubſtantia quis.*
5 *Publicatio teſtium eſt de ordine iudiciali iuſtitiæ.*
6 *A denegatione publicationis atteſtationum datur appellatio.*

DECISIO LIII.

SENTENTIA non dicitur nulla, ex eo, quod lata fuerit, prætermiſſa publicatione atteſtationum, quia certum eſt † 1
in iure, duplicem quò ad iudicia

ordinem reperiri: vnum, qui ſi omittatur, vel peruertatur, vitiat, quia dicitur ordo de ſubſtantia iudicij: alium, qui ſi omittitur, vel peruerſus fuerit, ipſo facto non vitiat, nec ſen-
2 tentiam annullat: quia † dicitur ordo de iuſtitia, & non de ſubſtantia; vt voluit gloſ. *in Summa. 2. quaeſt. 1. & Abb. in capitulo exhibita, verſic. ad ſuſtinendum, col. penult. de iudic. cum I. & A. nu-*
3 *mero 10. de re iudic.* † & de ſubſtantia iudicis ſolum eſt, citatio, libelli oblatio, litis conteſtatio, iuramentum calumniæ, ſeu veritatis, & ſententia, & ſi quid ex his omittatur, vel præpoſteretur, ipſo facto ſententia nõ tenet. Cætera autem, quæ tangunt ordinem de iuſtitia, & non ſubſtantialem iudicij, conſiſtunt in his quæ inter iuramentum de calumnia, & ſententiam aguntur, prout ſunt poſitiones, & reſponſiones teſtium, & inſtrumentorum productiones, & publicationes, interlocutiones, renunciationes, concluſiones, & allegationes,
4 † quem ordinem ſi iudex non ſeruauerit, ſentẽtia ipſo iure tenet; quaſi contra ius cõmune publicum, lata; vt tradit *Specu. & ibi Ioan. Andr. poſt reliquos, in addition. ad dictum Speculat. in titu. de ſententia, §. iuxta, in 1. addit. & tenet Azo in Summa. titul. de iudic. in princip. prout etiam refert idem Speculator, titul. de offic. omn. iudic. colu. 1. verſic. ſecundò videndum, tenet Baldus in rubr. de vind. libert. columna 2. verſic. amplius quoque, Hoſtienſ. in Summa, titulo de ſententia, §. qualiter, columna quarta, verſiculo 15. eſt ordo, & latè Vant. de nullitate capit. de nul-*

de nullit. ex defec. proceſſus, ſiue ordinis iudic. ac ſolennitatis, & forma ipſius ſententia, nume. decimo quinto, decimo ſexto & 17.

Ex quo clarè infertur, † quòd cum publicatio teſtium, ſolum ſit ordo iudicialis de iuſticia, & non ſubſtantialis iudicij, quod eius omiſſio non vitiabit, nec annullabit dictam ſententiam: quia omiſſio publicationis teſtium, ſolum dicitur eſſe contra ius litigatoris, & non contra ſubſtantialem ordinem iudicij: quæ opinio textualis, atque communis omnium Scribentium eſt iuxtà text. *in capit. cum I. & A. de re iudic. ibi, minimè publicatis, &c. & ibi Innoc. cum quo omnes Scribentes communiter tranſeunt, vt Abb. num. 10. & 11. Felyn. numero 1.* vbi etiam tenet ſententiam latam, † petita teſtium publicatione, & denegata, validam eſſe, licèt ab ea poſſit appellari; Idem tenet Imola, extollendo dictum Innocen. *in l. Diuus ff. de re iudic.* Hanc dicit indubitatiſſimam, ac receptam in practica opinionem, *Guid. Papa, Deciſ. 586. & iterum Deciſio. trecenteſima ſexageſima nona, tenet etiam Anchar. in Conſilio quinquageſimo tertio, Omiſſio publicationis atteſtationum, &c. Ange. in l. prolatam, Cod. de ſententia, & interlocut. omnium iudic. Lanfranc. de Oriano, in Clement. Sapè, numero decimo quinto, Vant. loco ſuprà allegato, numero quadrageſimo, qui elegāter loquitur.* Sic itaq; fuit deciſum. Thomas Triuiſanus.

(margin: 5 beside "Ex quo clarè infertur"; 6 beside "ſententiam latam")

EPITOME.

Sententia non dicitur nulla, ſi fuerit lata, & pars non admiſſa ad opponendum repulſas contra teſtes.

SVMMARIA.

1 *Partes litigantes admittuntur ad opponendum repulſas contra teſtes examinatos.*

2 *Publicatio & exceptiones contra teſtes, non ſunt de ordine ſubſtantiali iudicij, ſed ſolum de ordine & iuſtitia iudicij.*

3 *Pars ſi non fuerit admiſſa ad opponendum contra teſtes, ſententia propter hoc non dicitur nulla.*

DECISIO LIIII.

EX eadem cauſa, pronunciauit iudex, quod ſententia non dicitur
1 nulla, † licèt pars quæ petierit ſe admitti ad opponendum repulſas contra teſtes, non fuerit ad-
2 miſſa; tam ex ſupra enarratis, quàm etiam, † quia publicatio & exceptiones contra teſtes, non ſunt de ordine ſubſtantiali iudicij, ſed ſolum de ordine, & de iuſticia iudicij, omiſſioque vel denegatio illarum, non reddunt iudicium, atque ſententiam nullam, (vt ſu-
3 prà oſtenſum eſt) & † etiam licèt iudex repellat exceptiones & iura, quæ faciunt ad defenſionem, non per hoc ſententia eſt ipſo iure nulla, ſed ſolum contra ius litigantis, iuxta

tex,

tex. *in cap. ſuborta, & in ca. cum I. & A. de re iudic. & ibi tenet expreſſè Felyn. numero primo verſic.* nec iſtud non publicare atteſtationes, eſt auferre defenſionem parti: tenet etiam Anchar. *conſil. 52.* & inſuper, ſi dilationes non dentur, vel dentur nimis breues, non eſt proditum remedium nullitatis, ſed appellationis, vt *in capitulo primo, de dilation. & tenet Vant. vbi ſuprà nume. 42. Deciſ. 41.* & ſic propter denegationem dicti termini ad repulſam teſtium, dicta ſententia nulla dici non poteſt, maximè, quia dictę oppoſitiones contrà teſtes, à principio, poſtquã partes ad probandum receptæ fuerunt, proteſtandæ, & opponendæ erant, & non finito termino probationis, iuxtà text. *in capitul. præſentium, de teſtibus vbi Innocent. & Abbat. & idem Abb. in d. capit. cum I. & A. de re iudic. numero decimo,* quod quidem factum non fuit: & ideò propter talem denegationem de termino petito, & denegato ad teſtium repulſam, prędicta ſententia nulla dici non poteſt, prout pro nulla minimè iudicata fuit. Thom. Triuiſan.

EPITOME.

Citatio abſentis, exequi ſolet ad loca, vbi conſueuit citatus commorari, vel in perſonam Procuratoris.

SVMMARIA.

1 *Citatur abſens ad domum ſuæ ſolitæ habitationis, & num. 3.*

2 *Quando quis dicatur abeſſe.*

4 *Citatio ad domum ſufficit, etiam cauſis matrimonialibus, & beneficialibus.*

5 *Citatio ſecuta in procuratorem, habentem mandatũ ad cauſam principalem non appellationis tenet.*

6 *Procurator, effectus dominus litis, ſubſtituere poteſt, etiam ſi non habeat facultatem ſubſtituendi, & nume. 7.*

DECISIO LV.

Citatio facta ad domum citandi,
ex mandato iudicis, (cum eſſet
abſens citandus) & etiam facta
eius procuratori ſubſtitutio, va-
lida fuit, & vtiq; ex duabus cau-
ſis præfatis ſuſtentari poteſt tanquàm valida,
& ſufficiens, & prima, quia citandus abſens
erat, & extrà prouinciam, vt ex proceſſu ma-
nifeſtè patet. Et quantum ad caſum propoſi-
1 tum, † vt ad domum citari poſsit, † ille dici-
2 tur abeſſe, qui non apparet in Ciuitate vel
Villa, vbi conſueuit morari, & in loco vicino,
vel vbi iudicium agitur, licèt alibi in loco re-
moto publicè appareat, iuxtà tex. *in l. abſentem,*
ff. de ver. ſig. l. 4. §. abeſſe, ff. de dam. infec. & ibi dicit
Guliel. de Cuneo, quod ille dicitur abeſſe, qui
eſt extra Ciuitatem, vel Diæceſim, & tenet ex-
preſſe Ioan. de Imola, *in Clemen. Cauſam, de elec.*
numero decimo octauo, ex quo cum fuerit abſens,
3 † ad domum potuit, & debuit citari, taliſque
citatio omninò valida, atque ſufficiens fuit,
iux-

iuxta iura vulgata, *in d. Clem. Cauſam, de elect.* vbi in domo, quam ipſe appellatus inhabitare cõmuniter conſueuit. *& in c. Cauſam, quæ, de dolo, & contum. ibi. denunciationibus ad domum eius miſſis, & in cap. fin. de eo qui mittit. in poſſeſſ. cauſa rei ſeruan. ibi, & denunciatione publicè facta domi, vtrobique tenet communis ſcola Doctorum, maximè Cardin. in d. Clement. Cauſam, & Ioan. de Imola, ibi, numero 7. Bartol. & Doctores, in l. meminerint, C. Vnde vi, & tradit latiſsimè Tiraquel. de vtroque retractu, in prima parte, §. 9. gloſ. 2 per tot.* † Et etiam dicta citatio ad domum, ſufficit in cauſa matrimoniali, & beneficiali, & ad hoc vt fiat, ſufficit abſentia, nedum doloſa, ſed etiam culpoſa, vt expreſsè tenet Imola, *in d. Clement. Cauſam, numero 73.* & ſic ex iſto capite conſtanter aſſerimus, dictam citationem domi factam, validam fuiſſe, prout pluries iudicatum fuit in hac cauſa. Sed vlterius, prædicta citatio valuit, & tenuit, quia facta fuit procuratori ad dictam cauſam matrimonialem ſpecialiter deputato, & cũ ꝓcurator adeſt, prius ipſe ꝓcurator eſt citãdus, & poſtea ſi non inueniatur, ad domum debet fieri citatio, iuxta diſpoſitionem tex. *in dicta Clement. Cauſam, de elect. ibi quod ſi forſan appellatum abeſſe, & procuratorẽ talem non inueniri contingat, &c. & in d. cap. Cauſam, quæ, de dolo & contum. ibi, procuratorem eius, ſi quem reliqueris, conuocetis, &c. & in d. cap fin. de eo qui mittit. in poſſeſſ. cauſa rei ſeruandæ, ibi procuratorem legitimum non dimiſit, &c. & tenent expreſsè Cardin. in dict. Clem. Cau-*

4

ſam, num. 6. & 7. & ibi Imola, numero 45. & 46. vbi
5 † quod ſufficit talis citatio facta procuratori habendi mandatum ad cauſam principalem, licèt non habeat ad cauſam appellationis; quia licèt expiret officium ſuum lata ſententia, tenetur tamen proſequi appellationem, & durat eius officium quò ad illam appellationem, & conſequenter quò ad intimationis actum, quæ ſunt verba formalia Ioan. de Imola, *in dicta Clemen. Cauſam*; Nec poteſt obeſſe, ſi dicatur quod talis intimatio non fuit facta procuratori principali, ſed eius ſubſtituto; quia cum ipſe ſubſtituens mandatũ habuerit ad ſubſtituendum, & etiam ſi illud non habu-
6 iſſet, † poterat ſuſtituere, poſtquam litem cõteſtatus eſt, & per litis conteſtationem dominus litis fuerit effectus; & talis procurator ſubſtitutus, quia etiam ipſe litem cõteſtatus, proſecutus eſt, factus etiam fuit Dominus litis, poteratq; etiam alium procuratorẽ ſubſtituere, vt cauſam proſequeretur: vt tenent Domini de Rota *Dec. 122. Proc. & Dec. 146. Subſtit. in nouis, & Deciſ. 545. Vtrum procurator ſubſtitutus, in antiq. omnes, ſub tit. de procur. quod ſequitur Vantius, in d. tractatu de nullitat. titu. de nullitat. ex defectu inhabilitat. ſeu mandat. comparen. numero cen-*
7 *teſimo nonageſimo.* & per conſequens, cum † talis procurator ſubſtitutus, dominus litis effectus fuerit, aliumque ſubſtituere potuerit, vt cauſam defenderet, talis citatio de eo facta, firma ſtabiliſque fuit, & cum eo cauſa
pro-

proſequi definirique potuit, prout factum fuit. Thomas Triuiſanus.

EPITOME.

In teſtibus æqualibus numero, attenditur ætas, & pro ſeniorib. inclinandũ eſt.

SVMMARIA.

1 *Actore non probante, reus abſoluitur, tritiſsima iuris Regula.*

2 *Hæc Regula procedit, quando vterque æquè probauerit in paritate, & numero teſtium.*

3 *In delicto vel cauſa, potior eſt conditio poſsidẽtis.*

4 *Pari in probatione Actoris ſcilicet, & Rei, Reus ſuccumbere debet nequaquam, ſed rem poſsidere de qua, vel ſuper quam ab Actore conuenitur.*

5 *Teſtes ſeniores magis probant, & quare, num. 6.*

DECISIO LVI.

ACtore † non probante Reus abſoluitur, *le. qui accuſare, & quod ibi gloſ. in verbo iuris ſcripti, & ibi Doctores omnes, C. de eden. l. fin. Cod. de rei vendicat. l. negantes, Codic. de accuſat. & obligat. capit. fin. de iureiuran. cap. inter dilectos, in fi. de fide inſtr. c. 1. vt Eccleſ. benefic. & c. Deus omnipotens, 2. qu. 1.* † Quæ Regula vendicat ſibi locum, etiã, quando Actor, & Reus æquè probauerit actionem, & exceptionem ſuam reſpectiuè, per æqualem numerũ teſtium, quia Actor concludenter tenetur probare, *l. ei qui de probation. & latè ſuprà tetigi, in Deciſ. numero ...* 1 2

Et ſi

Et ſi Reus exceptiones ſuas elidentes, actionem Actoris probauerit, puta, per decem teſtes, & Actor probauerat actionem ſuam, ſimiliter per alios decem teſtes, videtur Actor non probaſſe: quia talis probatio, reſiſtente in totidem exceptione, ita, & taliter probata, nõ
3 concludit, † quia in delicto, vel cauſa, potior conditio eſt poſsidentis. *Reg. in pari. de reg. iur.*
4 *in 6. vbi Doctores*, † in pari probatione non debet reus ſuccumbere, ſed poſsidere rem de qua, vel ſuper qua, cõuenitur ab Actore, nihilominus Viſum fuit pluries Illuſtriſsimo, & Reuendiſsimo D. Archiepiſcopo Raguſino, Domino Hieronymo Matheuccio Iuriſconſulto minimè ſecundo, vt in tali caſu, inſpi-
5 ceretur ætas teſtiũ examinatorum, pro vtraque parte, & ſi teſtes rei eſſent Seniores, Actor ſuccumberet: ſi verò teſtes Actoris fuiſſent Seniores, vtique Actor obtineret, ad id authoritate, & ratione motus: quia ita voluit, *Archid. in cap. Domino Sancto 50. diſtinct. numero ſexto, & in illis verbis, in teſtificatione. Luc. de Penna, in l. fi. C. de tyronibus libro 12. numero primo in illis verbis, alia prærogatiua eſt, quia plus ei creditur, quam iuuenibus, &c. Alexan. conſ. 127. numero nono libro ſeptimo, omnino vidend. & latè Andre. Sicul. in conſ. 23. volum. 1. numero decimo tertio quaſi in fine, in illis verbis, Vnde dicimus ſtandum eſſe teſtibus ſenioribus, &c.* & hoc dictũ eſſe mirabile voluit Petrus à
6 Garzia, *dicto ſuo 580.* † ratioque eſſe poteſt: quia ſenioribus debetur honor, & in ſenioribus præſu-

præſumitur, quod ſint memores animæ & cõſcientiæ ſuę, ac ſalutis æternæ, ſunt ſiquidem (naturaliter lòquendo) proximiores morti, quàm iuniores: & ideò præſumendum eſt, quod ab eis magis veritas habebitur, quam à iunioribus. Thomas Triuiſanus, &c.

EPITOME.

Dos Monaſterio aſsignata, pro monachatu puellæ, ipſa non profitendo, vel moriendo, vel recedendo à Monaſterio, ipſi, vel parentibus venit cum fructibus reſtituenda.

SVMMARIA.

1 *Ex mutuo, vel depoſito, debentur fructus, vel intereſſe, contra communem.*

DECISIO LVII.

IN vna Piſana nuncupata, Dos Monialis profitendæ in Monaſterio Sanctæ Marthæ Venetiarum Monialibus ab initio à parentibus Nouitiæ fuit tradita, & fuit tradita, & in enumerata pecunia cõſignata, & ne dantes, & recipientes inciderent in excommunicationem, iuxtà *formam, cap. nulla quoque, Sac. Concil. Trident. Seſſ. 52. de Regular. & Monialib.* finxerunt parentes loco mutui, vel depoſiti pecuniã tradidiſſe, & Moniales ſe ſimiliter taliter dictam pecuniarum ſummam recepiſſe; Puella in habitu Nouitiarum diu

in

in Monaſtario permanſit, nec vnquam proſeſſionem Regularem, nec expreſſam, nec minus tacitam emiſit: tandem in Domino mortua, conſanguinei Dotem integram repetebant, in Vim dicti Concilij, Moniales recuſabant, ſtante, quod deducendo victum Nouitiæ per tot annos pręſtitum, Dos penitus erat conſumpta: pariter ex Decreto dicti Concilij loco citato, Conſanguinei repetebant vltra Dotem, & fructus Dotis pro tot annis, in vim c. conqueſtus, de vſur. Moniales negabant fructus deberi ex prædicta Dote in numerata pecunia aſsignata ſub nomine mutui, & depoſiti, aliàs eſſet vſura, & hanc communem voluit Clarus, *in §. vſura, in initio*; Iſti denuò allegabant tex. Concil. prædicti. Reuerendus, & eximius I.V. Conſ. D. Liuius Paſſarus Cremonenſis, tunc Auditor Generalis, etſi in vtroq; iure peritiſsimus eſſet, nihilominus videns cauſæ difficultatem, tranſmiſit Caſum hunc Illuſtriſsimæ Congregationi ſuper Concil. interpretatione, cuius reſpon-
1 ſione recepta, † decreuit Parentibus Nouitiæ mortuæ, venientibus ab inteſtato, integram Dotem reſtituendam eſſe, vna cum illius fructibus, ad rationem ducatorum quinque pro centenario, & totam Nouitiæ ſupellectilem repertam tempore mortis Nouitiæ, deducto tamen ipſius Nouitiæ victu ad rationem ducatorum 44. in ſingulo anno, cum expenſis victum Victori, &c. quæ Deciſio cauſæ in rem

trani-

tranſitum fecit iudicatam, & ego pluries (ſic requiſitus) exemplum illius in forma probãti tranſmiſi Taruiſ. Veron. & aliò, pro Deciſione cauſarum ſimilium, ſępè occurrentium.

EPITOME.

Alienatio bonorum Eccleſiarum, nulla præſcriptione ſaluatur, præſertim iuriſpatronatus, Patrono inſcio.

SVMMARIA.

1 *Præſcriptio ſexagenaria, & etiam minoris temporis, vtpote annorum quadraginta, tam de iure Ciuili, quam Canonico quamcunque tollit actionem.*

2 *Decretum Sereniſſimi Dominij Venetiarum, in commodum bona Eccleſiæ poſſidentium, ne in pacifica poſſeſſione moleſtentur, imò vt in ea quietè conſeruentur, prolatum, iuri Canonico conforme eſt.*

3 *Inſtrumentum contra formam Iurium Canonicè Ciuilis, & Municipalis celebratum, nulliter dicitur confectum.*

4 *Actus ſecundus reuocat tacitè primum, partium præſertim mutuo interueniente conſenſu.*

5 *Teſtamẽti ſecundi celebratione primum antea factum præſupponitur annullatum.*

6 *Voluntas ex facto colligitur.*

7 *Renunciatio expreſſè facta in iudicio ab vna partium, Inſtrumenti antea celebrati nullam reddit intentatam actionem.*

8 *Præſcriptionem probans, & non bonam fidem, nulliter agere dicitur.*

9 Bo-

9 *Bonam ſidem præſcriptioni interueniſſe nequaquam, contractus contra legum vigorem celebratus indicare ſolet.*

10 *Res Eccleſiaſticæ ſecundùm ius Canonicum iudicari debent.*

11 *Forum Rei Actor inſequi tenetur.*

12 *Terminus, Rei, in genitiuo ſingulari homonimicè ſumitur, & pluraliter vt ſumatur diuerſimodè.*

13 *Intellectus c. 2. de foro competenti.*

14 *Statutũ alicuius Ciuitatis non extenditur vltrà illam Ciuitatem.*

15 *Statuta Municipalia loci ſtatuentis in contractibus ſunt ſeruanda.*

16 *Statuta Ciuitatis dominantis an ligent omnes Ciuitates, & loca ſubiecta, ita vt ab illis debeant ſeruari.*

17 *Statuta laicorum non ſeruanda in deciſionibus cauſarum Eccleſiaſticarum.*

18 *Lege conditionali exiſtente, primum conditio, & poſtea lex debet adimpleri.*

19 *Princeps qui duplici vtitur iuriſdictione penitus diuerſa inter ſe, in deciſione cauſarum non vtitur vna pro alia, ſed diſiunctim vtramque ſeruat.*

DECISIO LVIII.

IN quadam Veglenſi dicta, vertebatur in dubium, an inſtrumentum perpetuæ locationis, ſeu liuellationis bonorum, & terra-

terrarum Eccleſiæ, vel Capellæ nuncupatæ perpetui ſimplicis beneficij Sancti Nicolai de Vegla, celebratum anno 1533. locum habere poſsit, adeo vt Reueren. presbyter Marcus Zara Rector pro tēpore, illius beneficij, prædicta bona, & terras ſibi vendicare non poſſit? Et quidem prima facie videbatur dicendum, quod ſic.

Quia Bergomenſes, & litis conſortes, qui Inſtrumentum prædictum ſuſtinebant, allegabant præſcriptionem annorum, 60. † quę 1
præſcriptio ſexagenaria, & etiam minoris temporis, ſcilicet 30. annorum, tam de iure Ciuili, quam de iure Canonico, tollit quamcumque actionem, *cap. illud, de præſcript. vbi Doctores & tex. in l. 1. & l. omnes, C. eod. tit. de præſcript. 30. vel 40. annorum*, quibus in locis Doctores vnanimes iſtud idem confirmant, cum etiam ex iure municipali, Venetiarum, ex Authenticis conſultat. 28. ac denique ex Decretis Se- 2
reniſsimorum Principum, quibus cauetur, † vt ſi quis per multos annos poſsideat bona Eccleſiæ, & certum annuum cenſum ſoluerit, adeò vt memoria hominū non ſit in contrarium. talis poſſeſſor vlterius moleſtari non poſſit, ſed in poſſeſsione debeat conſeruari, vt dictum eſt, quod quidem ſtatutum non diſcrepat à iure Canonico, cum ex eo ita deciſum eſſe reperiatur *in capit. primo de reſcript. lib. 6. vbi Doctores.*

Ex altera verò parte dicebatur, quod † In- 3

ſtrumentum prædictum nullum eſt, tanquam initum contra formam iuris ciuilis, *l. iubemus 14. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* contra formam pariter iuris Canonici, *vt toto tit. de rebus Eccleſ. non alienand. & Extrauagan. Ambitioſa, eo tit.* contra formam iuris municipalis, *vt cap. 27. ex Authenticis, fol. mihi 160.* & contra Decreta plurimorum Sereniſsimorum Principum, *vtpotè Griti, Lãdi, Barbarici, Triuiſani, & de Priolis.* Item & contra formam Sacri Conc. Trident. *cap. 2. Seſſ. 21. de reformat.* quo in loco ſtatuit Sancta Synodus, vt ordinatus ad titulũ beneficij, beneficiũ illud reſignare nõ poſsit, ſi ad titul. patrimonij, patrimoniũ alienare, vel remittere nequeat, & nullatenus valeat: & hoc Sãcta Synodus ordinauit, ne presbyteri egeant, aut in dedecus ordinis Clericalis emendicare cogantur. Ideò fortius dicendum in caſu noſtro, in quo agitur de perpetua alienatione beneficij, cum nõ modico intereſſe Patroni.

Vltrà quod, Inſtrumentum prædictum celebratum anno 1533. de quo agitur, nedum eſt nullum, vt dictum eſt, ſed † eſt etiam
4 de partium conſenſu irritatum, caſſatum, & annullatum: nam celebrando aliud eandem materiam liuellationis concernens, factum anno 1585. videntur renunciaſſe primo, & voluiſſe, vt hoc ſecundum valeret: ſic igitur à primo receſſiſſe dicendum eſt, *Iac de Aretina, in l. ſi quis, ff. de legat. 3. numero primo, & ſecundo*, vbi
5 vult, quod † teſtamentum ſecundùm reuocet

tet primum, quando ſcilicet vtrumque fuerit fabricatum abſque alia proteſtatione, vel conditione: ſic itaque celebrando ſecundum videtur reuocatum primũ,& cũ vtrumq; ſubſiſtere non poſsit, ſaltem ratione temporis, ſecundo ſtante, eſt primum annullatum. *Ita etiam Dominus meus Riminald. Conſ.112.numer.centeſimo nonageſimo primo, volum.2.* † Voluntas e- 6
nim ex facto colligitur. *Caphal. Conſ. 6.numero vigeſimo octauo, volumine primo.* Volebant ne facere actum nullum? nequaquam. Neque enim partes rogare Notarium, conuenire principales, accerſire teſtes, & ſtipulare inſtrumentum, & illud exequi per quinque & vltrà annos ad nullum inquam finem, vel effectum hæc omnia geſsiſſe, non credendum; ergò neceſſariò eorũ erat intentio, & firma voluntas, & celebrandi Inſtrumentum locationis, & illud firmiter obſeruari: & ſic ſecundum conficiendo Inſtrumentũ, tacitè reuocarunt primum: quod quidem ſecundum Inſtrumentum, non gaudet præſcriptione 60. annorum, nam celebratũ fuit de anno 1585. † Vltraque 7
Bergomenſes in Iudicio expreſsè eidẽ renũciarunt, quod vtiq; facere potuerunt, vt dixi *in Dec.1.nu.3.inter crim.* ergò nulla eſt illorum actio. Nec obſtat primò, allegata præſcriptio ſexagenaria, quę † quidẽ nullo modo bona fi- 8
de pariter non probata attendẽda eſt, dixi ſuprà, *Deciſi.14.inter ciuil. numero 1.* Quomodo † 9
autem conſtare poteſt de bona fide, ſi contra-

ctus huiuſmodi fuit ſtipulatus legeipſa reſiſtente, ipſumque etiam irritante, allegata *extrauaga. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alien.* & Patrono, ſcilicet Sereniſsimo Principe inſcio, ac penitus inconſulto.

Non obſtat ſtatutum municipale Venetia-
10 rum ex aduerſo allegatum: quia † cauſa hæc Eccleſiaſtica, debet ſecundum ius Canonicum iudicari, ac decidi, *tex. & Doctores, in cap. Canonum ſtatuta, de conſtitut. vbi Doctores.* Eſt enim Eccleſiaſtica, & priuilegiata, tam ratione perſonæ agentis, quam ratione rei de qua
11 agitur: Actor † ſiquidem ſequitur forum Rei,
12 *capitulo 2. de foro compet.* & verbum hoc † Rei in genitiuo ſingulari, tam de Re, quã de Reo poteſt intelligi: nihilominus in genitiuo plu-
13 rali diuerſificatur, quod quidem † caput ſecundum, intelligitur, vt verſificetur in re, ſi actio eſt Realis, ſcilicet ad vendicationem bonorum, in caſu noſtro: in perſona, ſi actio eſt perſonalis, & ſic Actor ſequitur forum rei, id eſt rerum, & rei ideſt reorum, data diſtinctione actionis realis, vel perſonalis: ita tetigiſſe videtur *Iacob. de Zocchus, in capitulo ſecundo,*
14 *do foro compet.* Additur etiam, quod † Statutum hoc, dicitur ſtatutum Venetiarum municipale, & ideò ligat Venetos tantum, non ſubditos, præſertim vltrà mare habitantes, habenteſque diſsimile Statutum, & in euentum, in quem, quod ſecundum ſtatuta † loci iudicare debet, vtique ſeruanda

erunt

erunt ſtatuta Veglæ, quia ibi fuit contractum, prout ſupra dixi *Deciſ. 17. numero quinto inter ciuil. & Dominus meus Riminal. iun. conſ. 93. numero vigeſimo ſecundo. volum. 1.* non autem ſecundùm ſtatuta municipalia Venet. vt ex aduerſo prætenditur, cum ſint diuerſa, in caſu de quo agitur, & quælibet in ciuitate ſua duntaxat ſeruetur. *Idem Dominus meus Riminal. iun & per eum allegat. in conſ. 42. numero quinquageſimo octauo, & 59. volum 1.* vbi commemorat Zachariam Triuiſanum Doctorem egregium, gentilem meum, ita conſuluiſſe. *Guliel de Benedict. in repet. cap. Raynucius, in verſic. duas habens filias, numero 140. par. 1. Alex. conſ. 128. volum. 1.* licèt ſtatuta Ciuitatis imperantis ſeruari debeant etiam in Ciuitatibus ſibi ſubiectis, vt *Riminal. ſen. conſ. 9. in principio, conſ. 72. in fine, conſ. 36. in fine, conſ. 175. numero ſeptimo & Dominus meus Riminal. iun. conſ. 73. numero ſexto, volum. 1.* qui ambo, & alij omnes allegati ab eiſdem, tenent, terram ſubiectam regi ſtatutis Ciuitatis dominantis, in caſibus non prouiſis per ſtatuta ſua; ſtatuta ſiquidem Veglæ prohibent alienationem huiuſmodi, ideo Statuta Venetiarum non debeat attendi; vltrà quod, Ciuitas Dominans in hoc ſcilicet caſu noſtro, deberet intelligi de Vrbe Romana, quia agitur de beneficijs Eccleſiaſticis, in quibus laici, vt iudicare poſsint ſunt penitus incapaces, † & illorum ſtatuta non tenent: quia ad eos non ſpectat ſtatuta condere in damnum Eccleſiæ, *l.* 16 17

decernimus, Codi. de epiſcopis & cleric. capitulo Eccleſia Sancta Mariæ, de conſtitut. vbi Doctores, & Bald. in l. cunctos populos, Cod. de Summa Trinitate, & fide Cathol. & late Brun. in ſuo volum. 3. Statutorum, in verbo Eccleſia. Ideò ſtatutum hoc non debet attendi.

Nec obſtant vltimò, Decreta Sereniſſimorum Principum ex aduerſo allegata, quia ipſa Decreta habent conditionem in euentum, ſcilicet vt memoria hominum non ſit in contrarium, ſed memoria hominum in caſu no-
18 ſtro reperitur in contrarium, & ſic † conditio primùm & poſtea lex debet adimpleri, ergo contrà allegantem, ita *Cephal. conſi. 169. num. 25. Ruyn. conſilio 181. numero vndecimo volum. 1. & Dominus meus Riminal. iun. conſilio 51. numero 16. volumine 1.*

Cum etiam Decreta ex aduerſo allegata ſunt Principis, ſed cum toto Senatu, quo fit, vt non poſſint verè dici Decreta Principis, & in caſu noſtro allegari, quia millies accidit, vt Senatus aliquid ſtatuat contra expreſſam opinionem & votũ Principis, nihilominus Decretum illud publicatur ſub nomine Princi-
19 pis: † & ideò Decreta Principis cum Collegio, vel Senatu, nõ ſunt verè Principis, ſed Senatus, ratione multiplicationis votorum: & ideo non debent allegari in deciſione cauſarum vt Principis tantùm & perſonæ ſuæ duntaxat, quia ibi repræſentat, hic verò diſponit; & quod dicitur in vno, non debet applicari

plicari ad aliud, & ita die 12. Menſis Nouembris 1694. iudicatum fuit. Tho. Triuiſanus.

EPITOME.

Iudex lapſo termino dilationis aſſignatæ, quocunque nomine vtatur, vel prorogandi, ſeu reintegrandi, videtur ſemper alium concedere.

SVMMARIA.

1 *Teſtes examinari non poſſunt, niſi obtenta ab illis inducente dilatione à Iudice probatoria.*

2 *Dilatio probatoria, aut vna aut tres conceduntur, & quare, num. 3.*

4 *Iudex id quod non eſt, prorogare non poteſt.*

5 *Iudex decreta dilatione, & ea elapſa, vel expirata, ſi prorogat, vel reintegrat, aliam concedit, adeò vt duæ ſint.*

DECISIO LIX.

IN praxi indubitanter ſeruatur vbique, vt Actor, vel Reus, qui teſtibus probare intendunt actionem, vel ex- 1
ceptionem ſuam, reſpectiuè † petant à Iudice ſibi aſsignari dilationem probatoriam, puta vnius Menſis. *Ita Octau. Veſtr. vltrà alios in ſua practica Rom. Curiæ, capitulo ſecundo, libro ſexto,*
† Quæ dilatio, aut vnà, aut plures, id eſt tres 2
eſſe poſſunt, vt latius dixi *in Deciſ. 194. inter ciuilia per totam*, Sed † prima expirata, non 3
poteſt Iudex eam reintegrare, vel prorogare:

ad effectum ſiquidem, vt vnica cenſeatur:
4 nam † prorogare, non poteſt id quod non eſt; ita *Nicol. Antonius Grauat. ad Veſtrium, in capit. 4. lib. 5. numer. fin. & latè Bald. in conſilio 321. incipien. Verba compromiſſi, volum. 5. numero 1. Dec. in cap. perſonas, num. 44. de appellat. Angel. & Paul. de Caſtro, in l. fin. ff. de fer. Gem. & Franc. in capitu. cum de appellationibus, in ſi. de appell. in 6. Alexan. in l. dies cautioni in princip. ff. de dam. infec.* † Reintegrare ve-
5 rò poteſt Iudex, ſi conſtat de iuſto impedimento, vt idem *Grauat. ad Veſtrium, cap. fi. lib. 6. numer. 26.* Sed poteſt reintegrare, & ob aliam cauſam, ſemper tamen reintegratio dicenda erit ſecunda dilatio, quia prima vtiliter, vel inutiliter eſt conſumpta, & ſic tres prorogationes vendicant ſibi locum, *ca. vltrà tertiam, de teſtibus*, quia non petat pars id, quod ſibi non prodeſt: operantur ſiquidem, vt aliæ concedantur longiores, ſi pars in tempore proteſtata fuerit, & vltrà tertiam, quarta concedatur; ſed vt prorogationes fiant, & reintegrationes, & Iudex non habeat limitatas vices, contra formam cap. vltrà tertiam, Reuerendiſsimus Deſiderius Guido Aſculanus, numquam cõcedere voluit, cuius deciſioni puto acquieſcẽdum eſſe, cum fuerit vir illius æſtimationis, & doctrinę, de qua vniuerſa nouit Italia. Thomas Triuiiſanus, &c.

EPITOME.

Minor ſecundum ius commune, diſpenſa-

ſpenſatus ad ſacros Ordines, maior tamen ſecundum ius municipale, contrahere poteſt, & ſe, bonaque ſua obligare.

SVMMARIA.

1 *Paria eſſe, actionem non habere, vel habere talem, quæ per exceptionem tollatur, vel inutilis reddatur.*

2 *Scriptura, vel apocha obligatoria debiti exiſtente nulla, nullum pariter producit effectum.*

3 *Apocha obligatoria à minorenni facta, nullitatem parit initi contractus.*

4 *Diſpenſatio eſt ſtricti iuris, maximè ad petitionem conceſſa.*

5 *Limitata cauſa limitatum parit effectum.*

6 *Verba priuilegij, vel diſpenſationis ſunt ſtrictè interpretanda, adeò, vt minus quam fieri poteſt operentur contra ius commune.*

7 *Scriptura priuata ſcripta vel ſubſcripta à parte obligantis, etiam ſine ſubſcriptione teſtium, probat contra ſcribentem.*

8 *Scriptura priuata ſubſcripta à partibus & teſtibus, probat etiam contra tertium.*

9 *Diſpenſatus ad maiora, videtur & diſpenſatus ad minora.*

10 *Argumentum à caſu vero, ad fictum, valet in iure.*

11 *Fictio aliquando habet veritatis effectum, & pro veritate aſſumitur in iure.*

12 *Minoris obligatio in maioritate non reuocata, conualidatur.*

13 *Maior de iure municipali Venetiarum intelligitur annorum decem & ſex.*

14 *Maior in bonis ſuis eſt liber adminiſtrator, & dominus.*

DECISIO LX

NICOLAVS Riccus, olim Decanus Ciuitatenſ. citatus coram Reuerendo Domino Hieronymo Bonarello, tunc Auditore Generali, actione venditionis quarundam rerum ſupellectilium, pro ſumma ducatorum 280. prout ex illis apocha manu ſua ſcripta, & ſubſcripta, & teſtium apparebat, incontinenti contra ipſam apochã oppoſuit eſſe nullam, vel per exceptio-
1 nem ſaltem annullari poſſe, † paria enim ſunt, aut actionem non habere, vel per exceptionem poſſe tolli, ſeu inutilem reddi, tex. *in l. nihil intereſt, ff. de regul. iur. l. ſi quis obligatione, §. non*
2 *poteſt, ff. eod. c. non præſtat, de reg. iur. in ſexto.* Si † itaque nulla, nullum poteſt præſtare effectũ, *capitu. non præſtat, de reg. iur. in 6. l. non putauit, §. non quauis, ff. de de bonorum poſſeſſ. contra tab. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. Crauet. conſilio vigeſimo*
3 *nono, num. octauo.* At † quando apocha de qua agitur fuit confecta, & ſubſcripta, tunc minor erat, ideo contractus eſt nullus, *tex. in l. 1. & ſequen. ff. de minoribus 52. ann.* & licèt fuerit diſpenſatus ad dignitatem Decanatus nõ tamẽ
4 cenſetur diſpenſatus ad omnia peragendũ: † quia

quia diſpenſatio eſt ſtricti iuris, & reſtringibilis, tex. *in c. primo & ſecundo, de fil. preſbyterorum, in ſexto.* maximè ad petitionem conceſſa, vt *Abb. in capitulo cum in cunctis, §. cum vero, de elect. numero ſeptimo, & octauo,* & diſpenſatus ad ordines requiſitos, non debet intelligi ad contrahendam obligationem, per oblatam ſupplicationem non petitam. *Ioan. And. in Regula, quæ à iure, de regul. iur. in ſexto, & Abb. in c. Ioannes, de cleric. coniugat. numero octauo,* ſed tantummodò ad petita, & ad ea, ſine quibus diſpenſatio effectum ſuum conſequi non poſſet, *l. ſi ſtipulatus fuero pro te, ff. de verb. obligat. cap. ſi poſtquam, de elect. in ſexto, & tex. in ſimilibus ſatis concludens, in l. ſecunda ff. de iuriſdictionibus omnium iudic.* † Limitata ſiquidem cauſa, limitatum parit effectum *l. in agris, ff. de acquiren. rerum domin. capitulo primo, §. hoc autem notand. qui feud. dare poſſ. l. ſi. arrogator, ff. de adoption. gloſſ. in c. cum ordinem, de reſcript.* 5

Verba † enim diſpenſationis debent interpretari, vt minus quam poſsibile ſit Ius Commune offendant. *Rom. conſilio centeſimo nonageſimo nono, verſic. 2. principaliter, l. Beneficium ff. de conſtit Princip. capitul. dilecti, de foro compet. capitulo primo, de priuilegio, in ſexto, ibi, & ad ipſum, l. ſi quando ff. de in offic. teſtam.* & ſic aliàs eſſet abſurdum, & ideo omnino euitandum, *lege obſeruare, §. finali ff. de officio Proconſulis, nam abſurdum, ff. de bonis liberorũ.* Quod etiam procedit ſecundùm ius Canonicum, *capitulo in Geneſi, de electionibus in illis verbis, vel ex hoc ſequeretur abſurdis*[?] 6

ſurditas

ſurditas,c.clericos, in fin.de offic.Vicar.c. dudũ de præben.in 6.& cap.1. de homic.in 6. Ex his igitur dicebatur prima facie dictum Decanum fore,& eſſe abſoluendum; Quibus tamen non obſtantibus, contrarium deciſum fuit, nempe teneri ad ſolutionem ducatorum in Apocha
7 contentorum: † quæ quidem Apocha vtique probat ſubſcripta à parte obligantis, ſine teſtibus,contra ſcilicet ipſam partem,*l.Publia,ff. depoſiti:l.cum de indebito,ff.de probat.Bal.in l.fin. C. ſi certum pet. Doctores, in l. admonendi, ff. de iureiur. Felyn.in cap.ſcripta,de fid.inſtrumen.numero 12 Bar. in l. ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, ff. de verb.obligat. Baldus & Paul. Caſtr. in leg. emptor, §. Lucius, ff. de*
8 *pact.* † cui ſi addatur ſubſcriptio teſtium, fortius probat,etiam contra tertium , vt dixit *Dominus Deſiderius Guido, Deciſ. 29. per totam, ſuprà, inter ciuil.Fely. in loco modo citato,num.6. & ſequen. Pariſ.conſil.83. num. 2. vol.* 1.

Nec obſtat minoritas allegata 25. annorum, adeò vt ſcriptura, & ſucceſſiuè obligatio, de qua agitur, dicatur nulla, *l. 1.& ſequen. ff. de minorib,25.anno. &c.*

9 Quia licèt fictè videatur † factus maior ob diſpenſationem,quod eſt plus,hoc eſt habilitatus ad regimen Eccleſiæ, multò magis ad regimen ſui, & argumentum hoc à fortiori, valet in iure, vt dixi ſuprà *Deciſion. trigeſima,*
10 *numero ſecundo, inter ciuil.* & † argumentum à caſu vero, ad fictum, valet ſimiliter in iure,*capitu.cum dilectus, capitul.ad audientiam, de c'eric.*

cleric.non reſid.& ibi Abb.in princip.l. Gallus.§.& quod ſi tantum, in fin.vbi Bart.&Doctores,ff.de liber. & poſthum.& idemmet Bar.in l.ſi is,qui pro emptore, verſic.expediti de oppoſitionibus,ff.de vſucap. numero vigeſimo primò,quo in loco dicit, quod fictio † 11
habet veritatis effectum, & pro veritate aſſumitur in iure. Ita Ange.*conſ.72.incipien.in ſtatuto Communis Florentino,numero fin.*vltrà quod, id quod nulliter egit, ratione minoritatis,gratum habuit, & ratum in maioritate, † quia fa- 12
ctus maior infrà quinquennium non contra dixit,*l fin.C.ſi.maior factus alienatio.vbi gloſ.in verbo comprobauerit, l.3.§. 1.de minor. Bald.conſil. 45.*
† Sed maior vtique erat, quia excedebat an- 13
num 16. & ſecundum ius municipale Venet. in qua fuit contractum,maior extiterat: ideò tamquam † Dominus potuit ſe obligare & 14
bona ſua ad libitum ſui.*Iaſ.in l.ſi pupillus,ff.ſi certum petat.numero ſecundo, & in l.1.§ fuit quæſitum,ff.ad Senatuſcon. Trebellian.numero primo.* Et ſic fuit ad faciendum ſatis apochæ obligatoriæ,condemnatus. Thomas Triuiſanus.

EPITOME.

Filiátio quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Inſtitutio facta filii in teſtamento paterno,probat ipſam filiationem.*

2 *Tractatio filialis, probat filiationem.*

DECI-

DECISIO LX.

Antonius qui ab eius patre inſtitutus fuit in teſtamento vti filius, producendo in iudicio teſtamẽ-
1 tum,† ſatis probauit filiationem, per id quod notat *Bartol. in l. 1. §. idem per contrarium, ff. de liber. agnoſcendis,* per cuius dictum voluit Antoni. de Butrio, *in capitulo transmiſſæ, qui filij ſint legitimi,* quod per inſtitūtionem filij, probetur filiatio, licèt tamen inſtitutio conueniat nedum filio, vel alio deſcendenti, ſed etiam extraneo, nihilominus ſic inſtituendo, & ei aliquid relinquẽdo, & filium non nominando, probatur communiter filiatio: tractat enim cum hoc modo,
2 vt filium,† quæ tractatio probat filiationem, & tenẽt communiter Doctores, *in capitulo per tuas, de probat,* ſi ille non eſſet filius, nec legatum valeret, nec inſtitutio ipſa teneret, *l. ſi pater. & l. nec apud, C. de hæred. inſtituend.* & ſic probata fuit filiatio. Thomas Triuiſanus, &c.

EPITOME.

Accuſatio mariti cõtra vxorem producta de adulterio per eam commiſſo, inducit iuſtam cauſam ſepārationis Thori.

SVMMARIA.

1 *Accuſatio adulterij eſt accuſatio criminalis, quia adulterium eſt delictum.*

2 Pœna

2 *Pœna adulterii eſt mors naturalis de iure ciuili Canonico autem iure eſt Excommunicatio.*

3 *Mulier adultera vigore legum tam Ciuilium, quam Canonicarum, tum ſtatutorum etiam Municipaliū probatione criminis patrati facta, dotis priuationē pœnaliter perpeti debet.*

4 *Ex accuſatione criminali puta adulterii, oritur inimicitia capitalis.*

5 *Accuſatores Lex inimicos vocitat, & quare.*

6 *Agens contra aliquem vt omnia bona amittat, ipſeque actor lucretur, hoc facto inimicus dicitur capitalis, & vide infra num. 9.*

7 *Inimicitia Capitalis eſt iuſta cauſa thori ſeparationis.*

8 *Alapa vxori impacta, per maritum, an ſæuitiæ nomen vxor mereatur.*

10 *Vxor accuſata de adulterio à viro ſuo, & illo non probato, debet ſeparari ab eo, nec cum fideiuſſione venit reſtituenda.*

DECISIO LXI.

DOmina Helena accuſata à viro ſuo de adulterio, & eo non probato, non debet præſtita fideiuſſione de eam non offendendo, viro reſtitui, quia † accuſatio adulterij eſt accuſatio criminalis, cum adulterium ſit delictum, *Bald. conſilio decimo tertio, libro primo, Roman. conſilio 451. Grat. conſil. 50. libro ſecundo & Dominus meus Riminald. iun. conſilio 274. volumine tertio,* & aliquando dicitur delictum 1

publi-

tra aliquem, vt omnia bona ſua amittat, & ipſe illa lucretur: velle enim lucrari dotem, dicitur agere cauſam vitæ, *l. aduocat. diuerſ. iud.* 7
& latè Blanc. loco citato, numer. 125. ergo † ex his accuſationibus, & inimicitia capitali: iure 8
merito debuit fieri ſeparatio thori: nam † ſi propter ſæuitias, puta alapam, ſit ſeparatio 9
thori, vt dixi *dec. 45. per totam inter ciuil.* † fortius ob iniuriam mortalem ex duplici capite, mortis ſcilicet, & amiſſionis bonorum omnium 10
um ſuorum. † Ideò non probato adulterio, 11
etiam fideiubenti viro, vxor non eſt reſtituenda, cauſis & rationibus in dicta deciſione 45. allegatis. Et ita ſententiatum fuit per eximium Iuris Vtriuſque Doctorem dominum Hieronymum Scaccum Canonicum Laudenſem. Thomas Triuiſanus.

EPITOME.

Victus victori eſt ſemper in expenſis condemnandus.

SVMMARIA.

1 *Reus exceptiones ſuas non probando, debet abſolui, ſi Actor itidem actionem non probauerit.*

2 *Actor intentionem ſuam non probando, venit condemnandus, etiam cum expenſis.*

3 *Duo teſtes probant concludenter, ratione ſcilicet numeri.*

4 *Actor plus petendo, Reus verò debitum fatendo, quis eorum in expenſis condemnandus erit?*

5 *Actor plus petens, Reus totum negans, expenſæ erunt compenſandæ.*

6 *Reus pro parte victus, & pro parte obtinens, in nihilo debet condemnari.*

7 *Ad ſolutionem ſportularum vterque Actor, ſcillicet & Reus tenetur.*

8 *Victus victori ſemper in expenſis eſt condemnandus.*

9 *Expenſæ debent peti à parte, aliàs imputetur ſibi.*

10 *Victus victori &c. procedit etiam in cauſa appellationis.*

11 *Nec dictum vnius excuſat.*

DECISIO LXII.

PArs in iudicio ſuccumbens, modò Actor, vel Reus ſit, vna cum ſolutione rei litigioſæ, tenetur etiam ad ſolutionem expenſarũ tanquam quid acceſſorium ad a cauſam principalem, quia Reus † etiam ſi nihil præſtiterit, abſoluendus eſt à petitis per Actorem, (ipſo Actore non probante) *l. qui accuſare, vbi gloſ. in verbo, iuris ſcripti, & Doctores ferè omnes, C. de eden. l. fin. C. de rei vendic. l. negantes C. de act. & obligation. c. fi. de iureiur. c. inter dilectos, de fide inſtrumen. & c. 1. vt Eccleſiaſt. benefic. c. circa fi. de fide inſtrumen. & c. 1. vt Eccleſiaſt. benefic. c. Deus omnipotens, 11. q. 1. & prout ego latius dixi ſupra Dec. 4. numero trigeſimo, inter ciuiles,* & actor intentionem ſuam vel actionem non probans contra reum, in expenſis venit condemnandus, *l. actor, C. de prob. l. qui accuſare, C. de eden. l. fi. C. de*

C.de rei vendic. & *l.properandum,§.ſin.aut. cum ſuis, &c.C.de iud.* qui actor actionem ſuam tenetur concludenter probare, & reus exceptionem ſuam, & tunc dicitur quòd actor vel reus probauit actionem vel intentionem ſuam reſpectiuè, quando inducit duos teſtes, de facto concludenter deponẽtes, qui † teſtes duo, ſa- 3
tis ſuperque probant, notat *gloſ. reputata ſingularis in l.fin.* & *quod ibi Bart. C.famil.erciſc. Innoc. in c.ſicut, de ſymon. Angel.in l.ſi. in principio, ff.quod met. cauſ.*

Si autem actor † plus petit, & reus fatetur 4
debitum, ſed actor vltra debitum adhuc aliquid ſupra petit, tunc videtur eueniſſe caſum, de quo *Doct.in l.1.§. ſi ſtipulanti, ff. de verb.obligat.* & *in l. qui in ſolidum, in principio, ff. de negat. 2.* 5
Item & ſi actor plus † petit, reus verò totum negat, expenſæ tunc ſunt compenſandæ. *Anton.de Butr.in capitulo primo, de plus petit.numero decimo quinto, decimo ſexto,* & *decimo octauo,* & *per notata in cap.finem litibus, de dolo & contumac.* Re- 6
us tamen pro parte † victus, & pro parte obtinens in nihilo debet condemnari: ita *Salyc.in l.properandum, §.ſin.autem alterutra, C.de iudic. num.41.* & *ibi Iaſ.num.17. verſi.quinto quæro.* Ad ſolutionem expenſarum ſportularum iudici 7
datarum, vtique † aduerſarius tenetur, licèt iuſtam cauſam habuerit litigandi, *Iacob.de Graſſis, Dec.aur cap. 6. lib.tertio de iudicib.numero.15. vbi alleg. Iaſ. poſt. Bart. in ſi. quaſi in fine, col. vlt. C. de fructibus & litibus expenſarum.* & *Hippol.*

de *Marſil.in l.parte, vel marito, ff.de quæſtion. col.6. 9.& 13.*

Vltrà prędictum caſum ſportularum, vi-
8 ctus victori ſemper eſt in expenſis † condemnandus. *Bal.in capi. fin.circa finem, de maiorit.& obedient.* Nicol.Boer. *in deciſ.74. volum. 1.Doct.in l. properandum, §.ſin.autem alterutra,* C.de iudic. Et
9 procedit hæc concluſio, quando à parte † ſunt petitæ expenſæ. *gloſ. & Abb.in cap.fin.de reſcript. gloſ.in cap.finem litibus, de dolo & contumac. Doctores in l.4.§.hoc autem iudicium. ff. de damno infec.* & tunc iudex victum condemnare tenetur (aliàs faceret notoriam iniuſtitiam) etiam ſi ſit
10 iudex appellationis †, & debet in expenſis cõdemnare eum, qui obtinuit primam ſententiam pro ſe, etiam cum victoria expenſarum, ſi in cauſa appellationis ex eiſdem actis ſuccubuerit. ita latè *Borgnin.& per eum ibi alleg.in Deciſ.15.numero quinto. volum.1.* nec dictum vni-
11 us teſtis † excuſat à condemnatione expenſarum in caſu ſuccumbentiæ, dicant quicquid velint *Bald.in l.qui non probaſſe, in principio,* C.de *colum. Alexan.in conſ.108.in fine, vol.4 Ioan.Baptiſta Ferret.conſil.54. quæritur in effectu, vol.1.numero 2. & ſequen.* quia vnicus teſtis nihil probat, & tantum probat quantum nullus, dictum vnius, dictum nullius eſt *Ant. Gabriel.tit.de teſtibus. concluſ.1.per totam,* Et ita reſolutum fuit in vna Violina Venetiarum. Thomas Triuiſanus, &c.

EPI-

EPITOME.

Vis & metus, quæ conſiderabilis ſit in viro, ad effectum impediendi matrimonium contrahendum, & dirimendi iam contractum.

SVMMARIA.

1 *Acta per metum, tenent mero iure.*

2 *Matrimonium per vim vel metum contractum non tenet, & eſt communis Doctorum opinio, vt numer. 3.*

4 *A communi opinione, in iudicando & conſulendo non eſt recedendum.*

5 *Contractus quilibet vi, metuvè initus, nullus eſt.*

6 *Metus aliter in muliere, aliter in viro conſideratur.*

7 *Vis, metuſvè dicitur, qui cauſat aliquid fieri, quod abſque eo non fieret, ſi dolum dolo vinceretur.*

8 *Proteſtatio prodeſt proteſtanti, præſertim in cauſa matrimonij metu contracti.*

9 *Cautus dicitur non doloſus, qui per dolum dolo reſiſtit, & videtur permiſſum.*

DECISIO. LXIII.

QVidam de Ciuitate N. tunc habitans Venetijs, in confinio Sanctorum Apoſtolicorum, amore captus ex pulchritudine cuiuſdam mulieris, quæ ſecretè venalis erat, eidem promiſit de ſecum matrimonium contrahendo, dies

poſt nonnullos, ipſa mulier conuenit ipſum N. Mediolanenſem coram Ordinario Venetiarũ, corã quo obtinuit ipſe vir abſolutionẽ à petitis per dictam mulierem, ipſa rabie accenſa, comparuit coram Clariſsimis Dominis Iudicibus ſæcularibus, & ipſum querelauit, quod ſub ſpe matrimonij contrahendi ipſam carnaliter cognouerat, & poſtea ignara diſpoſitionis Sac. Concil. Trident. a Iudice Eccleſiaſtico licentiata fuit, adeò vt ſibi pauperculæ mulieri deceptæ dominationes ſuæ ſubuenirent, qui Domini Iudices, ſententiando banniuerunt præfatum Mediolanenſem à Ciuitate, & Dominio Venetiarum, niſi infrà menſem ipſam deſponſaret, & realiter ipſam duceret in vxorem, qua ducta, & per duos menſes ſecum inſimul habitans, factis quibuſdam computis, cum ſuis creditoribus & debitoribus, abijt, & mandatũ procuratorium per literas miſit, & petijt matrimonium prædictum pronunciari nullum,
1 quia licèt regulariter † facta per metum, etiam cadentẽ in conſtantẽ virum, teneant mero iure, quamuis aliquando ſint reſcindenda per actionem quod metus cauſa, aut per alia dicta remedia, hoc tamen fallit in matrimo-
2 nio, in quo contrahendo requiritur † liber conſenſus ambarum partium, & ideo ſi contrahatur per metum cadentem in conſtantem virum, dicitur illud eſſe nullum, licèt in metum huiuſmodi inciderit ſic contrahens

culpa

culpa ſua, ſeu non, *gloſ. Abb. & cæteri Doctores omnes, in c. Abbas, de his quæ vi met. vè cauſ. fiunt Ab. in c. cum locum, de ſponſalibus & matrimonialibus, Ioan. de Imol. in repetitione, capitu. tuæ fraternitatis, eod. tit. verſic.* ſed quia ſuperius dixi, licèt Cardinalis Zabarella, *in d. capit. Abbas*, tenuerit contrarium, quod ſcilicet matrimonium teneat mero iure, quamuis fateatur, poſtea poſſe reſcindi per actionem, quod met. cauſ. ſed prima † opinio cum ſit communis, ideò in 3
conſulendo, † & iudicando, non eſt ab ea re- 4
cedendum, *c. nouimus, & quod ibi notat Ant. de Butrio, de verbor. ſignificatio. & capit. de iudicijs. 3. quæſt. 3. & quod not. Hoſtienſ. Ioan. Andreas & alij in capitulo primo, de conſtitut. l. 1. ver. crebrior apud veteres opiniones ff. de offic. quæſtoris.*

Firmiſſa ergo hæc eſt concluſio, quod contractus † vi, metu, vel dolo extortus, inuali- 5
dus eſt, *not. Dy. poſt alios, in l. qui in aliena, §. Celſus, ff. de acquirend. hæredit. vt ibi gloſ.* ideo matrimonium hoc videtur non tenere, quia metu banni contraxit, non ſponte, quia ſpontè contrahere coram ordinario recuſauerat, & licèt 6
metus † aliter in viro aliter in muliere conſideretur, quia longe minor metus ſufficit in muliere, ad reſcindēdum matrimonium, vt poſt alios ſufficiat hic, quod allegat *gloſ. in capitulo cum locum, de ſponſalibus & matrimoniali. Ant. de But. in c. conſultationi, deſponſ. & mat.* ninihilominus ſatis eſt, vt propter † bannûm 7

contraxerit, aliàs non contraxiſſet, quod col-
8 ligitur ex eo, quia clam † coram teſtibus, & notario proteſtatus fuit, quod ſi contingeret hoc matrimonium eum facere, vult haberi pro non facto? quia factum erit ex timore, & ideò nullum, vt ſupra dictum fuit.

Nec obſtat ſi dicatur, quod actio huiuſmodi videatur doloſa, adeò quod ſibi patrocinari non debeat: nam reſpondetur, quod cautus
9 † dicitur non doloſus, qui per dolum dolo reſiſtit, & lex permittit dolum dolo vinci, *l. cum pater, §. Titio, ff. de legat. 2. & Ioan. And. cæterique Doctor. in capit. cupientes, circa principium, de electi-on. in ſexto, Bald. conſilio vigeſimo octauo, in fine, libro primo*, ſicque matrimonium nullum fuit pronunciatum. Thoomas Triuiſanus, Iuris Vtriusque Doct.

EPITOME

Abſolutio à iuramento ad effectum agendi requirit citationem illius in gratiam cuius pars iurauit.

SVMMARIA.

1 *Intereſſe habens ſemper citandus eſt.*
2 *Iuramentum ad inſtãtiam partis præſtitum, parte inuita non eſt relaxandum.*
3 *Iuramentum accumulat forum foro.*
4 *Abſolutio a iuramento non niſi cauſa cognita fieri debet.*

5 *Abſo-*

5 *Abſolutio à iuramento non debet fieri, niſi ex Cauſa ſubſiſtente.*

6 *Contra iuramentum, quis venire non poteſt abſque incurſu periurij.*

7 *Abſolutio à iuramento parte abſente nulla dicitur.*

8 *Abſolutio à iuramento conceſſa, ex narratione ſurreptitia vel obreptitia, eſt nulla.*

DECISIO LXIIII.

IN abſolutione à iuramento, requiritur partis cuius intereſt citatio, quia vbicunque iuramentum eſt obligatorium ex parte iurantis, & aliquam vtilitatem continet ex parte recipientis, nunquam debet relaxari iuramentum, niſi † vocata parte intereſſe habente, quia alias adimeretur ſibi 1
vtilitas, *capitulo primo de cauſ. poſſeſſ. & proprietat. & in l. nam ita Diuus, cum ſimilibus, ff. de adoptionibus.* Et hoc ſecundum intereſſe partis, ne iuramentum relaxetur ipſa parte inuita. † *Abb. in* 2
capitulo primo, de iureiuran. quia vtile eſt habere partem iuramento vinculatam, & aſtrictam: nam ſaltem accumulat † forum foro, *cap. fin.* 3
de foro competen. in 6. l. cum pater, §. filius matrē, ff. de legat. 2. Propterea abſolutio huiuſmodi fieri non debet, niſi cauſa † cognita, vt notat *Inno-* 4
cent. in c. ad aures, quod metus cauſ. quia non fit abſolutio, niſi cauſa † ſubſiſtente, *c. quando de iu-* 5
reiuran. cauſæ enim cognitio adhiberi non po-

poteſt niſi parte vocata, *l. in cauſa, §. cauſa cognita, ff. de minoribus c. cum ex litteris, de reſtitutio. in integr. l. ſi. C. per vim*, vel alio modo, quia alias qui iurauit agere non poterit, & ſic ille in gratiam cuius fuit iuratum, non poteſt iudicialiter moleſtari, & inquietari, niſi iniuſtè, indebitè, ac penitus contra formam iuris, tamen nõ per hoc dici poteſt quin perturbetur, ideo non abſolutus à iuramento, agere non poteſt
6 † abſque incurſu periurij, vt Petrus de Anchar. qui hoc voluit, & latiſsimè proſequitur, *conſ. 199.* cui dicto non obſtat quod agatur de modico præiudicio ob id, quia non perit ius creditoris in cauſa principali: quia reſpondetur, quod imò multiplex damnum incurrit ille cui eſt iuratum, prout oportunè oſtendit Petrus de Anchar. vbi ſuprà, qui pro hoc multa inducit, & idem voluit Ioan. de Imola, *in capitulo debitores, de iureiur. & Clem. diſpendioſam, in fine, de iudic. Alexan. de Imola, conſilio 224. Exordiente*, vbi etiam dicit hoc voluiſſe *Freder. de Sen. conſilio 300.* Præterea dicta abſolutio non ſo-
7 lum videtur iniuſtè concedi † parte abſente,
8 & ſic inaudita, ſed etiã redditur ſurreptitia, & obreptitia, † quia ſemper additur quid falſi, vel detrahitur quid veri, ad effectum, hocque operatur, vt facilius obtineatur, quod ſi pars citata eſſet, detegeretur mendacium in tacendo, vel exprimendo, & ſic non daretur occaſio litigandi. Sed his non obſtantibus, contrarium hic ſeruat Curia ex pluribus cauſis:

ſis: Prima eſt, quia Iudex relaxationis iuramenti fieret Iudex in prima inſtãtia quarumcunque materiarum, contra formam, *c. Cauſa omnes, Concil. Trid. Seſſ. 24. de reformat.* Secunda cauſa eſt, quia ſemper intelligitur clauſula in gratijs huiuſmodi, quatenus ſcilicet præces veritate nitantur, *capitulo ſecundo, vbi Doctores, de reſcriptis,* etiam ſi in clauſula illa per extenſum non adponatur, vt ibi *Andr. Sic. Abb. Felyn. & cæteri Doctores omnes.* Tertia ratio eſt etiam, quia reſcribitur per cõceſſum vt petitur: quæ cõceſsio eſt qualificata, & ſic conceſsio tenet, ſi viribus ſubſiſtit. Vltima cauſa vel ratio pro nunc erit: quia ille contra quem impetratur abſolutio, tam coram Iudice concedente, quã coram iudice ordinario, opponere poterit, & ſi iuſtam cauſam allegabit, obtinebit, ſin autẽ nõ, totidem obtinuiſſet coram cõcedente abſolutionem, vt pluries etiam coram Iudice ſæculari vidi obſeruari, & ita hic etiam quotidiè practicatur, vt pars minimè citetur, ſed cõceditur paſsim, ſi cauſa, quæ allegatur ab oratore videtur rationabilis. Thomas Triuiſanus, &c.

EPITOME

Priuilegium Pontificis de Decimis non ſoluendis de bonis talis Monaſterij, intelligitur de bonis duntaxat poſſeſſis tẽpore cõceſsionis Priuilegij, non autem de poſtea acquiſitis.

SVM.

SVMMARIA.

1 *Papa poteſt concedere indultum quibuſdam, de non ſoluendo Decimas.*

2 *Non incurrit cenſuras, qui decimas non ſoluit in vim priuilegiorum Summorum Pontificum.*

3 *Priuilegia Pontificum ſunt latiſſimè interpretanda.*

4 *Priuilegia Pontificum non ſunt latiſſimè interpretanda quando agitur de intereſſe tertij.*

5 *Priuilegium Principis proprio motu conceſſum, quomodo ſit interpretandum.*

6 *Priuilegium Pontificis motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſum de Decimis non ſoluendis, an habeat locum de bonis tantùm poſſeſſis tempore priuilegij conceſſi vel etiam de poſtea acquiſitis.*

7 *Dictio, hac, eſt multum vniuerſalis.*

8 *Verba geminata non recipiunt reſtrictionem.*

9 *Differentia eſt legare omne marmor, & legare marmor.*

10 *Legare omnem lanam, & legare lanam, quae nam differentia ſit.*

11 *Numquàm praeſumitur Papam velle praeiudicium alicui inferre.*

12 *Geminata conceſſio aequipollet conceſſioni motu proprio factae, limitatur tamen, vt numero decimo tertio.*

14 *Conſuetudine introduci non poteſt, vt Decimae non ſoluantur.*

15 *Bona tranſeunt cum onere, & honore.*

DECI-

DECISIO LXV.

DIxi ſupra *Deciſione 15. in ordine, per totum, ſed præſertim, ſub numero 12.* quòd Papa poteſt indultum concedere quibuſdam, † vt ad ſolu- 1
tionem Decimæ non teneantur, & in illarum ſolutione ceſſando, cenſuras, & pœnas aliquas † non incurrant, *cap. ex parte, el* 2
primo, cap. a nobis tua, cap. nuper Abbates, de Decim. cap. ſi terra, cap. accedentibus, de priuilegiis. Accidit modò dubitari, an de decimis prædiorum, & poſſeſſionum poſtea acquiſitorum intelligatur priuilegium, vel indultum etiam locum ſibi vendicare, nam licèt priuilegia Pontifi-
cum † ſint latiſſimè interpretanda, quatenus 3
concernunt eorum præiudicium, *capit. cum dilecti, vbi Doctores, de donation. cap. quia circa, de priuileg. & l. fi. ff. de conſtitut.* tamen quando agitur de præiudicio tertij, illa priuilegia non viden-
tur † latiſſimè, imò nec latè, ſed potiùs ſtrictè 4
interpretanda, *l. nec auus, C. de emancipat. libe. cap. ex tuarum, de author. & vſu pallij*, & ita videntur voluiſſe in terminis noſtris, *Hoſtien. Abb. antiq. Ioan. Andr. & Abb. in d. capitu. quia circa, de priuileg. Bald. in l. ſecunda numero 4. Co. de legi.* dicit, quod priuilegium Principis, non eſt obſcurè neque abſurdè interpretandum, ſed ſanè, & pro-
priè, præſertim in priuilegio proprio † motu 5
principis conceſſo, vt in caſu de quo agitur, quod quidem priuilegium interpretandum

eſt,

eſt, nō ſtrictè, ſeu reſtrictiuè, ſed prout verba illius ſonant, quo fit, vt cum idem Summus Pontifex indultum Clementis VII. fœlic. rec. de Decimis non ſoluendis, ſupra mentionatum, proprio motu, & ex certa ſcientia extenderit ad quęcunque bona dictorum Regularium, videtur dictum priuilegium intelligendum, vt ne dum comprehendat Decimas poſ-
6 ſeſſionum antepriuilegium huiuſmodi † acquiſitarum, ſed etiam Decimas poſſeſſionum poſtea acquiſitarum, ac acquirendarum, & quia illa verba videlicet quæcumque bona &c. dictorum fratrum omnia bona includunt, *capitulo ſolitæ, de maioritat. & obedient. in fine, in illis verbis, &c. paſce oues meas, &c. & infra,*
7 *quodcumque, &c.* eſt enim dictio † quęcumque, multum vniuerſalis, *l. prima, §. quod autem, ff. de vi, & vi armat. gloſ. in l. ſi quid earum, §. interem-*
8 *ptum, ff. de le. tertio,* dicta verba, † ſunt vniuerſaſalia, & geminata, ita vt non recipiant reſtrictionem, *gloſ. & Doctores, in Clemen. 1. de ſententia, & re iudic. l. quidam relegatus ff. de reb. dub. vbi Bart. gloſ. in Clemen. Romani, in verbo quouiſmodo de elect. & in Clemen. ſi. de ſentent. excomm.* cum ergò dicatur in dicto priuilegio Sanctiſsimi Domini Noſtri Sixti, ad quęcumque bona dictorum fratrum, veniunt omnia, quæ ſub tali locutione generali comprehendi poſſunt, *l. finali. §. qui dulcia, ff. de vi. tri. & ole. lega. &. quod not. Bartol. in libro primo, §. nunciatio, ff. de operis noui nunciat. numero vigeſimo quinto,* exemplo legati

gati, nam differentia † eſt, legare omne marmor, & aliud eſt indefinitè legare marmor, quia primo caſu videtur legare etiam ſtatuas marmoreas, & cæteras ſpecies de marmore factas, *l. hæres meus, ff. de legatis tertio, & lege prima, de auro, & argento leg.* ſecundo vero caſu videtur legare ſolum rudem marmoris materiam, non ſpeciem de marmore factam, *lege quæſitum, §. illud fortaſſe ff. de legatis tertio*, ſicut etiam aliud eſt legare vniuerſaliter † 10
omnem lanam, & aliud, legare lanam indefinitè, quia primo caſu comprehenditur etiam lana tincta, *lege pediculis, §. Labeo, ff. de auro, & argento leg.* ſecundo verò caſu non comprehenditur lana tincta, *lege ſicut, in principio, ff. de legatis tertio*, ideo priuilegium conceſſum, de non ſoluendis Decimis, licet non deberet extendi ad Decimas bonorum poſtea acquiſitorum, nihilo minus quando eſt alicui conceſſum, vt de nullis bonis teneatur ſoluere Decimas, ſecus videtur dicendum. His tamen non obſtantibus, contrarium deciſum fuit, quia non præſumitur † Papam velle in- 11
ferre præiudicium alicui, niſi expreſsè hoc dicat, *cap. ſuper eo, de offic. & poteſtate iudicis delegati, lege ſecũda, §. ſi quis à Principe, ff. ne quis in loco publico, capitu. cum olim, de priuilegiatis, nec obſtat, textus in dicto capitulo dudum allegat.* quia reſpondetur quod illud procedit in priuilegio impetrato ſuper decimis noualium, vbi ſic voluerunt *Ioan. Andre. & Abb. aliique quamplures Dd.*

Priui-

12 Priuilegiorum geminata † conceſsio æquipollet conceſsioni proprio motu, factę, *Bal in l.damnoſa C.de precib. Imper.offer.Stephan. Bertran. conſi.181.numero octauo volum.3.* tamen hæc regula non procedit quando agitur de tollendo
13 ius tertij, † *Felyn.in cap.cauſam, el 2.de teſtib.& in cap.cauſam quæ, de reſcrip.latè Bal.in cap. ad aures, de reſcript. Ant.de Butrio,in cap.per venerabilem circa finem,qui filii ſint legit.*

Nec conſuetudo introduci poteſt, quin Decimæ ſaltem † prædiales ſoluantur, vt *Innoc.in*
14 *cap.ſi.de Paroch.& in cap.in aliquibus, vbi gloſſa.& Doctores*, ideo nec Pontifex hoc intendit facere,niſi expreſſè hoc exprimat, & ſic iudica-
15 tur,† & ſeruatur, vt bona cũ ſuo onere, & honore tranſeant. Thomas Triuiſanus, &c.

EPITOME.

Intellectus cap. Relatum, & cap. Licèt, de offic. & poteſtate iudic.delegati.

SVMMARIA.

1 *Iuriſdictio mandati, expirat reuocatione mandantis.*
2 *De Iuriſdictione delegata conſtare debet.*
3 *Inquiſitor dicitur Iudex delegatus.*
4 *Inquiſitor poteſt ſibi vicariam conſtituere.*
5 *Vicarius Inquiſitoris, Commiſſarius appellatur.*
6 *Commiſſarius præſente Inquiſitore habet votum conſultiuum, Inquiſitore abſente, habet votum deciſiuum.*

7 *Morte*

7 *Morte mandantis expirat mandatum.*

8 *Intellectus cap. Relatum, capit. Licet, de offic. & poteſt. Iudic. delegat.*

9 *Iudices Sanctiſsimi Officii, qui ſint Ordinariè.*

10 *Ordinarius abſque Inquiſitore, & econtra cauſas hæreticales definire non poteſt.*

DECISIO LXVI.

OCcurrit quandoque, vt Nuncius Vocatus diſcedat, & auditorem ſuum Generalem, eius Locumtenentem conſtituat, & fuit iudicatum, quod talis Locumtenens non haberet † iuriſdictionem per tex. 1
in capitulo relatum, & capit. licèt, de offic. & poteſt. iudic. delegati; niſi Nuncius hoc expreſsè habuiſſet in mandatis Domini Noſtri Papę, & de mandato huiuſmodi conſtaret † penes acta Cancellariæ, alias non, & ſic in caſu 2
ſimili dubitatum fuit; an Inquiſitor hæret. prauitatis, qui etiam ſit Delegatus, † *cap. per hoc* 3
de hæret. in ſexto, poteſt tamen ſibi Vicarium † 4
conſtituere, quem nos Commiſſarium appellamus, † *Clemen. 1. § porrò, §. Notarii, & gloſ. in* 5
Clemen. 2. de hæret. in Verbo, ipſorum Commiſſariis Carrer. de hæret. numero nonageſimo ſecundo, Alex. in l. more maiorum. ff. de iuriſdiction. omn. iudic. numero quadrageſimo quarto, Zanchin. capitulo trigeſimo, numero primo, Vmbert. Locat. de hæret. in verbo Inquiſitor, numero quarto quaſi in fine, & latè habetur in Repertor. Inquiſitorum, in verbo Commiſſio, in

duo cõcurrere debẽt, † Diœceſanus Ordinarius, & Inquiſitor Delegatus, nec vnus abſque alio poteſt ſententiam diffinitiuam † pro ferre, *text. in capituo per hoc, de haretic. in ſexto, & Repertor. Inquiſit. in verbo, inquiſitores, verſic. in quibus. in illis verbis, ſententiam, &c.* vt ibi in addition. annotatur. Si itaque non aſsiſteret Commiſſarius loco Inquiſitoris (Inquiſitore mortuo) in cauſis hæreticalibus Ordinarius per ſeipſum ad vlteriora minimè procedere poſſet, & ideò fauere fidei tantùm: hoc morte mandantis non expirat mandatum. 9

EPITOME.

Iudæus ratione contractus, & ratione delicti ſortitur forum ſicuti alius non Iudæus.

SVMMARIA.

1 *Iudaeus ratione contractus, ſortitur forum contractus initi.*

2 *Iudaeus delinquendo, ſortitur forum loci commiſſi delicti.*

3 *Iudaeus delinquendo, circa fidem, non efficitur de foro Eccleſia.*

4 *Inquiſitor haretica prauitatis, eſt Iudex Eccleſiaſticus.*

5 *Mina non puniuntur, (delicto non ſecuto, vel non deducta ad effectum offenſa.)*

6 *Inquiſitor eſt Iudex competẽs in cauſis reorum delinquentium circa fidem noſtram.*

7 *Inquiſitori commiſſa eſt defenſio fidei Chriſtianæ*

8 *Iudæus ratione delicti efficitur de foro Eccleſiæ.*

9 *Iudæus non debet eſſe melioris conditionis quam Chriſtianus.*

10 *Ex malo bonum recipere, indecens eſt.*

11 *Iudices ſæculares executores ſententiarum Inquiſitoris, & num. 18.*

12 *Iudæus de inuocatione dæmonum debet ab Inquiſitore puniri.*

13 *Iudæus de corruptione fieri, debet ab Inquiſitore inquiri.*

14 *Opinio vnius conſulentis non eſt attendenda.*

15 *Papa aliquid alicui concedendo, authoritatem hanc non adeo à ſe abdicat, vt illud idem, & ipſe concedere non poſſit.*

16 *Diuerſitas pœnarum inter iudicium Eccleſiaſticum, & Sæculare.*

17 *Animaduerſio imperium denotat.*

19 *Iudæus hæreticus dici non poteſt.*

20 *Iudæus tanquam defenſor, & fautor hæreticorum, poteſt puniri ab Inquiſitore.*

21 *Inquiſitor quibus pœnis Iudæum punire poſſit.*

DECISIO LXVII.

1 Ratione contractus Iudæus † ſortitur forum initi contractus, & ibi cõueniri poteſt, ſicuti, & delinquendo ſortitur forum † cõ-
2 miſsi delicti, vt latius ſuprà dixi *Deciſ. 10. numero ſecundo*, Iudæus verò in his caſibus ſubeſt iudicio iudicum Chriſtianorum,

vt toto

vt toto titulo tam in Canonico quàm iure Ciuili de Iudæis, &c. Iudex tamen Iudęorum competens non erit Inquiſitor hæreticæ prauitatis, tum quia de his, quæ ſunt fori, † fidei, & Eccleſiæ Inquiſitor non iudicat, nec cognoſcit. *Anchar. latè, conſilio decimo quinto, per totum,* 3
tum etiã, quia Inquiſitor hęreticæ prauitatis, eſt Iudex † Eccleſiaſticus, vt omnes fatentur, 4
ex capitulo primo 6. quæſtion. 2. capitul. nulli liceat. 12. quæſt. 2. capitulo nouit, de iudic. cap. quoniam, de vſuris, ideo in caſu, in quo Iudæus minatus eſt Concionatori, non videtur ab Inquiſitore poſſe puniri, ratione primo incõpetentiæ allegatæ, & poſtea, quia minæ † de offendendo, 5
non puniuntur niſi ſecuto delicto, vel deducta ad effectum offenſa, vt aliàs dixit Blanc. qui multos allegat, *in l. fi. ff. de qu. n. cẽteſimo octuageſimo tertio,* Tamen his non obſtantibus dicebatur, quod Inquiſitor poteſt procedere contra Iudæos, quando ſcilicet delinquunt circa fidem † noſtram nempè contemnendo, vel 6
vilipendendo eam, vel pręſtando aliquod impedimentum, & ſimilia faciendo, & hæc eſt ratio, quia ipſi Inquiſitori † commiſſa eſt defen- 7
ſio fidei Chriſtianæ, *cap. accuſatus, §. ſane, capitu. vt officium, in principio, ac §. denique, de hæretic. in ſexto,* & ſic ijdem Iudæi ratione † delicti efficiuntur de foro Eccleſiæ, & de iuriſdictione ipſius Inquiſitoris, *ca. nouit, extra de iudic. capitulo, & ſi Iudæos, de Iudæis, Beat. Thom. ſecunda ſecundæ, q. 10. art. 9. allegat. per Directorium parte ſecunda,* 8

quæſt.46.numero 7.fol.246.ſub illis verbis, videlicet Iudæi, nec alij infideles, qui nunquam fidem ſuſceperunt, nullo modo ad fidem noſtram compellendi ſunt, ſunt tamen compellendi ab Eccleſia, vt fidem non impediant, vel blaſphement, &c. Et ſi Inquiſitor non poſſet procedere contra Iudæos, ita contra Eccleſiam delinquentes, ſequeretur maximum abſur-
9 dum, quod ſi ipſi † eſſent melioris conditionis, quàm Chriſtiani, etiam ex eorum nequi-
10 tia exemptionis priuilegium obtinerēt † quod eſſe non debet, *argum. text. in l. ſi à patre, ff. de petit. hæredit. cap. inter corporalia. §. ſed neque, extra de tranſl.it. Epiſcoporum.*

Hanc quæſtionem diſputat Zanchinus, *in quæſtione 36. per totam*, & concludit, quod Inquiſitor poſſit procedere contra Iudæos in caſu prædicto, plenius eam diſputat Nicol. in ſuo Directorio Inquiſitorum, in loco præcitato, & concludit ſimiliter, quod huiuſmodi cognitio ſpectat ad Iudices Eccleſiaſticos, & nequaquam ad Iudices temporales, licèt e-
11 xecutio ad eos † ſpectet, quando punitio trāſit in vindictam ſanguinis, & refert ibi *numero 17.* quod tempore Vrbani Papæ V. quidam Iu-
12 dæus inquiſitus † de inuocatione dæmonum & alijs, cum orta eſſet altercatio inter Iudicem Eccleſiaſticum, & Sæcularem ſuper cognitione cauſæ prædictæ, fuit in ſequeſtro poſitus donec à Summo Pontifice decideretur, ad quem cognitio prædicta ſpectaret, & deducto

nego-

negocio in Romana Curia coram Greg. XI. auditis partibus hincinde, demum in publico Conſiſtorio, mandauit duobus Cardinalibus, vt reſcriberent, quod cauſa cognoſceretur ab Inquiſitore, & non à Iudice ſæculari, & ibi reperiuntur regiſtratæ litteræ prędictæ, quæ videri poſſunt.

Et quando agitur de † corruptione fidei, 13
ſunt inquirendi & puniendi ab Inquiſitore, & ſic à Iudice Eccleſiaſtico, dummodo ad ſanguinis vindictam non procedat, tenet *Burſat. conſilio nonageſimo in principio. & numero decimo quarto volumine primo*, vbi allegat Legiſtas, Canoniſtas & Theologos, & dicit, quod ita ſeruatur in practica, & allegat inter alios moderniſſimum Campegium ad Zanchinum, in quæſtione prædicta, qui fuit Epiſcopus Nepeſinus, &c. & fuit temporibus ſuis, & noſtris verſatiſſimus, ac magnus practicus in materia hæreſis. Non obſtat conſilium Petri de Ancharano, 15. in ordine allegatum, quia eius opinio † eſt peregrina, & ab alijs tam antiquis 14
quam modernis reprobata, prout eſt videre per dictam quæſtionem Zanchini, & ibi pęr Campegium, & alios allegatos, *per Burſat. in d. conſil. 90.* qui Ancharanus videtur fundare ſuã opinionem, *in capitulo nonnullis de Iudæis in fine*, vbi præcipit Papa principibus ſæcularibus, vt Iudæos delinquentes contra Eccleſiam ſupplicio afficiant.

Notandum eſt, quod ibi Papa † non exclu- 15

poteſt niſi parte vocata, *l. in cauſa, §. cauſa cognita, ff. de minoribus c. cum ex litteris, de reſtitutió. in integr. l. fi. C. per vim*, vel alio modo, quia alias qui iurauit agere non poterit, & ſic ille in gratiam cuius fuit iuratum, non poteſt iudicialiter moleſtari, & inquietari, niſi iniuſtè, indebitè, ac penitus contra formam iuris, tamen nõ per hoc dici poteſt quin perturbetur, ideo non abſolutus à iuramento, agere non poteſt
6 † abſque incurſu periurij, vt Petrus de Anchar. qui hoc voluit, & latiſsimè proſequitur, *conſ. 199.* cui dicto non obſtat quod agatur de módico præiudicio ob id, quia non perit ius creditoris in cauſa principali: quia reſpondetur, quod imò multiplex damnum incurrit ille cui eſt iuratum, prout oportunè oſtendit Petrus de Anchar. vbi ſuprà, qui pro hoc multa inducit, & idem voluit Ioan. de Imola, *in capitulo debitores, de iureiur. & Clem. diſpendioſam, in fine, de iudic. Alexan. de Imola, conſilio 224. Exordiente*, vbi etiam dicit hoc voluiſſe *Freder. de Sen. conſilio 300.* Præterea dicta abſolutio non ſo-
7 lum videtur iniuſtè concedi † parte abſente,
8 & ſic inaudita, ſed etiã redditur ſurreptitia, & obreptitia, † quia ſemper additur quid falſi, vel detrahitur quid veri, ad effectum, hocque operatur, vt facilius obtineatur, quod ſi pars citata eſſet, detegeretur mendacium in tacendo, vel exprimendo, & ſic non daretur occaſio litigandi. Sed his non obſtantibus, contrarium hic ſeruat Curia ex pluribus cau-
ſis:

ſis: Prima eſt, quia Iudex relaxationis iuramenti fieret Iudex in prima inſtãtia quarumcunque materiarum, contra formam, *c. Cauſa omnes, Concil. Trid. Seſſ. 24. de reformat.* Secunda cauſa eſt, quia ſemper intelligitur clauſula in gratijs huiuſmodi, quatenus ſcilicet præces veritate nitantur, *capitulo ſecundo, vbi Doctores, de reſcriptis,* etiam ſi in clauſula illa per extenſum non adponatur, vt ibi *Andr. Sic. Abb. Felyn. & cæteri Doctores omnes.* Tertia ratio eſt etiam, quia reſcribitur per cõceſſum vt petitur: quæ cõceſsio eſt qualificata, & ſic conceſsio tenet, ſi viribus ſubſiſtit. Vltima cauſa vel ratio pro nunc erit: quia ille contra quem impetratur abſolutio, tam coram Iudice concedente, quã coram iudice ordinario, opponere poterit, & ſi iuſtam cauſam allegabit, obtinebit, ſin autẽ nõ, totidem obtinuiſſet coram cõcedente abſolutionem, vt pluries etiam coram Iudice ſæculari vidi obſeruari, & ita hic etiam quotidiè practicatur, vt pars minimè citetur, ſed cõceditur paſsim, ſi cauſa, quæ allegatur ab oratore videtur rationabilis. Thomas Triuiſanus, &c.

EPITOME

Priuilegium Pontificis de Decimis non ſoluendis de bonis talis Monaſterij, intelligitur de bonis duntaxat poſſeſſis tẽpore cõceſsionis Priuilegij, non autem de poſtea acquiſitis.

SVMMARIA.

1 *Papa poteſt concedere indultum quibuſdam, de non ſoluendo Decimas.*

2 *Non incurrit cenſuras, qui decimas non ſoluit in vim priuilegiorum Summorum Pontificum.*

3 *Priuilegia Pontificum ſunt latiſsimè interpretanda.*

4 *Priuilegia Pontificum non ſunt latiſsimè interpretanda quando agitur de intereſſe tertij.*

5 *Priuilegium Principis proprio motu conceſſum, quomodo ſit interpretandum.*

6 *Priuilegium Pontificis motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſum de Decimis non ſoluendis, an habeat locum de bonis tantùm poſſeſsis tempore priuilegij conceſsi vel etiam de poſtea acquiſitis.*

7 *Dictio, hæc, eſt multum vniuerſalis.*

8 *Verba geminata non recipiunt reſtrictionem.*

9 *Differentia eſt legare omne marmor, & legare marmor.*

10 *Legare omnem lanam, & legare lanam, quæ nam differentia ſit.*

11 *Numquàm præſumitur Papam velle præiudicium alicui inferre.*

12 *Geminata conceſsio æquipollet conceſsioni motu proprio factæ, limitatur tamen, vt numero decimotertio.*

14 *Conſuetudine introduci non poteſt, vt Decimæ non ſoluantur.*

15 *Bona tranſeunt cum onere, & honore.*

DECI-

DECISIO LXV.

Dixi ſupra *Deciſione 15. in ordine, per totum, ſed præſertim, ſub numero 12.* quòd Papa poteſt indultum concedere quibuſdam, † vt ad ſolu- 1
tionem Decimæ non teneantur, & in illarum ſolutione ceſſando, cenſuras, &
pœnas aliquas † non incurrant, *cap. ex parte, el* 2
primo, cap. à nobis tua, cap. nuper Abbates, de Decim. cap. ſi terra, cap. accedentibus, de priuilegiis. Accidit modò dubitari, an de decimis prædiorum, & poſſeſſionum poſtea acquiſitorum intelligatur priuilegium, vel indultum etiam locum ſibi vendicare, nam licèt priuilegia Pontifi-
cum † ſint latiſſimè interpretanda, quatenus 3
concernunt eorum præiudicium, *capit. cum dilecti, vbi Doctores, de donation. cap. quia circa, de priuileg. & l. fi. ff. de conſtitut.* tamen quando agitur de præiudicio tertij, illa priuilegia non viden-
tur † latiſſimè, imò nec latè, ſed potiùs ſtrictè 4
interpretanda, *l. nec auus, C. de emancipat. libe. cap. ex tuarum, de author. & vſu pallij*, & ita videntur voluiſſe in terminis noſtris, *Hoſtien. Abb. antiq. Ioan. Andr. & Abb. in d. capitu. quia circa, de priuileg. Bald. in l. ſecunda numero 4. Co. de legi.* dicit, quod priuilegium Principis, non eſt obſcurè neque abſurdè interpretandum, ſed ſanè, & pro-
priè, præſertim in priuilegio proprio † motu 5
principis conceſſo, vt in caſu de quo agitur, quod quidem priuilegium interpretandum

eſt,

eſt, nõ ſtrictè, ſeu reſtrictiuè, ſed prout verba illius ſonant, quo fit, vt cum idem Summus Pontifex indultum Clementis VII. fœlic. rec. de Decimis non ſoluendis, ſupra mentionatum, proprio motu, & ex certa ſcientia extenderit ad quęcunque bona dictorum Regularium, videtur dictum priuilegium intelligendum, vt ne dum comprehendat Decimas poſ-
6 ſeſſionum antepriuilegium huiuſmodi † acquiſitarum, ſed etiam Decimas poſſeſſionum poſtea acquiſitarum, ac acquirendarum, & quia illa verba videlicet quæcumque bona &c. dictorum fratrum omnia bona includunt, *capitulo ſolitæ, de maioritat. & obedient. in fine, in illis verbis, &c. paſce oues meas, &c. & infra,*
7 *quodcumque, &c.* eſt enim dictio † quęcumque, multum vniuerſalis, *l. prima, §. quod autem, ff. de vi, & vi armat. gloſ. in l. ſi quid earum, §. interem-*
8 *ptum, ff. de le. tertio,* dicta verba, † ſunt vniuerſalia, & geminata, ita vt non recipiant reſtrictionem, *gloſ. & Doctores, in Clemen. 1. de ſententia, & re iudic. l. quidam relegatus ff. de reb. dub. vbi Bart. gloſ. in Clemen. Romani, in verbo quouiſmodo de elect. & in Clemen. fi. de ſentent. excomm.* cum ergò dicatur in dicto priuilegio Sanctiſsimi Domini Noſtri Sixti, ad quęcumque bona dictorum fratrum, veniunt omnia, quæ ſub tali locutione generali comprehendi poſſunt, *l. finali. §. qui dulcia, ff. de vi. tri. & ole. lega. &. quod not. Bartol. in libro primo, §. nunciatio, ff. de operis noui nunciat. numero vigeſimo quinto,* exemplo legati

gati, nam differentia † eſt, legare omne marmor, & aliud eſt indefinitè legare marmor, quia primo caſu videtur legare etiam ſtatuas marmoreas, & cæteras ſpecies de marmore factas, *l. hæres meus, ff. de legatis tertio, & lege prima, de auro, & argento leg.* ſecundo vero caſu videtur legare ſolum rudem marmoris materiam, non ſpeciem de marmore factam, *lege quæſitum, §. illud fortaſſe ff. de legatis tertio*, ſicut etiam aliud eſt legare vniuerſaliter † 10
omnem lanam, & aliud, legare lanam indefinitè, quia primo caſu comprehenditur etiam lana tincta, *lege pediculis, §. Labeo, ff. de auro, & argento leg.* ſecundo verò caſu non comprehenditur lana tincta, *lege ſicut, in principio, ff. de legatis tertio*, ideo priuilegium conceſſum, de non ſoluendis Decimis, licet non deberet extendi ad Decimas bonorum poſtea acquiſitorum, nihilo minus quando eſt alicui conceſſum, vt de nullis bonis teneatur ſoluere Decimas, ſecus videtur dicendum. His tamen non obſtantibus, contrarium deciſum fuit, quia non præſumitur † Papam velle inferre præiudicium alicui, niſi expreſsè hoc 11
dicat, *cap. ſuper eo, de offic. & poteſtate iudicis delegati, lege ſecūda, §. ſi quis à Principe, ff. ne quis in loco publico, capitu. cum olim, de priuilegiatis, nec obſtat, textus in dicto capitulo dudum allegat.* quia reſpondetur quod illud procedit in priuilegio impetrato ſuper decimis noualium, vbi ſic voluerunt *Ioan. Andre. & Abb. aliique quamplures Dd.*

Priui-

7 *Morte mandantis expirat mandatum.*
8 *Intellectus cap. Relatum, capit. Licet, de offic. & poteſt. Iudic. delegat.*
9 *Iudices Sanctiſsimi Officii, qui ſint Ordinariè.*
10 *Ordinarius abſque Inquiſitore, & econtra cauſas hæreticales definire non poteſt.*

DECISIO LXVI.

OCcurrit quandoque, vt Nuncius Vocatus diſcedat, & auditorem ſuum Generalem, eius Locumtenentem conſtituat, & fuit iudicatum, quod talis Locumtenens non haberet † iuriſdictionem per tex. 1
in capitulo relatum, & capit. licèt, de offic. & poteſt. iudic. delegati; niſi Nuncius hoc expreſsè habuiſſet in mandatis Domini Noſtri Papę, & de mandato huiuſmodi conſtaret † pe- 2
nes acta Cancellariæ, alias non, & ſic in caſu ſimili dubitatum fuit; an Inquiſitor hæret. prauitatis, qui etiam ſit Delegatus, † *cap. per hoc* 3
de hæret. in ſexto, poteſt tamen ſibi Vicarium † 4
conſtituere, quem nos Commiſſarium appellamus, † *Clemen. 1. § porrò; §. Notarii, & gloſ. in* 5
Clemen. 1. de hæret. in Verbo, ipſorum Commiſſariis Carrer. de hæret. numero nonageſimo ſecundo, Alex. in l. more maiorum. ff. de iuriſdiction. omn. iudic. numero quadrageſimo quarto, Zanchin. capitulo trigeſimo, numero primo, Vmbert. Locat. de hæret. in verbo Inquiſitor, numero quarto quaſi in fine, & latè habetur in Repertor. Inquiſitorum, in verbo Commiſſio, in

illis verbis, vtrum Inquiſitores, &c. fol. 131. & hanc eſſe communem opinionem voluit *Gnodiſſal. de Villad. quæſtio. 7. numero decimo tertio de hæretic.*

Qui Commiſſarius, præſente Inquiſitore, habet votum conſultiuum, vt habet Vicari-
6 us Generalis Ordinarij, † Inquiſitore abſente, habet votum deciſiuum, quia eſt illius Vicarius, *cap. licèt. vbi gloſ. fin. & capitulo vltimo, vbi gloſ. final. de offic. Vicarij, libro ſexto*, poſsit abeundo, votum deciſiuum in Commiſſarium transferre, vel mortuo Inquiſitore, an Commiſſarius adhuc cauſas hæreticales cognoſcere poſsit, & in voto deciſiuo terminare? pro parte negatiua ſimiliter allegabantur, †
7 *tex. in capitulo relatum, & cap. licèt, de offic. & poteſt. iud. delegati, & Felyn. in capitulo eam te, de reſcript. numero decimo*, Nihilominus, non obſtantibus ſuperius allegatis, pro affirmatiua deciſum fuit, in vim tex. *in capitulo ne aliqui, de hæretic. in ſexto, vbi gloſ. in verbo, non cepta*, quæ dicit, quod fauore fidei, morte mandantis non
8 expirat mandatum, quia illud eſt ſpeciale † in cauſis hæreticalibus: fauore ſiquidem fidei Catholicæ, vbi *Philip. Franc. numero ſecundo, quibus adhæret & Iaſ. in d. l. more maiorum, ff. de iuriſdictionibus omnium iudic. numero decimo*, & ſic limitatur, *cap. relatum, & cap. licèt, de offic. & poteſt. Iudicis delegati*, quia non vendicat ſibi locum in Inquiſitore delegante, & poſtea mortuo, fauore ſcilicet fidei, & ratio eſſe poteſt, quia in caſibus hæreticalibus finiendis,

duo

duo cōcurrere debēt, † Diœceſanus Ordinarius, & Inquiſitor Delegatus, nec vnus abſque alio poteſt ſententiam diffinitiuam † pro ferre, *text.in capituo per hoc,de hæretic. in ſexto, & Repertor. Inquiſit.in verbo, inquiſitores, verſic.in quibus.in illis verbis, ſententiam, &c.* vt ibi in addition. annotatur. Si itaque non aſsiſteret Commiſſarius loco Inquiſitoris (Inquiſitore mortuo) in cauſis hæreticalibus Ordinarius per ſeipſum ad vlteriora minimè procedere poſſet, & ideò fauere fidei tantùm: hoc morte mandantis non expirat mandatum. 9

EPITOME.

Iudæus ratione contractus, & ratione delicti ſortitur forum ſicuti alius non Iudæus.

SVMMARIA.

1 *Iudæus ratione contractus, ſortitur forum contractus initi.*

2 *Iudæus delinquendo, ſortitur forum loci commiſſi delicti.*

3 *Iudæus delinquendo, circa fidem, non efficitur de foro Eccleſiæ.*

4 *Inquiſitor hæreticæ prauitatis, eſt Iudex Eccleſiaſticus.*

5 *Minæ non puniuntur, (delicto non ſecuto, vel non deducta ad effectum offenſa.)*

6 *Inquiſitor eſt Iudex competēs in cauſis reorum delinquentium circa fidem noſtram.*

7 *Inquiſitori commiſſa eſt defenſio fidei Chriſtianæ.*
8 *Iudæus ratione delicti efficitur de foro Eccleſiæ.*
9 *Iudæus non debet eſſe melioris conditionis quam Chriſtianus.*
10 *Ex malo bonum recipere, indecens eſt.*
11 *Iudices ſæculares executores ſententiarum Inquiſitoru, & num. 18.*
12 *Iudæus de inuocatione dæmonum debet ab Inquiſitore puniri.*
13 *Iudæus de corruptione fieri, debet ab Inquiſitore inquiri.*
14 *Opinio vnius conſulentis non eſt attendenda.*
15 *Papa aliquid alicui concedendo, authoritatem hanc non adeo à ſe abdicat, vt illud idem, & ipſe concedere non poſſit.*
16 *Diuerſitas pœnarum inter iudicium Eccleſiaſticum, & Sæculare.*
17 *Animaduerſio imperium denotat.*
19 *Iudæus hæreticus dici non poteſt.*
20 *Iudæus tanquam defenſor, & fautor hæreticorum, poteſt puniri ab Inquiſitore.*
21 *Inquiſitor quibus pœnis Iudæum punire poſſit.*

DECISIO LXVII.

1 RAtione contractus Iudæus † ſortitur forum initi contractus, & ibi cõueniri poteſt, ſicuti, & de-
2 linquendo ſortitur forum † cõmiſsi delicti, vt latius ſuprà dixi *Deciſ. 10. numero ſecundo*, Iudæus verò in his caſibus ſubeſt iudicio iudicum Chriſtianorum,

vt toto

vt toto titulo tam in Canonico quàm iure Ciuili de Iudæis, &c. Iudex tamen Iudęorum competens non erit Inquiſitor hæreticæ prauitatis, tum quia de his, quæ ſunt fori, † fidei, & Eccleſiæ Inquiſitor non iudicat, nec cognoſcit. *Anchar. latè, conſilio decimo quinto, per totum,* 3
tum etiã, quia Inquiſitor hęreticæ prauitatis, eſt Iudex † Eccleſiaſticus, vt omnes fatentur, 4
ex capitulo primo 6. quæſtion. 2. capitul. nulli liceat. 12. quæſt. 2. capitulo nouit, de iudic. cap. quoniam, de vſuris, ideo in caſu, in quo Iudæus minatus eſt Concionatori, non videtur ab Inquiſitore poſſe puniri, ratione primo incõpetentiæ allegatæ, & poſtea, quia minæ † de offendendo, 5
non puniuntur niſi ſecuto delicto, vel deducta ad effectum offenſa, vt aliàs dixit Blanc. qui multos allegat, *in l. fi. ff. de qu. n. cẽteſimo octuageſimo tertio,* Tamen his non obſtantibus dicebatur, quod Inquiſitor poteſt procedere contra Iudæos, quando ſcilicet delinquunt circa fidem † noſtram nempè contemnendo, vel 6
vilipendendo eam, vel pręſtando aliquod impedimentum, & ſimilia faciendo, & hæc eſt ratio, quia ipſi Inquiſitori † commiſſa eſt defen- 7
ſio fidei Chriſtianæ, *cap. accuſatus, §. ſane, capitu. vt officium, in principio, ac §. denique, de hæretic. in ſexto,* & ſic ijdem Iudæi ratione † delicti efficiuntur de foro Eccleſiæ, & de iuriſdictione ipſius Inquiſitoris, *ca. nouit, extra de iudic. capitulo, & ſi Iudæos, de Iudæis, Beat. Thom. ſecunda ſecundæ, q. 10. art. 9. allegat. per Directorium parte ſecunda,* 8

 quæſt.

negocio in Romana Curia coram Greg. XI. auditis partibus hincinde, demum in publico Conſiſtorio, mandauit duobus Cardinalibus, vt reſcriberent, quod cauſa cognoſceretur ab Inquiſitore, & non à Iudice ſæculari, & ibi reperiuntur regiſtratæ litteræ prędictæ, quæ videri poſſunt.

Et quando agitur de † corruptione fidei, 13
ſunt inquirendi & puniendi ab Inquiſitore, & ſic à Iudice Eccleſiaſtico, dummodo ad ſanguinis vindictam non procedat, tenet *Burſat. conſiliono nageſimo in principio. & numero decimo quarto volumine primo*, vbi allegat Legiſtas, Canoniſtas & Theologos, & dicit, quod ita ſeruatur in practica, & allegat inter alios moderniſſimum Campegium ad Zanchinum, in quæſtione prædicta, qui fuit Epiſcopus Nepeſinus, &c. & fuit temporibus ſuis, & noſtris verſatiſſimus, ac magnus practicus in materia hæreſis. Non obſtat conſilium Petri de Ancharano, 15. in ordine allegatum, quia eius opinio † eſt peregrina, & ab alijs tam antiquis 14
quam modernis reprobata, prout eſt videre per dictam quæſtionem Zanchini, & ibi pęr Campegium, & alios allegatos, *per Burſat. in d. conſil. 90.* qui Ancharanus videtur fundare ſuā opinionem, *in capitulo nonnullis de Iudæis in fine*, vbi præcipit Papa principibus ſæcularibus, vt Iudæos delinquentes contra Eccleſiam ſupplicio afficiant.

Notandum eſt, quod ibi Papa † non exclu- 15

dit ſeipſum, nec iudiciū Eccleſię, quia poſſet iudicare & punire Iudæos contra fidem Catholicam delinquētes, nā in foro Eccleſiaſtico tales delinquentes pæna pecuniaria, vel a-
16 lia temporali pæna, † citra tamen pænam ſanguinis puniuntur, in foro autem ſæculari pæna capitis plectuntur: quod quidem notatur *in d. c. nonnullis*, dū dicitur animaduerſione debita puniantur, ſecundum *Hoſtienſ. quem refert idem Eymeric. ibi, numero decimo*, animaduer-
17 ſio enim merum imperium denotat, † & in hoc caſu eſt animam à corpore ſeparare, *l. 3. de iuriſdictionibus omnium iud. & ſecundum Hoſtienſ. quem refert Reuerendiſſimus Bagnarea in ſuo opere iudiciali, in verbo inuocare, numero decimo*, animaduerſionis pæna decapitationem ſignificat, quæ non poteſt imponi per Eccleſiam, *cap. ſententiam ne Clerici, vel Monachi.*

Vlterius in crimine hæreſis Iudicis Eccle-
18 ſiaſtici eſt cognoſcere, † & iudicare, Iudicis verò ſæcularis eſt exequi, & punire, *ca. ad abolendam, de hæret. cap. vergentis, ca. excōmunicamus, eod. tit. & in d. c. in nonnullis, &c.* Papa iudicat, dum dicit, præcipimus, quod præſumptores huiuſmodi. Sed Principi, ac Domino Sæculari commiſſa eſt executio, dum dicit, per Principes Sęculares condignæ animaduerſionis adiectione compeſci, per quod vltimum ſupplicium deſignatur, vt ſuprà dictum eſt, & ad iudicium Eccleſię pertinet iudicare de delinquentibus in fide, *cap. vt inquiſitus, de hæret. in 6.*

Et li-

Et licet etiam Iudex Secularis procedat, *vt in d,c.in nonnullis, ſuprà allega.& eſt textus, in l.Iudaeos, & in l.vlt.C. de iudic.* vbi habetur, quod Princeps Sæcularis procedit contra Iudæos, & imponit pænam ſanguinis, nihilominus non concluditur judicium Eccleſiæ, cuius eſt cognoſcere, & diffinire, vt ſupradictum eſt.

Nec dicatur, quod Inquiſitores non poſſunt procedere contra Iudæos, qui non poſſunt propriè dici hæretici, nec de hæreſi † ſu- 19
ſpecti, cum fidem Chriſtianam numquàm receperint, & per conſequens eam perdere non potuerunt. Quia reſpondetur, quod licèt hęretici, nec ſupecti eſſe poſſint, nihilominus eſſe poſsũt fautores, † receptatores, & defen- 20
ſores hæreticorum, & contra fidem Chriſtianam aliquid agere, illam prauo dogmate corrumpendo, malis perſuaſionibus impugnando, Chriſtianos ad hæreſes inducendo, & ad ritus eorum prauis perſuaſionibus protrahendo, & alia ſimilia peragendo, in quibus caſibus ab Inquiſitore inquiri poſſunt, vt dictum eſt.

Nec obſtat ſi dicatur, quod Eccleſia non ſe intromittit in his, quę foris ſunt, prout ſunt ipſi Iudęi, *c.gaudemus, de diuor.inter verba, 2.qu.3.* quia reſpõdetur ſecundum Zanchinũ, in *d.q.13.n.5.* quod illud procedit in tranſgreſſoribus legis vel quando fœnerantur, quia tũc Eccleſia non ſe intromittit, niſi in quantum aliquid

agerent in perniceem Chriſtianorum, quo caſu Epiſcopus poſſet eos corrigere & à talibus ipſos coercere, *tex. in capit. poſt miſerabilem, de vſur.* Et licet non poſsint Inquiſitores imponere pænam ſanguinis in Iudæos ſic delinquen-
31 tes, poſſunt † nihilominus eos punire diuerſis pænis, ſcilicet interdicendo Chriſtianis, ne aliquid communicent Iudæis, *iuxta capitulũ quorundam, in fine, de Iude. cap. ad hæc, eod. tit.* Item pænam pecuniariam imponendo, *c. poſtulaſti, eod tit.* Item aliquam pænam corporalem, videlicet carcerando, vel verberando, vt *extrà, de raptor. cap. in Archiepiſcopatu. Concordat. capitu. conſtituit, 17. quæſt. 4.* & notatur ab hoc, *capitulo qui ſincera in gloſ. ſed nonne, in fine, 45. diſtin.* Et poſſunt inſuper puniri grauioribus pænis per Iudices laicos, *l. Iudæos, l. Iudæi, fin. C. de Iude. & in dicto capitulo in nonnullis, extrà eod.* Ex quibus omnibus concluditur, quod ſcilicet tribunal, ritè, & rectè, ac legitimè procedat in cauſa huiuſmodi. Robertus Tanius Burgenſis.

EPITOME.

Nullitas ex tribus, citationis, mandati, iuriſdictionis, aut ex earum aliqua, etiam poſt tres conformes reuocatur.

SVMMARIA.

1 *Citatio introducta eſt de iure naturæ, ideò omiſſa vitiat ſententiam.*

2 *Mandatum procuratorium ad cauſam requiritur,*

tur, aliàs proceſſus, & ſententia dicuntur nulla.

3 *Aduerſarium permittendo, vt quis compareat cum minus legitimo mandato, mandatum non conualidatur.*

4 *Iudicis incompetentis acta perindè tenent, ſi à priuato iocosè facta fuiſſent.*

5 *Conſenſus partium non conualidat defectum iuriſdictionis.*

DECISIO LXVIII.

Citatio cum ſit introducta de iure
Naturæ, tolli nõ poteſt, etſi Prin
ceps eſſet: & ideò ſi omiſſa fue-
rit, † annnulat quemcumque a- 1
ctum, vel ſententiam; ita com-
muniter teneri, dixit *Felyn. in capitulo quæ in Ec-*
cleſiarum, de conſtitut. numero vigeſimo ſexto, & ſe-
xageſimo ſexto, & communem eſſe voluit. Boer. d. 247.
numero ſeptimo. & Crauet. antiq. tempor. numero
trigeſimo nono. Et ſic eodem parique paſſu am-
bulat † mandatum. *Bald. in lege ſecunda, C. ſi ex* 2
falſ. inſtr. nu. 1. Io. de Anan. con. 96. quia non depẽ-
det à voluntate mandantis, nec illius contra
quem mandatur: vt latius dixi *in Dec. 14. inter ci-*
uil. lib. 1. nu. fi. ideò comparitio vnius, † & admiſ- 3
ſio aduerſarij, nõ conualidat mãdatum, quod
non habet inſufficiens: quia illud tantum de-
pendet à voluntate mandantis; & ſic etiam † 4
procedit iuriſdictio iudicis incompetẽtis, *Cl.*
vt calumnijs, de re iudi. Pariſ. con. 100. volum. 1. Bald. in
l. exceptionẽ in fi C. de prob. Alexan. in l. de pupillo, §.

qui

qui opus,ff.de nou. oper.nunciat.l.fin.C. ſi à non compet.iud.l.ſcire etiam oportet,in fin.ff.de excuſat.tutor. Roman.conſil. 42.numer.1. & ſequen.Cornel.conſil. 144.numero tertio,& ſeq.volum 1. & hoc idem dixi ſupra, *Dec.36,numero quinto.*& per conſen-
5 ſum † partium conualidari non poteſt, *Capol. in l.ſciendum, numero ſecundo, ff.de ædil.edict.poſt Angel. per textū in l.ſi expreſſim. ff.de appellat. vbi Doctores,& notatur, in.l.2. C.com.vtriuſ.iud.*vnde dicitur iudicatum dici non poſſe, ſi fuit iudicatum ab eo, qui ius iudicandi non habuit, *l.1. §.fin.ff. ad Tertull.Senatiſconſ.l.1.§.hæc autem verba, ff.quod quiſque iuris, l.2.in fi.ff. de pæn. Felyn.in c.ex parte, in ſeptima ſallentia,de offic. & poteſt.iudicis, delegati, & in Rubr. de foro comp.verſ. tertium fundamentū,& in c.Paſtoralis, verſ. amplia etiā, de except.*quæ gloſ.in hoc eſt de mente Alex. *in conſ. incipien.In cauſa,& lite in fi. volumine ſeptimo,*Ideo in quocumque caſu adeſt nullitas, etiam poſt tres conformes.Et ſic fuit iudicatum. Thomas Triuiſanus &c.

EPITOME.

Promiſsio de ſe obligando, obligatione non ſecuta,non obligat promittētem.

SVMMARIA.

1 *Promittens ſe obligare,habetur pro obligato.*

2 *Promiſsio non obligat promittentem,ſi ab altero promiſsio non acceptatur.*

3 *Citatus dicens nolle comparere,non eſt amplius citandus.*

4 *Obliga-*

4 *Obligatio tenet quandoque pro vna, & non pro altera parte.*
5 *Intellectus c. is. qui fidem, de ſponſ. & matrim.*
6 *Stipulatio non tenet, niſi vtroque loquente.*

DECISIO. LXIX.

IN vna Venetiarũ, in qua ſæcularis quidam, pro ſuſcipiendo iudicio in ſe, obtulit fideiubere de ſtãdo iuri, &c. aduerſarius nõ acceptauit nec oppoſuit, ſed ad vlteriora procedendo, euenit caſus mutandi iudicij, ille allegabat, alium obligatum eſſe, ſtante promiſſione de fideiubendo, iſte recuſabat ſe vti hæredem teneri cum nec principalis teneretur, ſi viueret, quia de fideiuſsione non conſtabat, & licet quęſtio hæc habeat multa capita diſputationis, in hoc vnum tantùm vertebatur iudicium, an promittens obligare † habeatur pro ſe obligato, 1
quòd quidem prima facie videbatur dicendum, quod ſic, quia qui promiſit ſe obligare habetur pro obligato, notat *Iaſ. in l. cum fundus, §. ſeruum, ff. ſi certum petat.* & licet, ſi noluiſſet fideiuſsionem acceptare, non eſſet † modo obligatus, *Bald. in l. 1. C. ne liceat tert. prou. Raphael. & Paul. de Caſtro, in l. qui Romæ, ff. de verborum oblig.* 2
quemadmodum quotidiè ſeruatur in practica, vt ſi quis citatus fuerit, & dicat † ſe nolle comparere, vlterius non citatur, & ad vlteriora proceditur vſque ad ſententiæ diffinitiuæ prolationem incluſiuè, & ad illius executionem, 3

nem, niſi appellationis remedio executio ſuſpendatur, *c. 2. de dol. & contum. in ſexto gloſ. magna, in lege finali ff. de in integr. reſtit. Alexan. in lege ſi Nerua, ff. ſolut. matrimon.* attamen ſatis eſt,
4 quod non recuſauit, & ideò † conſenſit, & obligatio tenet pro parte promittentis, *arg. textus capituli is qui fidem, de ſponſalibus & matrimonialibus.* His tamen non obſtantibus ex altera breuiter dicebatur, quod promiſſor nullatenus tenetur quia promittere non eſt obligare, obligatione nõ ſecuta, *& cap. is qui fidẽ, de ſpon-*
5 *ſalibus & matrimonialibus* probat, quod tam vir promittendo mulieri, quam mulier per copulam ſubſecutam, viro reſpectiuè ſe obligauit, vt ibi Doctores, ſed in caſu de quo agitur promiſſum fuit fideiubere, non tamen fide
6 iuſsit, ergo non obligatus: ſtipulatio † ſiquidem non tenet, niſi vtroque loquente, parte promittente ſcilicet, & parte cui fit promiſſio, *l. 1. §. 1. & 2. ff. de verbor. & rerum. obligat.* & ita ſententiatum fuit, non fuiſſe obligatũ. Thomas Triuiſanus, &c.

EPITOME.

Deciſio formans quæſtionem ad partes, & non decidens pro qua, intelligitur deciſum pro affirmatiua.

SVMMARIA.

1 *Deciſio à decidendo dicta.*

2 *Deciſio ex duobus recipit vires, ab authoritate iuris, & hominis.*

3 *Deci-*

3 *Deciſio etſi non decidat adhuc deciſio dicitur.*
4 *Deciſio non decidenda expreſſe, tacitè decidit pro affirmatiua.*

DECISIO LXX.

DEciſio à decidendo † dicta, ſicut 1
Regularis à Regula, & Gramma-
ticus à Grammatica appellatur,
vt dixi *de modo, & ord.crimin. proc.*
inter reg.capitulo primo, numero pri-
mo, ipſa tamen à duobus † recipit vires, nem- 2
pè ab authoritate iuris in allegatis, & homi-
nis à quo profertur, vt dixi ſupra *in præfatione,*
libro primo, numero tertio, & ſexto, & licèt multæ
ſint deciſiones, quæ ponunt quæſtionem, &
argumenta ad partes proponunt, reſoluunt-
que dubia, & tamen, † nec pro vna, nec pro 3
alia parte determinant, nihilominus deci-
ſio eſt & cauſam decidit, niſi expreſsè, ſaltem
† tacite, quia tunc & eo caſu pro affirmatiua 4
deciſio habetur *ita Iaſ. poſt alios, l.cū fundus, ſeruū*
tuum, ff. ſi. cert.pet. numero 6. & ſic ſemper hic
obſeruatum fuit in praxi, tum quia Audito- 9
res pro tempore, ſunt ſemper practici Curiæ
Romanæ, & Aduocati multum inuigilant cir-
ca eam & ſæpè ſæpius ex præſtitis recordatio-
nibus D. Cancellarij, Iacobi Lugi Pharenſis
viri certè in praxi nō errantis, ſed practici mul
tùm, & optimè intelligētię, & probitatis.

Thomas Triuiſanus, I.V. Doc.

Cauſarum Ciuilium Libri Primi Finis.

THO.

THOMÆ TRIVI- SANI DECISIONVM CAVSARVM CRI- MINALIVM,

Liber Secundus.

SVMMARIA.

1 *Periculum vbi imminet maius ibi plurimum in-ſiſtendum eſt.*

2 *Deciſio vtilis eſt in cauſis ciuilibus, in criminalibus neceſſaria erit, &c.*

3 *Cautius ambulandum eſt vbi de hominis vita agitur.*

4 *Autor diu aduocatus fiſcalis fuit.*

PRÆFATIO.

1 QVoniam iuris illa eſt regula, ab omnibus recepta, vt vbi maius periculum † imminet, ibi plurimum inſiſtendum eſſe, *ca. vbi periculum, de elect. in ſexto. &*
2 *Doctores omnes eodem in loco,* ideò ſi in † ciuilibus vtile eſt habere deciſionem in quacunque materia pro defenſione iurium, & bonorum ſuorum, in criminalibus magis neceſſarium erit, iure deciſiuo vitam, & honorem propri-
3 um protegere, & conſeruare. cautius enim † ambulandum eſt, vbi de hominis vita agitur, *l. abſen-*

l. abſentem, ff. de pœnis. Has igitur Deciſiones Criminales in Palatio Apoſtolico Venetiarum à pluribus Auditoribus promulgatas, me tũc Procuratore Fiſcali exiſtente † inſtante, traditas recollegi, & in hoc vnum redigi volumen curaui, cunctęque poſteritati communis ſtudioſ. commodi conſecraui. 4

EPITOME.

Reus enuncians defenſionibus coram iudice prioris inſtantiæ, corã quo criminaliter extitit proceſſatus, nunquid ipſis poterit in ſecunda vti inſtantia, ſeu alias de nouo defenſiones proponere.

SVMMARIA.

1 *Iure futuro quis renunciare non poteſt; Limita tamen vt num. 2.*

3 *Iuri præſenti renunciari poteſt.*

4 *Defenſionibus renunciari poteſt.*

5 *Deſiſtens ab accuſatione, aut eidem renuncians vlterius non auditur, vt nec defenſionibus ſuis renuncians non venit audiendus iteratò, ſed vide contrarium infra num. 7.*

6 *Quilibet arbiter, & moderator ſui, rerumq; pariter ſuarum eſt.*

7 *Iuri & defenſionibus ſuis renuncians poteſt denuò audiri.*

8 *Defenſio à iure naturali hominib. inſita tolli nullo modo poteſt.*

9 *Neque etiam per ipſum Principem.*

10 *Nemo eſt dominus membrorum ſuorum.*

11 *Qui ſemetipſos occidunt, puniuntur.*

12 *Iudex ex officio tenetur inuenire delicta, id eſt delinquentes: quia & eius, ipſiusque Reipublicæ intereſt, ne delinquentes delinquant impunè.*

13 *Tenetur etiā iudex inuenire defenſiones Reorum.*

14 *Sanctius eſt nocentem adſoluere, quam innocentem condemnare.*

15 *Accuſator non concludit in ſuo libello accuſatorio, idq; ex communi vſu practicantium.*

16 *Pœnam in Criminalibus Iudex æqualem delicto ſtatuere tenetur, nō iuxta petitionem accuſatoris qualitate delicti conſiderata.*

17 *In cauſa non concluditur in criminalibus.*

18 *Concluſio in cauſa effectum renunciationis vlterioris probationis operari ſolet.*

19 *Criminali in cauſa non concluditur eo fine, ne reo ſe vlterius defendendi via præcludatur, & quid ſit in cauſa concludere, ibid.*

20 *Reus poteſt exceptionibus ſibi ſuperuenientibus lite pēdente, & etiam ſi eſſet in cauſa criminali concluſum, ad ſui defenſionem, & tutelam in iudicio vti.*

21 *Criminalis ſentētia, conſtito de errore, reuocatur.*

22 *A ſententia criminali ſemper datur appellatio. Idque procedit tam in diffinitiua quā interlocutoria.*

23 *A grauamine continuo ſemper dari appellationem iuris placitis inductum fuit, ne innocens iniquè, & indebitè condemnetur.*

24 *Limitatur gloſſ. 1. in l. ictus fuſtium, ff. de his qui not.*

not. infam, & gloſ. in l. pactum inter hæredem, ff. de pact. in verbo, cum liceat.

DECISIO PRIMA.

DIcebatur primò † iuri futuro renunciari non poſſe, quia id, quod 1
nõ habetur ab aliquo, alteri renũciari nequit, *l. hæredem, ff. mandati. Bart. ibi, numero primo, Bald. numero 1. Bar. in l. 1. C. de pact. numer. 11. & in l. poſt emancipationem, ff. de lib. legat. numero tertio, Abb. in c. ad Apoſtolica, de regular. numero ſexto, Alex. de Nauo, Conſ. 51. numero octauo, & Dyn. Conſ. 5. & 7.* Niſi per actum expreſſum renunciatum fuiſſet,
prout notat *Abb. in dicto capitulo ad Apoſtolicam,* 2
de regular. numero ſexto, & in c. ex multiplici, de Decim. numero ſeptimo, Bart. in d. l. 1. C. de pact. numero tertio, & in d. l. hæredem, ff. mandati, n. 2.

Iuribus † verò præſentibus vtique renun- 3
ciari poteſt. *gl. in l. ictus fuſtium, ff. de his, qui not. infam. & Bertran. conſ. 3. numero primo, volu. 3. la. prima. Bart. in d. l. 1. C. de pact. nume. 11. tex. in l. pactum inter hæredem, ff. de pact.* & non ſolum iuribus †
verum etiam, & defenſionibus ſuis ſibi com- 4
petentibus, *alleg. gl. in l. ictus fuſtium, ff. de his, qui not. infam la prima. Bal. in c. quoniam, de probat. nu. 93. & Rubr. de pact. n. 18. & in c. cũ veniſſet, in fi. de teſti. & atteſt. ac. in l. vim ff. de iuſt. & iure. numero. 2. & 3.* Ratio etiam ſatis concludẽs hoc ſuadet,
quia † quemadmodum renunciãs, vel deſiſtẽs 5
ab accuſatione, amplius ad accuſandum non,

admittitur, ſed repellitur, *l.quamuis,fœmina,C de his,qui accuſar.non poſ.vbi Doctores;* ita à ſimil renuncians defenſionibus, non debet vlterius audiri, *l.ſi maritus, la ſecunda§.ſi negauerit,ff. ad l.Iul.de adult.& ſtup.* præſertim, cum † quilibet ſit arbiter & moderator ſui, rerumque ſuarum, *l.in re mandata, C.mandati. Crauet.Conſ.217. numero primo,* Propterea veniens reus ad ſe defendendum, poſteaquàm defenſionibus renunciauerit, nullo modo debet audiri.
6
7
Ex altera verò parte dicebatur, quod † renunciatio huiuſmodi non valet, quando renuncians Reus eſt, & criminaliter contrà ipſum agitur, gloſ. eſt ſingularis, *in l.pactum inter hæredẽ,ff.de pact.in verbo,cum liceat.Bart.in l.cuſtodias.ff.de pub. iud. numero quinto, in fine, & in l. ſi in ſcribendo, C.de pact.num. tertio, & Bal.ibi numero quarto & idem Bal.in c.cum veniſſet.de teſtibus, & atteſt.numero ſeptimo,in fi.& in Authen.iubemus, C.de iudic.numero decimo, Hippol..de Marſ.conſ.16. numero vigeſimo quinto, Alex.de Nauo conſil. 86. numero octauo, & Ioan .Baptiſta Ferret. conſ.300. num. ſecundo,* quia † defenſio à iure naturæ mortalibus inſita, nullo modo tolli poteſt, vt pulcrè *Bart.in l.cum mulier, ff.ſol.mat.numero ſexto, Ioan. de Anan.in c.cum dilecti, de accuſatio.numero nono, Abb.in c.dilecti filii, de except. numero 13.& Dec.in l. vt vim.ff de iuſti. & iur. numero vigeſimo tertio, vbi alleg. Clem.paſtoralis, de ſent. & re iudic.* & hęc concluſio adeò vera eſt, vt † neque Princeps eas tollere poſsit. *Clem.paſtoralis, de re iud.l. defenſionis*
8
9

nis facultas, C. *de iure fiſci. libro decimo, & ibi latè Lu-
cas de Penna, in initio. Ioan. de Platea ibid. numero 1.
Mar. ſ Conſ. 16. num. 20. & 21.* 10

Et quia † nemo eſt dominus membrorum
ſuorum, *in lege liber homo, ff. ad l. Aquile.* ideo ſi
quis mortem affectauerit tædio vitæ, vel im-
patientia doloris, adeò, † vt per ſemetipſum 11
perire voluerit, etiam ſi mortuus ſit, adhuc
punitur, *arg. l. 1. & 2. C. de bonis eorum, qui ſibi mor.
conſciu.* ideò hæc defenſio naturalis, nec tolli,
nec huic renunciari quouis modo poteſt.

Addebatur † etiam, quod Iudex ex officio 12
tenetur inuenire delicta, & ſui, ac totius Rei-
publicæ intereſt, nè delicta remaneant impu-
nita, *l. ita vulneratus §. æſtimatio, ff. ad l. Aquil. l. ſi à
Reo, § fin. ff. de fideiuſſ. l. 4. § cum dominus ff. de noxal.
act. l. ſi operis*, C. *de famoſ. libell. Marſ. conſ. 16. numero
decimo quinto.* Et per delicta intelliguntur ho-
mines delinquentes, qui debent per legitimas
probationes luce meridiana clariores con-
uinci, & ſuperari, *l. fin. C. de probat.* Ergo etiam
† ſi Reus nollet ſe defendere, Iudex tenetur 13
inuenire veritatem, defenſioneſque & inno-
centiam reorum, ſi quæ ſit, ſtudioſè indagare,
*l. ſi non defendantur, ff. de pœn. l. 1. §. fina. in fine, ff. de
quæſtion. & Marſ. in alleg. conſ. 16. numero fi.* † ſan- 14
ctius enim eſt in omni caſu nocentem abſol-
uere, quam innocentem condemnare, *l. abſen-
tem, ff. de pœn.*

Ideoque communiter † in practica ſerua- 15
tur, vt in libellis accuſatorijs, non concludat

ipſe accuſator, iuxta Bar. opinionem, *in l. libellorum, ff. de accuſat. numero 19.* & hanc eſſe communem opinionem atteſtatur *Mari. Socin. in repet. cap. qualiter, & quando, de accuſat. numero 91. Bal. in l. edita, C. de eden. numer. 33. & in l. 8. C. de accuſat. numero primo, cum ibidem additis,* Ratioque
16 huius eſt: quia † Iudex ipſe tenetur pœnam æqualem delicto contra reum ſtatuere, non autem iuxtà accuſatoris petita, ſed prout iuris eſt, inſpecta qualitate delicti, *Bald. in l. ſi quis ſe, C. de accuſat. numero tertio, Felyn. in ca. primo, de litis cōteſt. numero 12. Gomez. in tract. ſuo criminali capitulo vndecimo numero tertio, fol. mihi 357. & Marſ. in practica criminali, §. ſequens, numero primo, & 5.* vbi póſt longam Doctorum enumerationem, atteſtatur hanc eſſe communem opinionem.

17 Neque † in criminalibus concluditur in cauſa, vt atteſtatur Marſ. loco modo citato:
18 quia † concluſio in cauſa operatur effectum renunciationis vlterioris probationis, *Archid. in capit. ſi aduerſus, de reſtit. in integr. numero primo. libro ſexto, Fel. in cap. cum dilectus, de fide inſtrumen. numero primo, ſecundo & tertio, cum ſeqq. Bellamera Concluſ. 52. numero ſecundo, & Concluſ. 56. numer. 2. & latè Sebaſt. Sapia, in annot. ad Abb. in ca. ſignificauerunt, de teſtib. & atteſt. numero quarto, in ver-*
19 *bo, ac concluſionem ſignat litera A,* & † hoc ſeruatur, vt reus ſemper ſe defendere poſsit, & valeat, propterea non concluditur in cauſa, & quatenus de facto concluſum eſſet, ea non obſtan-

obſtante, reus poterit defenſiones ſuas facere, vt voluit *Marſil. alleg. Conſi. decimo ſexto, nu. trigeſimo ſecundo.* Quinimo, † exceptiones, ac defenſiones ſuperuenientes, iudicio adhuc pendente, ad ſui fauorem deducere poterit, vt *Bart. in l. mulier, ff. ſoluto matrimonio, numero primo. cap. nullus pluribus, de regul. iur. in ſexto, vbi Dyn. numero 1.* 20

Eſtque adeo fauorabilis defenſio Reorum, quod † ſententia criminalis, conſtito de errore, ſemper reuocatur, & retractatur. *Felyn. in capitulo conſanguinei. de ſententia, & re iudic. numero nono Bart. in lege Diui fratres. ff. de pœn. numero primo.* 21

Et † à tali ſententia criminaliter lata, tanquã à continuo grauamine quandocunq; datur appellatio, vt per Puteum, omnino videndum, *de Syndicatu, in verbo appellatio, capitulo primo, numero nono,* & hæc procedit cõcluſio, tam in diffinitiua, quã in interlocutoria, vt à continua, & diutina carceratione, vtroque caſu detur appellatio, tam ante decennium, quam poſt: quia † à continuo grauamine ſemper datur appellatio, vt *Paris de Puteo loco citato,* quam opinionem *Iaſ. & clarius in lege Prætor ait, §. ſi aliquando, ff. de noui oper. nunc. numero nono,* & hoc fuit inductum potiſsimum à iure, ne innnocens indebitè condemnetur. 22 23

Reſpondendo verò ad iura pro parte negatiua ſuprà allegata, & † præſertim *dicta gloſſa prima, in lege ictus fuſtium. ff. de his qui* 24

 not.

not. infam. & Bald. in l. vt vim, ff. de iuſtit. & iure, cum omnibus ſequentibus allegatis, dicitur, dicta iura procedere, quandò ipſe reus in flagrandi adhuc crimine repertus eſſet, & non alias, quo caſu, nullæ proſunt ei defenſiones, *& gloſ. in le. pactum inter hæredem, ff. de pact.* ſic limitatur primò.

Ad dicta verò Bal. *in cap. quoniam, de probat. num. 63. & in Rubr. de pact. nume. 18.* dicitur, prędicta ſibi locum vendicare, quãdò Reus confeſſus eſt, & conuictus, vt ex ipſis iuribus allegatis colligitur, ſicque illa ſuprà allegata gloſſa limitatur ſecundò.

Veniendo ad ea, quæ pariter tetigit *Bald. in c. cum veniſſet, in fine, de teſtib. & atteſt.* Reum poſſe renunciare defenſionibus exiſtentibus tantum in apicibus iuris, quia ipſæ nihil prodeſſe poſſunt, non autem veris defenſionibus ſuis, & ipſi de iure competentibus, & totalem abſolutionem à delicto concernentibus, & ſic fuit tertio limitata, & pro affirmatiua deciſum.

EPITOME.

An qui obtinuit beneficium cum promiſsione penſionis excedentis redditus, & prouentus ipſius beneficij, Symoniacus dicatur.

SVMMARIA.

1 *Symoniacus dicitur, qui plus penſionis promiſit, quam beneficium ipſum elargitur.*

DE-

DECISIO II.

IN vna Arbenſ. pro obtinendo Canonicatu, & prębenda in ipſa Cathedrali, quis promiſerat plus penſionis, quam beneficium prę-ſtabat: ego tunc Promotor eram Fiſcalis, introduxi hanc cauſam criminaliter, quæ indeciſa inter partes pendebat occaſione dictæ penſionis, & per authoritatem *Gloſſæ fin. in cap. cum clerici, de pactis*, obtinui, ipſos ambos id eſt Canonicum, & penſionarium priuari. Thomas Triuiſanus, &c.

EPITOME

Bannitus an poſsit audiri accuſando vxorem adulteram.

SVMMARIA.

1 *Bannitus eſt perſona infamis, ſi per publicum iudicium eſt damnatus, & ideò de vtroque iure accuſare aliquem vel aliquam non poteſt, & num. 2.*

3 *Infamis infamia facti de iure Ciuili accuſare poteſt ſecus de iure Canonico.*

4 *Matrimonij cauſa ſpiritualis eſt forique Eccleſiaſticæ deciſionem requirit.*

5 *Si bannitus impunè occidi poteſt, ergo & bona ſua ſibi poſſunt auferri.*

6 *Infamis ab infami accuſatus, poteſt vti exceptione infamiæ, & repellitur ab accuſando.*

7 *Adulterium delictum eſt publicum, & ob id ſubiacet Iudicis inquiſitioni, qua ipſi iudicatus ſui competit ratione.*

8 *Accuſata mulier de adulterio.i.de publico delicto, & de eodem conuicta, infamis eſt.*

9 *Meretrix publica, infamis eſt.*

10 *Infamis contra infamem cum admittatur in teſtem, an multo magis in Accuſatorem poßit admitti.*

11 *Bannitus perdit ſolummodo enumerata in ſententia bannitoria.*

12 *Sententia banni eſt ſtricti iuris, & ob id minimè venit extendenda ad non ſpecificata, immò potius reſtringenda eſt.*

13 *Mulier banniti non poteſt adulterari.*

14 *Adulterium adeò per ſe malum eſt, quod ex nulla cauſa poßit iuſtificari.*

15 *Bannitus perdit iura Ciuitatis, à quo bannitus eſt, non autem ius Naturale, & Diuinum.*

16 *Matrimonium ipſiuſque iura à diuino iure & naturali dependent.*

17 *Bannitus in contumaciam, non dicitur infamis, & ideo accuſare poteſt præſertim vbi de proprij honoris agitur intereſſe.*

DECISIO III.

Dominus N. ex quo bannitus eſt ab hac Ciuitate, terris, lociſq; quibuſcunq; huius Dominij, in perpetuum, cum pœna capitali, prout in eius Sententia continetur, non poteſt vxorem ſuam procuratorio nomi-

nomine accuſare, obſtante ei exceptione bāni, præſertim de adulterio per eam commiſſo, & hoc multis rationibus nitebatur dicta mulier probare.

Prima erat, quia † eius vir bannitus eſt, & 1
publico Iudicio damnatus, & ſic infamis, per *tex. in l. infamem, ff. de public. iudic.* qui † infamis 2
infamia iuris accuſare non poteſt, tam de iure Canonico, quam Ciuili, vt tex. *in cap. infames, 6. quæſt. 1. & l. qui accuſare. ff. de accuſat.* Infamis † verò infamia facti, de iure Canonico re- 3
pellitur ab accuſando, quāuis de iure Ciuili admittatur, vt commun. atteſtatur Berous, *in capitulo primo, de accuſat. numero quadrageſimo quarto, & quadrageſimo ſexto*, nihilominus cum adulterium deſcendat à violatione matrimo- 4
nij, † qua matrimonij cauſa ſpititualis eſt, & ad Iudicem eccleſiaſticum ſpectat duntaxat eius cognitio, prout tenet *Deſid. Guid. conſ. 1. numero ſecundo, & tertio*, ideò ipſam accuſare i- 5
pſe non poteſt. Dicebatur etiam, † quod ſi eius maritus poteſt impunè occidi, etiam bona ipſius ipſi auferri poſſunt, vt Marſ. *in lege vnica, C. de raptu virg. nu. quinquageſimo*, quod eſt plus, poterit & eius vxor adulterari, quod eſt eſt minus, *vt capitulo cui licet, de regulis iuris in ſexto*, ideò ratione banni, & infamiæ dicebatur, primò, dictum N. non poſſe audiri in tali accuſatione, maximè obſtante in- 6
famia, quæ operatur, † vt infamis, alium quamuis etiam infamem accuſare intendat,

infa-

infami accuſatori obſtet exceptio infamiæ non obſtante, quod accuſatus pariter infamis ſit, vt eleganter tangit *Bart. in l. ſeruos, ff. de accuſat. num. 2.*

7 Dicebatur ex altera parte, quod † adulterium delictum eſt publicum, *Baldu in l. quamuis, C. ad leg. Iul. de adult. numero quarto*, & Iudex ex officio tenetur inquirere, *vt c. 1. de offic Iud. ord.* ergò quilibet ad accuſandum illud debet ad-
8 mitti; addendo etiàm, quod † quotieſcunque aliqua eſt accuſata de adulterio, ideſt delicto, vt dictum eſt, & de eo conuicta fuerit, infamis eſt, quia damnanda & ipſa venit de publico iudicio, vt *l. infamem, ff. de publ. iud.* idcò, & ipſa infamis haberi debet.

Quæ Concluſio confirmatur etiam eo,
9 quod † Meretrix publica eſt, idcòque infamis vt *gloſ. in l. 3. §. Lege Iulia, in verbo, palam ff. de teſtib.*
10 *in initio.* Cum itaq; & ipſa infamis ſit, ſi † infamis contra infamem admittitur in teſtem, vt *alleg. gloſ. in l. 3. in verbo palam, fallen. 3.* multo magis debebit admitti in accuſatorem, quod eſt longè minus.

11 Dicebatur etiã, quod † bannitus perdit ea ſolummodò, quæ enumerata ſunt in ſententia bannitoria, ſcilicet Ciuitatem, & bona ſua, quando confiſcantur, ea verò, quæ non enumerantur in dicta ſententia, non videntur amiſſa: rationem aſsignat Nellus, *in tract. ſuo de bannit. numero vndecimo, in fin*: quia inquit ipſe, quod Sententia † banni eſt ſtricti iuris, & ideò

deò non extenditur ad non ſpecificata. Cum
† itaque non fuerit ſpecificatum in eius ſen- 13
tentia bannitoria, eius vxorem poſſe adulte-
rari, videtur tale adulterium eſſe prohibitum.

Et ideò ſi cauetur ſtatuto, quod ex banni-
tus poſsit impunè offendi, & aliqua mulier ſit
exbannita, non poteſt adulterari, etiamſi vir
ſimiliter ſit bannitus, quia † adulterium eſt a- 14
deò per ſe malum, quod ex nulla cauſa poteſt
iuſtificari, ita ad literam notat Bald. *in lege fin.*
C. ſi contra ius, vel vtil. public. numero quarto, & alle.
cap. & ſi Chriſtus, de iureiur. Perdit † ideo banni- 15
tus iura ſuæ Ciuitatis, non tamen perdit ea,
quæ ſunt iuris Naturalis, & Diuini. Bart. *in l.*
amiſsione, §. qui deficiunt, ff. de capit. diminut. numero
vndecimo, perdit tamen beneficia inducta à ſta-
tutis illius Ciuitatis, è qua eſt bannitus *Marſ. in*
l. qui duobus in ſolidum. ff. de fal. numero decimo quar-
to, † Matrimonium autem, & iura ipſius, ſunt 16
de iure diuino, & naturali, *§. naturale, & ſeq. In-*
ſtit. de iure natur. gent. & ciuili. Ideo id, quod ſibi
ex hoc iure competit, à ſtatutis tolli non po-
teſt. Vltra quod etiam † principalis meus in 17
cõtumaciam fuit bannitus, & ideò non poteſt
dici infamis, Bald. *in l. 1. C. de calum. numero quar-*
to, ideo potuit accuſare ob intereſſe honòris
ſui, & ita fuit deciſum. Thomas Triuiſa-
nus &c.

EPITOME.

Contrarietas ſcripturarum, cera re-
cens,

cens, productio illarum præter ſtylum, inducunt præſumptionem falſitatis.

SVMMARIA.

1 *Inquiri quis non debet ſine iudicijs.*

2 *Falſitatis definitio.*

3 *Falſum non committitur ob mutationem veritatis in circumſtantijs.*

4 *Error potius præſumitur, quam falſum.*

5 *Vtens ſigillo alieno, vti alieno, non incidit in falſum.*

6 *Confeſſio delicti, de quo non apparet, non praiudicat contenti.*

7 *Falſum, nemini nocens, non eſt puniendum.*

8 *Contrarietas, & diuerſitas ſcripturarum arguit ſuſpitionem falſitatis.*

9 *Item, & teſtium contrarietas.*

10 *Cera recens inducit ſuſpitionem falſitatis.*

11 *Præſumitur contrà eum. de cuius intereſſe agitur.*

12 *Dolus præſumitur, vbi vtilitas adeſſe cernitur.*

13 *Modicæ vtilitatis perceptio non facile falſum præceſſiſſe vel admiſſum fuiſſe arguit.*

14 *Delinquere nemo præſumitur, niſi cum delictum poteſt eſſe ei fauorabile, & vtile.*

15 *Quæ præter ſolitum fiunt, ſuſpitionem falſitatis inducunt.*

16 *Suſpitio falſitatis habetur pro falſitate quòad inquirendum.*

17 *Subſcribens tanquàm Cancellarius Epiſcopi, cum non ſit, incidit in falſum.*

18 *Aſſe-*

18 *Aſſerens ſe notarium cùm non ſit, & conficiens Inſtrumentum incidit in falſum.*

19 *Officium Cancellarij expirat morte Epiſcopi.*

20 *Cancellarius Epiſcopi non poteſt de actu rogari, niſi ſit notarius.*

21 *Notarius ab officio depoſitus poteſt publicare inſtrumenta anteà per eum recepta.*

22 *Sigillãs ſigillo Epiſcopi defuncti, de falſo punitur.*

23 *Sigillum tribuit robur literis Ordinarij.*

24 *Sigillum Epiſcopi authenticum dicitur & faciẽs fidem, videlicet ex totius orbis generali conſuetudine, etiam à Curia Romana obſeruata.*

25 *Inſtrumenta Notarij defuncti non dicuntur authentica, niſi extracta ſint parte citata.*

26 *Falſitas committitur etiam reſpectu temporis, & data literarum.*

27 *Idq; quando tẽpus eſt de ſubſtantia actus, nu. ſeq.*

28 *Pœna falſi incurritur ex falſitate, quæ aliquo modo præiudicare poteſt, etiam ſi actu non præiudicet.*

26 *Errorem allegans, illum probare debet.*

DECISIO IIII.

INquiſitus fuit ad mei inſtantiam presbyter quidam N. de pluribus delictis, & in ſpecie, de falſitate quarundam litterarum ad Sacros ordines obtentarum à Domino tum temporis Epiſcopo Taruiſino, & perfecto proceſſu, pro parte mea, hoc eſt Fiſci, allegatum pro parte prædicti N. pre-

N. presbyteri nulliter, & iniuſtè contra ipſum proceſſum fuiſſe, nec vlla pœnâ puniri poſſe, ſub prætextu, quod nulla præceſſiſſent indicia, & ſi quæ conſiderari poterant ex diuerſitate, & cõtrarietate earundẽ litterarum, non magis videbantur vrgere contrà ipſum, quam contra N. fiſco adhærentem, eiuſque aduerſarium: Vnde inquiri ſine indicijs nullatenus debuerat, iuxta *not. in capit. cum oporteat, & in cap. inquiſitionis, §. 1. & in capitulo qualiter, & quando, il ſecundo, de accuſat. per Salyc. in l. ea quidem, numero quadrageſimo primo, C. de accuſat. quem refert, & ſequitur Angel. in tract. Maleſic. in verbo, hæc eſt quadam inquiſitio, §. ſecundo principaliter, numero trigeſimo.* Quodque non poterat prætendi falſitas, commiſſa ex ſubſcriptione facta per N. vti Epiſcopi Taruiſini Cancellarium, neque ex appoſitione ſigilli eiuſdem Epiſcopi in litteris prædictis, poſt illius obitum, neque ex data, ſub alio tempore, quamuis ipſe N. confeſſus eſſet in prædictis ſe falſitatem commi-
1 ſiſſe, cum verum prætẽderetur eſſe, N. promotum fuiſſe ab eodem Epiſcopo. & non intra tempus præfixum à iure, de quo principaliter
2 agebatur. Falſitas † verò ſit mutatio veritatis circa illud, de quo principaliter quæritur, vt *in Authent. de inſtr. cauſ. & fid. in principio. Petrus de Anchar. in conſilio 271 De titulo crimin. colum. 3. nu-*
3 *mero tertio.* Ideo † vt ſit mutatio veritatis circa circũſtantias, & qualitates non dicatur falſum eſſe commiſſum, *quid ſit falſum, vbi Bartol. & alij.*

& alij, ff. ad legem Corneli. de falſ. & in data poſtquam † etiam ex alijs conſtabat, non fuiſſe 4
promotum intrà tempus, præſumeretur potius ſcribentem erraſſe. *Din. conſil. 13. numero tertio, & 5. & Alexan. in Apoſtill. ad Bartol. in l. quoties, §. 1. ff. de hæred. inſtit.* Nec † vtens ſigillo alieno, 5
tanquam alieno, vt N. notarius fecerat, incideret in falſum. *Ioan. Fab. in §. poſſunt, Inſtit. de teſtament. Felyn. in capitulo tertio loco, in principio, de probat.* Minuſque † confeſsio delicti, de quo 6
non apparebat, confitenti præiudicaret, vt latè cumul. *Gramm. in Conſil. 37. Viſo proceſſu, numero vigeſimo,* & in † omnem euentum, quod fal- 7
ſum eſſet; poſtquam ex eo nulli damnũ illatum erat, non eſſe puniendum, *glo. Cyn. Bart. & alij, in l. damus, C. de falſ. Abb. in c. quanto, de iureiur. numero nono, & ibi Anton. de Butrio, numero decimo nono, Ioan. de Anan. in capitulo primo, colum. 9. de crimin. falſ. Felyn. in capitulo primo, numero quinto, de præſumption.* ſed concludit ritè, & recte proceſſum fuiſſe, ac eundem N. de falſo condemnari debere, & condemnauit.

Quia † ex contrarietate, & diuerſitate lite- 8
rarum promotionis huiuſmodi, quæ in data, & in ſubſcriptione apparebat, orta fuerat maxima præſumptio, & ſuſpicio falſitatis, ex eo quod veritas vnius excludit veritatem alterius, *Bald. in l. ſcripturæ, numero quarto, C. de fide inſtrumen. in l. cũ proponebatur verſic. iuxta hoc quæro, ff. de legat. 2. Dyn. in d. conſ. 13. Grammat. in conſilio vigeſimo quarto.*

9 Sicut etiam † ex contrarietate teſtium ſimi-
lis ſuſpicio oritur, vt per *Alb. in capit. cum tu, nu.*
2. de teſtibus.

Quæ quidem ſuſpicio maior erat contrà li-
10 teras pro parte ipſius N. productas ex † cera
recentiori, cum tamen Epiſcopus Taruiſanus
iam antea mortuus erat, quæ cera, in alterius
litteris ſatis vetuſta erat, ad ea quæ habentur
in capitulo inter dilectos, de fide inſtrument. Item
ex data litterarum ipſarum, qua oſtendeba-
tur, prædictum. N. non fuiſſe promotum in-
trà tempus, quod erat fundamentum inten-
tionis ipſius N. fiſco adhærentis, reſpectu va-
cationis parochialis per ipſum præfatum N.
11 obtentæ, † propterea cum de illius intereſſe,
& vtilitate ageretur, contrà eum præſumen-
dum erat, *Bal. in lege 1. C. loc. Bart. in lege finali nu-*
mero quinto, verſ. item. quod illa res. ff. de quæſtion.

12 Vbi enim † adeſt vtilitas, ibi dolus præſu-
mitur, vt per *Grammat. in conſilio vigeſimo ſecun-*
do, numero ſexto, quod etiam procedit, ſi reſul-
13 tet vtilitas, † dummodo non ſit modica, quia
tunc nõ præſumitur quis commiſiſſe falſum.
Dec. conſil. 175. col. 6. Crauet. conſil. 175. numero deci-
mo ſexto, & conſilio 56. numero decimo quarto, &
conſil. 65. num. 19.

14 E contrà † autem nemo præſumitur delin-
quere, niſi in caſu, in quo delictum ei poſſit
eſſe fauorabile, & vtile, *gloſ. in l. qui iuraſſe, §. ſi*
pater, ff. de iureiur. quam ſequitur Rom. in conſil. 304
& plures alii, quos refert Hippol. in conſil. 77. num. 7

Item

Item ex eo, quod in Rota idem N.litteras ipſas, quarum facilis fuiſſet recognitio in Curia, & minori cum impenſa non produxerat, ſed præter ſolidum, in partibus coram Compulſore exhiberi & recognoſci curauerat, & ea † quæ præter ſolitũ fiunt, ſuſpicionem fal- 15 ſitatis inducunt, *capitulo quam graui, vbi Abb. not. de crimin. falſi. Idem Abb. in capitulo ad hac, de ſententia excommunic. Felyn. in capitulo ſecundo, numero ſexto, de reſcript. Dec. in cõſil. 11. numero 16. Curtius iun. conſil. 178. nume. 12.*

Sola verò † ſuſpicio falſitatis quo ad inqui- 16 rendum habetur pro falſitate, *lege iubemus, C. de probat. Archid. in capitulo in memoriam, 19. diſtinct. quem ſic declarat Dec. in capitulo porrecta, de cõfirmat. vtili, vel inutili, & in conſilio 175. In cauſa falſitatis, & in conſilio centeſimo octuageſimo octauo. Latatus ſum. Bald. in l. ſi veritas, C. de fideicommiſſ. Dec. conſil. 602. colum. 2. in fine. Ripa conſilio ſecundo, colum. 8. in princip. numero trigeſimo ſexto, de reſcript. libro primo, comm. opin. Deciſ. 9. vbi infinita propè allegantur.*

Cumque per inquiſitionem deſuper factam compertum fuerit † litteras huiuſmodi ſubſcriptas fuiſſe à N. qui nũquã fuerat Cancellarius Epiſcopi, tanquàm eiuſdẽ Epiſcopi Can- 17 cellario, & poſt eiuſdem Epiſcopi mortem, de ipſius N. mandato, non poterat ex hoc capite idem N. crimen falſi euitare, ex not. per *Bartol. in l. reddatur, C. de profeſſ. & in l. pupilli, §. item ſi fundum, ff. de neg. geſt. l. eos. ff. de falſ.*

18 Quemadmodum † etiam is, qui aſſerit ſe Notarium, cum non ſit, & conficit Inſtrumentum, incidit in falſum. *Felyn. in capitu. ſuper litteris, de reſcript. & in capitulo tertio loco, de probat.*

Imò etſi fuiſſet Cancellarius præfati Epiſcopi, dũ viueret, adhuc videbatur ipſum nõ
19 potuiſſe illis ſubſcribere, † cũ officium Cancellarij per obitum Epiſcopi expiraſſet, vt *per*
20 *Afflict. Dec. 101.* nec † vllo modò poſſet dici de actu promotionis huiuſmodi rogatus, poſtquam tunc temporis non erat Notarius, *l. ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. de verborum obligat.* & ſic nõ poterat dici actus reſpectu ipſius Cancellarij incœptus, ita quod ab eo poſt mortem Epi-
21 ſcopi expleri potuerit, vt dicitur † de Notario ab officio depoſito, quod Inſtrumenta ante depoſitionem per eum recepta, explere poteſt, per *Bartol. in l. ad teſtamentum, §. 1. ff. de teſtam. per Alexan. poſt alios, in l. ſi quis ex argentarijs, §. 1. ff. de eden. per Scribentes, in l. Barbarius, de offi. Prat.* præſertim ex alijs litteris per dictum N. exhibitis, quibus nulla intrat ſuſpicio falſitatis, apparebat tempore promotionis alium fuiſſe Cancellarium Epiſcopi, qui ipſi promo-
22 tioni interfuerat, cumque † ſimiliter compertum fuerit eundem Cancellarium litteras huiuſmodi ſigillo eiuſdem Epiſcopi iam defuncti ſignari mandaſſe, pœnam falſi eum incurriſſe cenſendum erat, *Abb. in cap. 2. numero 17. de fide inſtrum. Bald. in Rub. C. eod. col. 5.*

Nam

Nam † per appoſitionem ſigilli, idem Can- 23
cellarius robur tribuerat litteris ipſis, cum † 24
ſigillum Epiſcopi dicatur authenticum, & fidem faciens, iuxtà notata *in capitulo poſt ceſſionem, de præbendis, & per Innocent. in cap. 2. de fide inſtrum. Soc. conſil. 258. colum. 3. verſ. præterea, libro 2. per Paul. de Caſtro, in conſil. 337. colum. 2. vol. 1.* etiam ex generali cõſuetudine totius orbis, quam Palatium Apoſtolicum obſeruat, vt inquit *Rota Dec. 1. de præbend. in nou.* eaſque litteras in authentica forma reddiderat, cùm aliàs † 25
nullam fidem feciſſent, niſi parte citata extractæ fuiſſent, *capit. cum P. tabellio, de fide inſtrum. Authen. Si quis in aliquo cum ibi notatis, C. de edendo.*

Prætereà cùm † cõſtet præfatas litteras ſub 25
alia data, quam verè actus geſtus eſſet, confectas eſſe, & ex illis intentionem ipſius Cancellarij probari, crimen falſi omnino commiſerat Cancellarius, qui illas ſub ea data confici curaſſe ex proceſſu conuincebatur.

Falſitas etenim † ita committitur reſpectu 27
temporis, quando tempus eſt de ſubſtantia actus, vel quando intereſt actũ magis eſſe ſub vno, quàm altero die, ſicut reſpectu ſubſtãtiæ ipſius actus, *l. creditor, C. de falſ.*

Et quãuis per litteras præfati N. appareret, adhuc ipſum Cancellarium non fuiſſe promotum intra tempus, computando illud à die obtentæ parochialis vſq; ad diem promotionis, de quo in litteris, non tollebatur proptereà, quin ex falſitate huiuſmodi ſequi potuiſ-

ſet præiudicium, quia ſi prædictus N. habuiſſet prorogationes de non promouendo vſque ad tempus, quo verè promotus fuit, nec de tēpore ſuæ promotionis docere potuiſſet litteræ ſub poſteriori datæ damnum hoc caſu attuliſſent, præterquam quod omni caſu eundem N. in maiori negligentia conſtituiſſent.

28 Et ſatis eſt ad incurrendam pœnam falſi, † falſitatem aliquo modo præiudicare poſſe, licèt actu non præiudicet, *Salyc. in dicta l. damus, vbi etiam Alexan. in Apoſtill. ad Bart. & in l. qui velut, C. de falſ. & per Felyn. in capit. ex tenore, num. 20. de reſcript.*

Nec verum eſt, præſumi errorem in tem-
29 pore in extractione facta per Iuliũ † quia qui errorem allegat, illum probare debet. *Aymon. in conſil. 255. numero 5.* maximè concurrentibus tot alijs, de quibus ſuprà.

EPITOME.

Textus in l. querelam, C. de falſ. procedit etiam in crimine Symoniæ.

SVMMARIA.

1 Crimen Symoniæ quo ad accuſationem, & inquiſitionem æquiparatur crimini læſæ Maieſtatis, & Hæreſis. Limitatur, vt nu. 3. 4. & 5.

2 Quod non reperitur exceptum à regula, ſub ea remanet.

6 Symonia quæ appellatur Hæreſis,

7 Symo-

7 *Symonia alia prohibita de iure Diuino, alia de iure poſitiuo.*

8 *Symoniæ differentia quæ.*

9 *Præſcriptio quæ ſuffragetur, & in quibus delictis.*

10 *Notarietas criminis eiuſdemque à reo facta confeſſio non obſtante lapſu temporis an inducere poſſint condemnationem, in dubio verſatur.*

11 *Crimina de iure Canonico temporis ſpacio etiam diuturno præſcribi non poſſe, quibus in pœnis habeat locum.*

DECISIO V.

ABbas delatus ante viginti annos in aſſecutione eiuſdem Abbatiæ, Symoniæ crimẽ commiſiſſe, pro teſtatus fuit coram me tunc delegato à Sereniſsimo Principe Venetiarum Paſchale Ciconia, quo ad formationem proceſſus, ſe non debere examinari, nec inquiri ſuper crimine huiuſmodi, ob lapſum temporis ad inquirendum, allegando *tex in. l. querelam, C. de falſ. & in lege in omnibus, ff. de diuerſ. & temp. præſcr.*

Et quamuis pro parte fiſci replicaretur, 1 crimen † Symoniæ quoad accuſationem, & inquiſitionem, æquiparari crimini læſæ Maieſtatis, *cap. ſane & ibi gloſ. 1. quæſt. 3.* & crimini Hęreſis, *cap. per tuas, de Symon. cap. preſbyter, 1. quæſtione prima, capitulo cum liqueat, eadem cauſa & quæſt.* in quibus ſemper procedi, & delinquentis memoria etiam poſt obitum damnari poteſt,

l.fin. C.ad leg.Iul. maieſt.l.4.C. de Hæret. Hocque procedere in omni Symoniá, ſiue ſit circa ordines ſacros, ſiue circa beneficia cõmiſſa, per *text.in cap. ex multis, 1.q.3.* vbi videtur omnem Symoniaci memoriam damnari poſſe.

Nihilominus ego tenui eundem Abbatem nõ poſſe inquiri, nec deberi vlterius moleſtari, qui etiam vlterius moleſtatus non fuit;
2 Quia † cum crimen Symoniæ non reperitur exceptum à regula, de qua in *d.l.quærelam, & in l.in omnib.* ſub ea omnino comprehendi debet, *c.2. de reſtit.ſpol.lib.9,*

Nec obſtare dicebam illud de æquipara-
3 tione, quia † intelligendum eſt in ijs, in qui-
4 bus reperiuntur ęquiparata, non eſt † enim omnimoda ſimilitudo inter Symoniæ crimẽ, & læſę Maieſtatis, ac Hæreſis, vt inquit *glo/. in d. cap.ſanè,* Erit ergo ſimilitudo, vt quia admittatur ad accuſandum in dictis criminalibus, admittatur pariter in crimine Symoniæ, & ſimiliter, qui in illis admittitur ad teſtificandum, in iſto etiam admittatur, vt gloſ. ſupradicta, & ita loquitur *tex.in d.cap.per tuas, & cap. licèt Helý.de Symonia.* Et licet quandoque appel-
5 letur Hæreſis, non tamen eadem † pœna punitur, & in *capitul. ad abolendam, de Hæret.in capitulo ſecundo, de Symon.& Extrau.Cum deteſtabili,*
6 *eod.tit.* præterquam † quod illud procedere poteſt in Symonia, quæ circa ordines committitur, quemadmodum ſic eam appellat, *tex.in capitulo quoties, de Symon. & in d.capitu. cum liquet,*

cum

cum alioquin magna ſit differentia inter hãc & cam, quę committitur circa beneficia:pri- 7
ma † enim prohibita eſt de iure diuino, altera verò de iure poſitiuo, ſecundum notata per Scribentes, *in cap. extirpanda, §. quia verò, de præben. in capitu. ex parte, de offic. deleg. in cap. ad audientiam, de reſcript. & in capit. pridem, de pactis.* Quod
ſi procederet etiam in † ea Symonia, quæ con- 8
ſumitur circa beneficia, intelligi forſan poſſet tantùm quo ad beneficia habentia poteſtatem clauium, vt videtur ſentire Bal. *in l. ſi quemq;, & ibi Apoſt. Cod. de Epiſcopis, & cleric.* quia hoc caſu præſumeretur data pecunia pro conſequenda illa poteſtate ſpirituali, non autem pro habẽda adminiſtratione bonorum temporalium beneficij, iuxta tradita per *Abb. in d. cap. cum pridem, colum. final. & in dicto §. quia vero,* quæ præſumptio ceſſat in caſu noſtro, cum Abbatia prædicta non haberet curam animarum. Rur-
ſus quia † non ſolum lapſum erat tempus vi- 9
ginti annorum, ſed vltrà, quapropter præſumebatur, ipſum ritè, & rectè, ac ſine vlla ſuſpicione criminis Abbatiam aſſecutum fuiſſe, vt conſul. *Dec, in conſil. 118.* præſertim cum non extarent probationes dicti criminis per euidentiam facti, nec per confeſsionem ipſius Abbatis, ita vt poſſet dici pręſcriptionem temporis in aliquo ei non ſuffragari, iuxtà opinionem Angeli, *in tract. ſuo Maleſi. in verbo, & inchoata & Carer. in ſua praxi, in §. circa quartum, nu. 368. fol. 154.* ſed duntaxat indicia, & ſatis leuia.

10 Quamuis etiam hoc de † notorietate, & confeſsione an videlicet non obſtante lapſu temporis, ex ijs ſequi poſſet condemnatio, reddatur valdè dubium, ex notat. per Bald *in capitulo ſinali numero 12. de offic. deleg. & ex ijs, quæ cumul. Hippol. de Marſil. in conſilio quadrageſimo ſexto, numero vigeſimo primo.*
11 † Et licet videantur de iure Canonico crimina præſcribi temporis ſpatio non poſſe, vt per *gloſ. in capit. admonere, 30. quæſtione 2.* id intelligendum eſt, in pœnis ſpiritualibus, ſecùs autem in temporalibus, & ſecundum aliquos, in foro etiam tantùm pœnitentiali, vt inquit *Bald. in lege prima, C. qui accuſare non poſſunt*, declarat Decius poſt alios omnes, *in capitulo licet, de præbend. numero 13.* ex quibus omnibus dictus Abbas vlterius non fuit moleſtatus. Thomas Triuiſanus.

EPITOME.

Procurator ſubſtitutus lite conteſtata, etiam in criminalibus, alium ſubſtituere poteſt.

SVMMARIA.

1 *Actus cenſetur factus ex eo capite, ex quo poteſt fieri, etiam ſi non exprimatur, quando ex alio capite fieri non poteſt.*

2 *Actus incontinenti factus cenſetur factus reſpectu actus immediatè præcedentis.*

3 *Facta poſt appellationem legitimè interpoſitam veniunt ex capite attentatorum reuocanda.*

4 Reue-

4 *Reuerentiales in forma inter alia continent, quatenus appellatio ſit interpoſita à perſona legitima.*

DECISIO VI.

IN vna Venetiarum attentatorum pro N. Andriolico Trgaurienſi contra fiſcum Patriarchalem Venetiarum tenui me † ſub ſtitutũ à procuratore ipſius Andriolici, habente facultatem ſubſtituendi, lite conteſtata; quamuis de crimine ageretur potuiſſe alium ſubſtituere, per doctrinam Angeli, *in lege prima ff. de procur. quam ſequitur Alexan. in lege quod quis, numero quinto, vbi etiam Iaſ. col. vlt. in fine & Iacobin. de Sancto Georgio, C. eod.* quicquid dixerit Bald. *in l. eos, colum. 10. C. de accuſat.* licèt non expreſsiſſet ſe ſubſtituere tanquam dominum litis effectum, cum ex alio capite ſubſtituere non poſſet, *argument. cap. cum ſuper, de offic. delegati. gloſ. in l. quamuis, C. de fideicom. Innoc. in capitulo cum ex officio, numero tertio, & ibi Felyn. in ſexto Concluſ. de praeſcript.* præſertim cum ſtatim lite cónteſtata ſubſtituiſſet, quo † caſu illa ſubſtitutio videbatur facta reſpectu actus immediatè præcedentis, vt colligitur ex not. *in lege petens, vbi Doctor. & præſertim Dec. numero 11. C. de pact.* Et propterea † omnia facta cõtra eum per Ordinariũ Patriarchalem poſt appellationẽ à dicto procuratóre ſubſtituto legitimè interpoſitã, & datos Reuerẽtiales in forma in qua

1 (beside "lem Venetiarum tenui me † ſub") 2 (beside "ſtatim lite cónteſtata ſubſtituiſſet, quo † caſu") 3 (beside "11. C. de pact. Et propterea † omnia")

qua inter alia habetur, quatenus à perſona legitima appellatio ſit interpoſita, ſecundum *Caſſad.Dec.7.numero quinto, de appellat.* venire ex capite attentatorum reuocanda, *ca. dilecti.& c. bonæ, de appellat.eod.tit.libro ſexto, cap.venientes, de iureiuran.l.vnica.ff. nihil.innou.* Et ita etiam obti-
6 nui Anno 1582. à Reuerendo Auditore Roberto Tanio Burgenſi, bonæ memoriæ Illuſtriſsimi Domini Campegij. Thomas Triuiſanus.

EPITOME.

Intellectus Bullæ Pij V. ſuper non admittendis reſignationibus beneficiorum, niſi in certis caſibus, & de illis non conferendis conſanguineis reſpectu pœnæ ſuſpenſionis.

SVMMARIA.

1 *Delinquens non debet puniri in eo, in quo non delinquit, neque vltra delictum.*

2 *Verba in cōſtitutione ſemp̱ aliquid operari debēt.*

3 *Delictum non poteſt cenſeri commiſſum, niſi effectualiter id ſequatur.*

4 *Nullus grauius puniri debet, quàm exigat delictum ab ipſo perpetratum.*

5 *Verba legis, vbi deficiunt, deficit & diſpoſitio.*

6 *Simplex diſpoſitio ſubſequens poſt diſpoſitionem prohibitiuam, ſecundum illam intelligi debet.*

DECI-

DECISIO VII.

POena ſuſpenſionis, de qua in literis Pij V. ſuper non admittendis reſignantibus beneficiorum, niſi in certis caſibus, & de illis nõ conferendis conſanguineis reſignantium, non videtur inflicta per admiſsionem deſignationis, & præſentationis, ſed ita demũ, ſi ſecuta ſit collatio, vel inſtitutio, quo ad ipſos collatores, vel ius inſtituendi habentes. Nãm † ſi per ſolam admiſsionem reſignationis, & præſentationis eſſet inflicta, punirentur collatores in eo, in quo non deliquerant, & vltrà delictum, contrà ipſius conſtitutionis tenorem, quod eſſe non debet, *cap. litteras, & capitu. paſtoralis, de iure patron. cap. vlt. de immun. Eccleſ. capit. quæſiuit, de his, quæ fiunt. à mai. par. cap. l. ſancimus, C. de pœn. cap. literas, de temp. ord. c. quanto, de tranſ. Epiſcopi,* per quæ enim quis deliquit, per hæc & torquetur, ait *gloſ. in §. item ſurdus, in verb. admittunt. inſtit. qui teſt. fac. poſſ.* 1

Item † illa verba, & qui talia beneficia, ſeu officia receperint, impertinẽter eſſent appoſita, & nihil operarentur contra *tex. in c. ſi Papa, de priuileg.* 2

Intendit enim Pontifex proſpicere, nè Symonia per Ordinarium committatur in ipſa collatione, vel inſtitutione, quæ † committi non poteſt, niſi ea ſecuta, *l. penult. §. docere, ff. ne quis in ius voc. cum ſimilib.* 3

Ruſus

ſe clericum coram ſe in teſtem inductum, & falſum repertum; ſeu per Iudicem Eccleſiaſticum iuxtà ſententiam iudicis ſæcularis exequendam.

SVMMARIA.

1 *Sententia à ſuo non iudice lata, nulla eſt, nec exequenda venit.*

2 *Clericus nunquid à Iudice ſæculari iudicari poßit etiam de falſitate quam coram ſe vt teſtis depoſuit, & num. 3.*

4 *Teſtis falſus quando à ſæculari poßit puniri etiam ſi ſit clericus, & quo caſu iudex ſæcularis iudicet contra clericum in criminibus, & numero quinto.*

6 *Acta in foro ſæculari probant in Eccleſiaſtico.*

DECISIO VIII.

PRimo quidem dicebatur, quod † ſententia prædicta non debebat executioni mandari, ex quo à non iudice, ſeu ſaltem non ſuo, fuit prolata, *argum. cap. at ſi clerici, de iudic. & ibi gloſ. in verbo non tenet.* 1

Namque † clericus nunquàm coram alio quàm iudice Eccleſiaſtico conueniri, aut iudicari poteſt, *capitulo primo, & ſecundo, ac capitulo ſi diligenti, de foro compet.* Et † quod iudex ſæcularis non poſsit condemnare clericum coram ſe falſum deponentem, voluerunt 2 3

Ioan.de Anan.in c.1.de crim.fal.numero tertio,& ibi Abb. numero nono, Bart.in l.ſi Diuus, ff. ad leg.Corn. de falſ.numero 4. & in l.ſi quis obrepſerit, eod.tit.numero quarto,& quinto, Afflict. Deciſ.230.per totum: ſed ad Eccleſiaſticum eſt remittendus, vt Capyc.*Dec.5. nume.13.* Contrariam vero † partem tenentes,dicebant clericum à iudice ſæculari poſſe puniri de falſitate coram eo depoſita, vt *gloſ.in l.nullũ, C. de teſtibus,in verbo præſcriptionem, vt ibi Bald.numero octauo,& Bar.etiam nume.5.Bar. etiam in l.hoc iure §.ſi aqua,ff.de aqua duo. & æſt.nu. fi.& latè Freder.de Senis, conſili.93.numero ſexto, & num.fi.in fi.Io.de Anan.in c.1.vt eccleſ.ben.nu.17.*

Iuribus ſupra dictis ſic ſtantibus, deciſum
5 † fuit contradictum clericum abſque alio proceſſu formando per iudicem Eccleſiaſticum, latam ſententiam per iudicem ſæcularem eſſe exequendam, per doctrinam *Innoc.in c.verum, de foro compet.in fine, & Abb.ibi, nume.20. & 21.*tenentium, iudicem ſæcularem habere cognitionem, & iuriſdictionem ſententiandi, nunquid clericus coram ſe examinatus falſum depoſuerit, quia tali caſu non iudicat contrà clericum, ſed contrà laicum, clericum in teſtem licèt falſum producentem, vt repellatur à teſtimonio, & ei nulla adhibeatur fides & ex tali productione teſtis falſi, pœnam patiatur.Propterea iudex Eccleſiaſticus tali caſu, viſo proceſſu,debet ſententiare, ſententiam-
6 que proferre.Nec obſtat,† quod talis proceſſus à iudice ſæculari fuerit fabricatus;nam reſpon-

ſpondetur, quod hoc fuit incidenter factum contra clericum, ſed tamen debet probari contra eum in foro Eccleſiaſtico, vt latè in his propè terminis conſuluit *Dominus meus Deſid. Guido conſil. 8. numero vigeſimo tertio,* pro quo etiam fuit iudicatum. Tali itaque caſu iudex ſęcularis habet cognitionẽ, & ita procedunt iura ſecundo loco allegata, non autem executionem, & ſic procedunt iura primitus annotata, prout etiam in his terminis tenuit *Marian. Soc. in c. poſtulaſti, de foro compet. q. 18. numero 12.*

EPITOME.

An corpore vitiatus exiſtens, & falſificator, debeat puniri, & qua pœna.

SVMMARIA.

1 *Sententia extraordinariè pronunciatur, quando ex coniecturis, & præſumptionibus fertur.*

2 *Authoritas Doctoris non debet allegari, quando adeſt tex. legis.*

3 *Pœna corporis vitiati abſq; diſpenſatione ordinati, & num. 6. & 7.*

4 *Pœna falſificantis literas Papales, & priuatorum, & num. 5.*

8 *Notorium non indiget probatione.*

DECISIO IX.

INdubitatum eſt, quod vbi † contrà aliquem deuenitur ad ſententiam condemnatoriam cõiecturis, ſeù præ-

 ſum-

ſumptionibus, temperanda eſt ſententia, & melius cum Reo agendum, vt non ordinaria pœna eidem imponatur, ſed extra ordinaria,
2 caſus eſt *in cap. litteris, de præſumpt.* Et † vbi habemus caſum legis, turpe eſt docto viro allegare Doctores, præſertim leuis armaturæ. Sed redeundo ad cauſam; Cum pluraliter N. non coniecturis damnatus fuerit de falſo, ſed teſtibus conuictus, vt in proceſſu, imò conuictus & cōfeſſus, vt eſt pariter in proceſſu, dum capitula produxit, & eoſdem teſtes deſuper examinari fecit.

Rurſum damnatus vt confeſſus, quod patiens enormem in corpore defectum, ad ſacros ordines promotus fuerit, & demum ad Eccle-
3 ſiam Curatam, & † idcircò in caſu hoc noſtro vendicat ſibi locum diſpoſitio *cap. ſi Epiſcopus, 50. diſtinct.* vbi cautum eſt, falſificantem chartam, deponi ab officij onere, & in monaſterium detrudi. Nec aliud ſentit ibi gloſ. dum ſe remittit ad dicta *in capitu. in memoriam 19. deſtinct. vbi gloſ. finalis* concludit pro querelantibus, & fiſco contra dictum presbyterum N. dicens quod ibi certum eſt de falſitate, vel falſificatore illum deponi, vt *in dicto capitulo Epiſcopus, ſi dubium, temperandam ſententiam.* Inanis eſt obiectio Diaz, fimbrias dilatantis ſuper intellectu ſatis vulgato, *capitulo ad falſariorum, de fal.* cum omnium ſit vna ſententia, *dicti capitul.* diſpoſitionem vendicare ſibi lo-
4 cum in † falſificante litteras Papæ, & ſi clericus

tús ille ſit ab officio, & beneficio priuatus degradandus ſit, & Curię ſæculari tradendus, ſi vero † aliorum litteras faſificauerit, mitius 5 ſecum agendum, cum tantum deponatur, & in monaſteriũ detrudatur, & ſic verificatur, quod dicit *gloſ. in verbo legitimas, in dicto capi. falſariorum*, quod falſificans litteras alterius, quã Papę, punitur, vt *in c. ad audientiam, eo. tit.* vbi ꝓpterea clericus deponitur, & in exilium mittitur. Minus ſuffragatur eidẽ N. diſcriminis illa conſideratio de falſitate in re ciuili, & in re criminali, quia *gloſ. in citat. c. presbyteri, el. 2. 5. q. 6.* nuncupatim tradit diſcrimen hoc ceſſare, ſi autem eſt recta via accuſationis, non autem ex officio, & ideò in caſu hoc noſtro ſecundum gloſ. prędictam, procedit diſpoſitio allegati *cap. ſi Epiſcopus.*

Poſtremò dum dicitur † claudum ſi in eundo ad altera non indigeat baculo, nõ indigere 6 diſpẽſatione, animaduertatur, quod in materia hac cõſideratur in membris principalibus, vt eſt tibia, & pes; deformitas, & fidelium ſcãdalũ, & ſicut illa ſe habent in plus, & minus, ita facilius, & difficilius diſpẽſatur per ſolum Papam, & ita ſeruare Eccleſiam, & Curiam Romanam, & hoc iure vtimur cũ corpore vitiatis, vt atteſtatur *Innoc. in c. cum æterni, & ibi Io. Andr. in fine, de ſententia, & re iudic. in ſexto. & notatur in capitulo primo, & ibi Innoc. Ant. de Butr. in prima notab. & cæteri omnes, & in capitu. fi. de corpore vitiat. vbi Hoſtienſ. in principio; Ioan. Andr. in fin.*

Bellam.numero ſecundo,Butrius,nuemro quarto,Abb. in fi.Innoc.in c.ſignificauit, numerotertio, eod. tit.& ibi Abb.numero 2.

Namque, vt egregiè tradunt *Hoſtienſ. & Ioan. Andr.in capitulo cum in tua, eod.tit. de corpor.vitiat.* quicquid dicant leges, conſideramus ſolum impedimentum vſus membri, nos conſideramus diminutionem, deformitatem, & ſcandalum, vt legitur & notatur *in d.c.1.eod. tit.* dum dicitur de huiuſmodi deformitate, & ſcandalo non conſtare, quod notorium eſt, & facti permanentis ſufficit allegare, cum Iudex proprijs oculis id videre valeat, & deplo-
7 rare tempora noſtra, quod qui † manus tinctas habebat, cum tinctoriæ exercitium palam exerceret, repentè, etſi ita enormiter in corpore pateretur vitium, vnde deformitas, & indecentia, & populi ſcandalum abſque diſpenſatione promotus fuerit ad ſacerdotium, demum ad Eccleſiam curatam, de qua quidem
8 † re notoria, & ipſi iudici ſatis ex inſpectione oculari, & ipſius N. confeſsione conſtituti, vt in proceſſu, & ita per Reuerendum Tanium fuit iudicatum, & per Reuerendum Cautium confirmatum, & ipſe N. priuatus in carceribus mortuus eſt. Deſiderius Guido.

EPITOME.

Iudex incompetens, inimicus, & de cuius iniuriæ vindicatione agitur, nec formare proceſſum, nec iudicare ipſe poteſt.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Quilibet clericus, vel ſacerdos tam ciuiliter, quã criminaliter coràm duntaxat ſuo Iudice ordinario conueniri debet.*

2 *Quibus quotve modis quis dicatur alicuius Ordinarius.*

3 *Priuilegiatus ratione priuilegij forum priuilegiantis domini qualiter ſortiri dicatur.*

4 *Delegatione non apparente procedens iuridice contra aliquem, delegatus dici non poteſt, & ei fides non eſt habenda.*

5 *Citatio teſtium Iuriſdictionem citantis præſupponit.*

6 *Iuriſdictionem in aliquem non habens ipſum citare nequit.*

7 *Citationes tam verbales quam reales per Iudicis veniunt præuiam authoritatem decernendæ.*

8 *Iudex is dicitur qui Iuriſdictionem habet.*

9 *Teſtes ad deponendum contra non ſubditum Iudicis iuriſdictioni, citare nequeunt.*

10 *Inquirens, & inquiſitus quatenus correlatiui dicantur.*

11 *Argumentum à principali ad acceſſorium in Iure eſt validum.*

12 *Delatio iuramenti teſtibus facta à iudice, ſapit Iuriſdictionem, & per ipſummet fit iudicem.*

13 *Teſtes minimè iurati in iudicio validè non probãt & infra num. 25.*

14 *Remiſſionis & commiſſionis proceſſus, quæ ſit differentia, & quatenus iuriſdictionem ſapiat.*

15 Crudelis eſſe dicitur, qui famæ ſuæ bonæ prodigus eam tutari negligit.

16 Fama res eſt precioſiſſima, & ideo non venit à quolibet cordato negligenda, magnumque eam amittere damnum eſt.

17 Honori detrahens, & famæ alicuius, iniurius eſt, & inimicus redditur.

18 Iudex iniuratus præſupponitur inimicus iniuriantis, & ob id à ſententiando repellitur vel iudicando, vt teſtis iniuriatus, & inimicus à teſtificando, & infrà numer. 32. quo caſu poſsit iudicare, vide infra num. 29.

19 Iudex & teſtis quatenus æquiparari dicantur.

20 Argumentum à fortiori, ſeu à multo magis, valet in iure.

21 Iudex plus quam teſtis alicui nocere poteſt.

22 Teſtis in alio nocere nequit niſi in falſi depoſitione

23 Teſtis vnicus & ſingularis de iure irritè deponit, & nullatenus probat, & infra num. 27.

28 Vtrum Iudex ſecundum allegata, & probata, an ſecundum conſcientiam ſuam iudicare debeat.

29 Iudex inimicos contra reum inimicum quatenus poſsit ſententiare.

30 Iudex non tenetur reddere rationem, quare ita ſententiauit, vt teſtis cauſam ſuæ ſcientiæ reddere tenetur.

31 Iudex authoritatem habet Leges, & Canones interpretandi caſu dubio occurrente, & in talibus ipſius arbitrio ſtatur.

33 Iudex alterius partium affinis recuſatur.

34 Iudex in cauſa propria iudicare non debet.

35 *Iudex propriam iniuriam notoriè illatã an vindicare poſſit quamuis hoc facto potius ſit executor quam Iudex.*

36 *Iniuria delictum eſt priuatum.*

37 *Volenti non fit iniuria.*

38 *Quodlibet delictum de iure Canonico publicum appellatur.*

39 *Iudex procedens ex officio in euentum ſuccumbentiæ tenetur ſenatuſconſulto Turpilliano, ſicuti accuſator.*

40 *Accuſator, & Iudex quis eſſe quãdo poſſit vel non.*

41 *In denunciatione debet procedere monitio.*

42 *Peruerſio ordinis reddit proceſſum nullum.*

43 *Iniurians non tenetur actione iniuriarum, ſi iniuriam probat veram eſſe, & in probando ſuccumbat, & num. 44.*

45 *Par in parem non habet imperium.*

46 *Magis dignus delinquendo magis peccat, & peccatum ipſius eſt magis punibile.*

47 *Iniurians ille dicitur, qui iniuriauit, & author fuit iniuriæ.*

48 *Intellectus tex. ad legem vnicam. C. de fam. libell.*

DECISIO X.

ORdinarius N. formauit proceſſum in ciuitate ſua contra N. quẽ formatum remiſit Ordinario ſuo Iuſtinopol. vt ſecũdum ipſum ſententialiter eũ puniret, cõtinebatur ſiquidẽ in dicto ꝓceſſu, ꝙ dũ ipſe N. Venetijs reperiretur, debuerat verba huiuſmodi

dicere, videlicet percepi à N. commiſiſſe, &c. quærebatur nunquid Ordinarius Iuſtinopolitanus potuerit ſuper tali proceſſu ſententiam ferre, quod omninò videbatur dicendum negatiuè, rationibus, de quibus infra.

1 Nam † quilibet clericus, vel ſacerdos, tàm in cauſis ciuilibus, quàm criminalib. nõ niſi coràm ſuo Ordinario conueniri debet, *capi. 1. de foro compet. l. ſi conuenerit, l. fin. ff. de iuriſdicti. omn. iudic. l. in criminali, C. eod. Bald. in l. magiſterij, C. eod. numero primo ſecundo & tertio, & nouiſsimè ex decreto Sacri Concil. Trident. cap. 20. cauſæ omnes, Seſſ. 24.* Sed ordinarius Polenſ. non eſt Ordinarius d. Reuerendi N. ergo incompetens.

2 Probatur minor ſic: Ordinarius † quis dicitur aut ratione originis, *l. aſſumptio, ff. ad municip. vbi gloſ. in verbo naturæ. Abb. in capitulo primo, de foro compet. numero ſexto, & in capitulo primo, de raptoribus, nume. octauo, & nono*, aut ratione ordinis, *Authent. vt clerici apud proprios Epiſcopos, &c. §. 1. coll. 6. Abb. in capitulo primo, de foro. compet. numero ſexto*, Aut ratione beneficij requirentis reſidentiam, *notat. Felyn. in capitulo dilectus, el. ſecundo, de reſcript. numero ſecundo & quarto*, aut ratione contractus, *l. hæres abſens, §. proinde, & §. apud Labeonem, ff. de iud. l. 2. C. de iuriſdict. omn. iud.* Aut ratione delicti *l. Præſes, la 2. de offic. Præſid. Abb. in capitulo primo, de præſumpt. numero ſecundo, & in cap. ſanè, de foro compet. numero quinto, & in cap. 1. de rapt. numero ſeptimo, Felyn. in cap. à nobis, el. 1. de ſententia excomm. nu 1.* aut ratione domicilij,

l. 1.

l.1.& 2.vbi de crim.agi opor.l. non dubium eſt,ff. de cuſtod.reorũ l.ſi fidei commiſſum, §.ſed & ſcriptum, ff.de iudic.vt ibi gloſ.vnica.Felyn. in cap.fin. de ſoro compet.numero vigeſimo tertio, idem Felyn.in capitu. dilectus, el ſecundo de reſcript. numero vndecimo & Abb.in capitulo primo,de rapt. numero nono. Aut ratione rei, de qua agitur, in cuius dominio ſita eſt, *vt in l.fin.C.vbi in rem actio, &c.* Aut ratione communis patriæ,vt Clericus, qui Romæ cõueniri poteſt, *l.Roma,ff.ad municipal.vbi gloſ.* Aut ratione ſtatus,in quo Reus conuentus reperitur,& ratione talis ſtatus ſubditus illius Iuriſdictionis ſit:vt ſi priuilegiatus ſit,ratione † ta- 3
lis priuilegij ſortitur forum Domini priuilegiantis *l.1.§.1.& l.2.ff.ad municipal. l.2. C.de municipal. libro decimo,* Item miles ratione militię, *l.municipes,ff.ad municipal.* Item ratione matrimonij,ſi vxoratus eſt, *l.exigere, ff.de iudic.* Item ratione temporis, vt ſi quis tempus aliquod ſteterit in aliquo loco, ibidem conueniri poteſt, *lege ſecunda,C.de incol.libro decimo.* Item ratione negotij, de quo tractatur, *l.fin.C. de iuriſdict.omnium iudic.* iſte autem Reuerendus N. nõ natus eſt, non domicilium habet, non commiſit delictum, non habet beneficium, non recepit ordines in dicta Ciuitate, & Diœceſi Polenſi, nec communis eſt patria, aut quicquam ibi fecit, vel pertractauit, ergò nullo 4
modo ſuus Ordinarius dici poteſt, nec † tanquam delegatus proceſſiſſe videtur, cum de aliqua delegatione non appareat, nec ipſe ap-

parere fecit, vt tenebatur, & ob id ei non creditur, vt notatur *in l. vnica, C. de mandat. princip. capitulo fina. 97. diſtinct. c. cum in iure perit. vbi Innoc. & Doctores omnes, de offic. & poteſt. iudic. deleg. §. eos autem, in authen. de col. & ibi Bartol. & in lege legato, ff. de legatio. & quæ habentur formaliter in Extrauagan. iniunctæ, de electio. Alexan. conſilio ſexto, Ponderatis, colum. 2. in princip. libro quarto, Dec. in conſilio 214. Diuino, colum. 2. verſic. ad tertium, lib. ſecundo, Guid. Papa q. 322. Non creditur.* Satis ſuperque ergo cõſtat de notoria illius incompetentia & illud quod fecit, ipſo iure nullum cenſendum eſt, & pro non iudicato debet haberi, *l. Præſes Prouinciæ, ff. de offic. Præſidis. l. qui neque, C. qui dare tut. poſſ. l. 2. ff. de offic. Præfect. Vrb. Anchar. conſil. 259. Ex verbis, colu. 1. in princip. Aret. conſilio centeſimo trigeſimo quarto, Clariſſimè, numero primo*, tanquam ab eo, qui ius dicendi poteſtatem non habuit, *lege prima, §. hæc autem verba, ff. quod quiſque iuris, &c. l. ſecunda in fine, ff. de pœnis.* Nec obſtat ſi dicatur, quod formauit proceſſum tantum, quem formatum Ordinario ſuo originis, & domicilij remiſit; reſpondetur namque, quod nec pręmiſſa de iure facere potuit, quia in tali proceſſus formatione nonnulla concurrunt, quæ ſapiunt Iuriſdictionẽ,
5 ſiquidem † concurrit primo citatio, vel cita-
6 tiones teſtium, quæ ſapiunt Iuriſdictionem, & Iudex, qui Iuriſdictionem in aliquem non habet, ipſum citare non poteſt, *capit. cum cauſam, vbi Abb. numero tertio, & c. prudentiam, nume-*

roſex-

ro ſexto, de offic.& poteſt.Iudicis.deleg. Et citatio- 7
nes † huiuſmodi modò verbales, modòve
reales ſint, per Iudicem decerni debent & cõ-
mitti, prout probatur, in *lege cum clerici, ibi.
ſentẽtiarum ſuarum authoritate pulſantur, vbi gloſ-
ſa, in verbo ſententiarum. Cod. de Epiſcop, is & cleri-
cis, vbi Baldus numero tertio*, ſi citatio per Iudi-
cem debet decerni, ergò per eum, qui iuriſ- 8
dictionem habet, nam † Iudex dicitur, qui iu-
riſdictionem habet, *lege prima, ff. de offic. eius, cui
mand. eſt iuriſdicti. vbi Decius, & Doctores*: propte-
reà talis citatio ſapit iuriſdictionem, nec † 9
teſtes citari poſſunt ad deponendum contra
aliquem non ſubiectum ſuæ iuriſdictioni.
quia † inquirens, & inquiſitus correlatiui 10
ſunt, & dato vno, datur & alter, ablatoque vno
tollitur & alter, vt Baldus *in lege conuenticula,
Co. de Epiſcopis & clericis*, vt ſi pater eſt, & filius
intelligitur, ſi maritus, & vxor, ſi actor, pari-
ter & reus eſt, ſi venditor, emptor, ita ſi in-
rens, inquiſitus. At in caſu noſtro non datur
inquirens, quia incompetens eſt, ergò nec in-
quiſitus, & cum † argumentum à principali
acceſſorium valeat in iure, vt tenet *Gammara,
in ſua Legali Dialectica, in capitulo de loco à principa-* 11
li ad acceſſorium, &c. inquirens, ideſt Iudex non
datur, quia iuriſdictionem non habet, inqui-
ſitus non conceditur, quia ſub inquirentis iu-
riſdictione non reperitur, vt dictum eſt, ſi i-
ſti duo principales tolluntur, teſtes tan-
quam

quam quid acceſſorium ad principales prædictos, admitti non debent; & propterea citatio teſtium nulla reputari debet, tanquam enumerata ex decreto Iudicis minime valentis eſſe Iudicem, cum ſapit iuriſdictionem.
12 Secundo † concurrit iuramentum, cuius iuramenti delationem, aut Iudex ipſe defert, aut alteri, id eſt notario committit, ſi ipſe defert, talis iuramenti delatio ſapit iuriſdictionem, *Clemen. vnica, de offic. Iud. deleg. ca. ſi qui teſtium, de teſtib. vbi Abb. numero primo.* Sic ſecundo modo, talis commiſsio ſapit pariter iuriſdictionem, vt *alleg. Clem. vnica. de offic. Iud. deleg.* nam vbi tex. dicit, quod iuramentum teſtibus deferendum committitur, ſeu delegatur, ergò quid iuriſdictionis committitur, vel delegatur, *l. more*
13 *maiorum, ff. de iuriſdict. omn. iud.* Si modo † teſtes minimè iurati fuiſſent, non probant, & talis proceſſus ex alio capite corruit, vt *c. tuis, & c. fraternitatis, de teſtibus, l. iuſiurandi, C. eod. Felyn. in capitulo cum dilecta, de reſcript. & in alleg. capitu. fraternitatis, de teſtib. numero ſecundo,* Vlterius remiſsio, quam fecit Ordinarius Polenſis Ordinario Iuſtinopolitano, cauſę, & proceſſus huiuſmodi, ſapit pariter iuriſdictionem, quia ſi remiſit querelam tantùm, cognoſcens ſe penitus incompetentem fuiſſe, proceſſus ille non tenet: ſi verò remiſit proceſſum, vt iux-
14 tà ipſius contenta ſententiaret, non dicitur † remiſsio, ſed commiſsio, quia demonſtrat, quicquid hucuſque egerit, ritè de iure egiſſe, & pro-

& propterea talis commiſſio ſapit iuriſdictionem, *alleg. l. more maiorum, ff. de iuriſdict. omn. iud.* & ideò talis formatio proceſſus, & ſubſecuta illius commiſſio, cum ſaperet iuriſdictioné, videtur omninò fuiſſe nulla. Sed dato, ſine tamen veri præiudicio, ipſum Ordinarium Polenſem Ordinarium fuiſſe dicti Reuerendi, adhuc id quod fecit, facere de iure minimè potuerit, habetur namque illud, quod † cru- 15
delis eſt, qui famam ſuam negligit, *c. nolo 12. qu. 1. cap. non ſunt, 11. quæſt. 3. Abbat. in cap. magn. num. 13. de voto, & voti redemption.* ratio enim eſt, quia † precioſa res eſt, vt *Alberic. in Authentic.* 16
teſtis, colu. 2. Cod. de teſtib. & magnum propterea eſt damnum famam ipſam amittere, *l. infamia C. de Decur. lib. 10.*

Ex † quo honore, & fama, cum ipſe Ordi- 17
narius Polen. vt diffamatus, & iniuriatus, redditur inimicus, *iuxta tex. in principio, c. veniens, de iureiuran. Felyn. in cap. repellantur, de accuſat. numero 6.* & propterea † repellitur, meritò à iudi- 18
cando, & ſi teſtis inimicus à teſtimonio repellitur, *l. teſti. ff. de probat.* quare Iudex inimicus debebit admitti, cum † teſtis & Iudex regula- 19
riter æquiparentur, imò Iudex multò magis. *Boer. Deciſ. 317. numero 15. notat. Barb. in tract. ſuo, de teſtibus ſecunda parte, num. 22. ad ca. teſtimonium, de teſtib.* † argumentum ſiquidem à fortiori, vel multo magis valet in iure, notat Abbas, *in capitulo per venerabilem, qui filii ſint leg. numero ſexto, & in capitulo cunctis, de elect. numero quinto, & textus*

ſatis

prout eſt tex. *in capitulo nihilominus, & ibi gloſſa 3. quæſtio. 9. in capitul. tam litteris, de teſtibus, vbi gloſ. in verbo ſoli, & in c. cum dilecti, de election. & in cap. licèt cauſa, de probat. vbi Abb. colum. 2. Felyn. in cap. licèt ex quadam, numero ſecundo, de teſtibus*, Iudex verò non ſic ſe habet, ipſe namque Iudex non iurat pro veritate ſententiam prolaturum, item nec plures Iudices concurrunt ad iudicandum; ſed vnus tantum, vt in caſu noſtro.

Item † quamuis ſecundum allegata, & probata ſententiare tenetur, iuxtà tex. *in l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præſid. vt Abbat. in cap. 1. de offic. ordin. num. 8.* Nihilominus conſcientia Iudicis multum in iudicando præualet, tenet *Didac. in cap. 1. num. 3. Var. reſol.* Et ſic poterit Iudex inimicus contra inimicum ſententiam proferre, & fingere ex conſcientia iudicaſſe, & arbitrium Iudicis in ijs, quæ dependent ex eius voluntate, multum valet, & iuuat. 28

Quintò Iudex † non tenetur rationem, 29
ſeu cauſam, quare ita ſententiauit reddere, vt tenetur teſtis reddere cauſam ſuæ ſci- 30
entiæ. Sextò Iudex habet authoritatem,
Leges, † & Canones interpretandi, prout 31
ſibi videbitur, quandò videtur ſibi caſum eſſe dubium, not. *Abbat. in capitul. primo, numero vigeſimo nono, de poſtulat. prælat. & idem Abb. in capitulo vt debitus, de appella. num. 28. & idem in capit. Capellanus, de fer. nume. 3.*

Et cum † talis Iudex erit inimicus, nulli 32
dubi-

dubium erit, ſi ſemper contrà inimicum arbi-
33 trabitur, & propterea † inimicus Iudex potius repellendus erit, quam inimicus teſtis, Ordinarius itaque Polenſ. ex capite inimicitiæ repellitur à iudicando. Septimò Iudex † alterius partium affinis recuſatur, *cap. abſens. 4. quæſt. 8.* ergò affinis ſuimetipſius fortius repellendus erit. Vlterius adhuc ex alio capite
34 corruit talis proceſſus, quia † in cauſa propria quis iudicare non debet. *Abb. in capit. paſtoralis, de foro compet. num. 14. & idem Abbat. in c. licèt, de Regul. n. 4. l. qui iuriſd. ff. de iuriſd. omn. iud. l. vnica, C. ne quis in ſua cauſa iudic. vel. &c. vbi Bald. nu. 1, & 2.* At dictus ordinarius de ſibi iniuria illata proceſſauit, & ſic de re propria, eo quia, cum quis iniuriatur, vel diffamatur, ipſo iure honorem ſuum amittit. *Roman. Conſil. 506. Bart. in l. infamia, C. de Decur. lib. 10.* propterea proceſſans aliquem ad recuperationem honoris ſui, iudicat de re ſua, & ad hoc, vt honor ſibi reſtituatur, oportet, vt iniurians puniatur, vltrà quod textus expreſsè hoc prohibet, *in l. lex Cornelia, ff. de iniuriis, & Bartolus in l. Senatuſconſultum, ff. de offic. Præſidis, num. 4. & idem notat. Bar. in l. qui iuriſdictioni, ff. de iuriſdict. omn. iud. nume. 6. notat. Abb. in capitul. poſtulaſti, de foro compet. numero 14.*

Nec obſtant, quæ allegantur in contrarium, per *Abb. in cap. ſi quis, de foro compet. num. 11. & 17. & in repet. eiuſdem capit. eod. tit. ſub eod. num.*
35 vt ſcilicet Iudex poſsit † vindicare propriam iniuriam

iniuriam notoriè ſibi illatam, cum hoc caſu ſit potius executor, quam Iudex, quia exequitur, vt *Lapus alleg. 137. numero tertio*, ait, pœnam à iure impoſitam: cui reſpondetur, primo de mẽte ipſius *Abba. in capitul. dilectus, de pœnis, numero tertio*, dicendo, hanc non eſſe iniuriam, ſed propalationem iniuriæ, ſecundò non notoriam, tertiò non contra Iudicem, quartò non tangentem dignitatem Epiſcopalem, ſed perſonam vti priuatam, quo caſu nullo modo Iudex eſſe non poteſt per ipſiuſmet ibi allegata, quintò, non procedunt, quando Reus non reperitur in Diœceſi Ordinarij iniuriati, quia ceſſat hoc caſu executio, quin formauit proceſſum, & alteri executionem commiſit, & ſic 36
contra dicta Abb. ibi. Item † iniuria delictum eſt priuatum, *§. in ſumma, in Inſtit. de iniur. l. iniuriarum actio, C. de iniur.* ratioque hęc eſt: quia † 37
volenti non fit iniuria, *lege prima §. vſque adeo, de iniur. & lege nemo fraudare videtur, ff. de reg. iur.* & ſi iniuratus fingat ſe non fuiſſe iniuriatum, ceſſat apud ipſum iniuriarum actio, nec alter ad accuſandum admittitur, præſertim in ſimilibus delictis priuatis, niſi paſſus iniuriam, cuius accuſatio cum ſua interſit, admittitur, accuſatio verò ab alio facta nulla reputatur, ita *Abb. in capitu. illa præpoſitorum, de accuſatio. numero primo*, ergò dicendum concludenter eſt, quandò de hac tractatur iniuria ad inſtantiam dicti Ordinarij agitari, & non alias, & cum ipſe iniuriatus, & per cõſequens accuſator ſit,

A 2 Iudex

Iudex propterea nullo modo eſſe poteſt. Et
38 quamuis † de iure Canonico quodlibet delictum reputetur publicum, vt notat *gloſ. in ca. infames in ver. fures, 6. q. 1. Hoſt. quem ſequitur, & refert Ioan. de Anan. in capitulo ſtatuimus, numero 19. de maled. & Bald. in Rubr. C qui accuſ. non poteſt. numero decimo*, adeò quod quiſque de populo ad accuſandum admittatur, ſed non ad accuſationem alicuius proceſsiſſe videtur, cum accuſator in proceſſu non reperitur, ergò abſque accuſatore videtur quidem quodammodo ex officio proceſſaſſe, vt ex proceſſu, quod quidem minimè facere potuit, & ratio colli-
39 gitur ex eo, quod † Iudex procedens ex officio contra aliquem in euentum non iuſtificati delicti, tenetur Senatuſconſ. Turpil. ſicuti accuſator, *not. Bart. in lege in Senatus, §. an ad eos, ff. ad Turpill. num. primo, l. filius familias, ff. de iudic.*
40 quia † tali caſu Iudex aſſumit partes accuſatoris, quod quidem permiſſum eſſe videtur, quando Iudex procedit ex officio, & ſic ipſe accuſator eſt de iniuria tamen minimè ad ipſum attinente: quando verò de iniuria ſibi illata agitur, nequaquam, quia verè, & accuſator & Iudex reperitur, quod de iure minimè procedere poteſt, *gloſ. in capitulo licet Heli, de Symon. in verbo Iudex, Ioan. de Anan. in capitulo primo de accuſat. numero quarto*, & ſic non tenet proceſſus, ſed vltra. Aut proceſsit ex inquiſitione, id eſt ex officio, quia procedens ex officio fingit Iudex ſibi talem denunciatum fuiſſe, & priuſquã ad

ad acta iudiciaria deueniret, † facere, vt præce- 41
deret charitatiua monitio ante correctionem
ita *tex. in alleg. capit. licet Heli, de Symon. capit. cum dilectus, de accuſat. cap. nouit, de iudic. c. ſi peccauerit, 2. quæſt. 1. capitulo indignè 12. quæſtione 2. capitul. quidem Monachi, 16. quæſt. 1. capitulo omnes decimæ, 16. quæſtion. 7. cap. de illicita, in fine 24. q. 3.* hinc
eſt, quod Iudex procedens ex officio, loco accuſatoris reputatur, & vti accuſator tenetur,
vt dictum eſt, nec conſtat ex actis alio modo,
niſi ex officio proceſsiſſe, & tali caſu nulla præ-
cedente monitione, vt *capitulo licet Heli, de Sy-* 42
mon. proterea † hoc ordine non ſeruato, de iure Canonico, ſic requiſito, proceſſus redditur
nullus ex ordinis peruerſione, *not. Ioa. de Anan. in cap. qualiter, & quando, de accuſat. numero primo, tex. eſt in lege prolatam, C. de ſententijs, & interlocutor. omn. iud. vbi Bar. & Doctores, & à contrario ſenſu, notat Ferret. Conſ. 256. numero nono,* ſed omittendo ordinem procedendi ſeruatum, ita vt
dictum, & probatum eſt contra iuris diſpoſitionem, & veniendo ad merita cauſæ huiuſmodi, de qua agitur, ex alijs quoque nullitatibus, nullus venit pronunciandus, quia † in- 43
iuria, quando intereſt Reipublicæ, vt publicetur, ne delicta ſcilicet remaneant impunita, vt *ſupra Dec. 1. num. duodecimo,* & † ſi talis in- 44
iuria verificatur, non tenetur iniuriarum actione, *lege eum, qui nocentem, ff. de iniur. vbi Bart. numero 1. l. vnica C. de famoſ. libell. Alexan. in l. 3, numero ſexto, ff. de lib. & poſthum. Felyn. in cap. dilecti,*

de except. numero 11. Abb. in c. cum te, §. ſi quis aſtrologus, de ſententia, & re iudic. l. apud Labronem, ff. de iniur. l. illud. §. fin. & l. ſeq. ff. de iniur. Abb. in capitu. ſi culpa, de iniur. numero quinto, cum iniurians in primis, & ante omnia, vt iniuriarum actione teneatur videndum eſt, an vera ſit, quę obijcitur, vt iniurians non puniatur, niſi ſuccumbat in probando, ita *text. in l. 1. C. de famoſ. libel.* propterea dictus Ordinarius Polenſ. remiſit proceſſum per ſe formatũ, vt ſecundum eum iniurians puniretur, quod facere non potuit, per ea, quæ ſuperius dicta ſunt, cum etiã quia vnus Ordinarius remiſit alteri Ordinario, & ſi iniurians voluerit iniuriam verificare, ac probare dictum Ordinarium præfati criminis Reum eſſe, ipſe Ordinarius Iuſtinopolitanus, quid facere poterit, nec in cognoſcendo,
45 nec in ſententiando, † cum par, in parem nõ habeat imperium, *l. ille, à quo, §. tempeſtiuũ, ff. ad Trebell.* quia lite pendente ſuper verificatione iniuriæ, vterque Reus extitit, & non propterea dictus Ordinarius Polenſ. iniuriatus remittens, potuiſſet cognoſci, & iudicari ab illo Iuſtinopolitan. paris iuriſdictionis, quod eſſet valdè diſſonum: quæ iniuria cùm ſit grauiſsima, tum ſui natura, cum etiam ratione perſonæ iniuriam paſſæ, ſcilicet Ordinarij
46 Polenſ. *l. atrocem, de iniur.* in † euẽtum iuſtificationis, multò plus eſſet punibilis, quia tantum plus peccat, quantum dignior eſt, vt religioſus ſi peccat, meretur magis puniri, quam laicus

laicus, tradit *Abb. in cap. cum quidam, de iureiuran. numero primo, & ibi Abb. numero 3.* & propterea debebat ad Sanctiſs. D. N. querelam talem porrigere, coram quo, aut ipſe Ordinarius vti talis punitus eſſet, aut iniuria non vera inuenta, ipſe iniurians punitus fuiſſet. Dictus tamen Ordinarius id non peregit, quia minimè de 47
iure fortaſſe victoriam conſequi ſperabat, † ſed in rei veritate, Reuerendus N. nō iniuriauit Ordinarium Polenſ. ſed ſolum propalauit iniuriam ab alio prolatam, quo caſu, non fuit iniuriȩ author, ſed tantummodo authorem propalauit, quo caſu, vtroque modo laudem ipſe meretur, namque aut iniuria eſt vera, & cum ſit grauiſsima, dictus Ordinarius valde meretur puniri, aut non eſt vera, & author talis iniuriæ debet grauiter emendari, ipſe autem quam partem in hoc habuit, aut habet. Nec obſtat ſi dicatur dictum Reuerendum N. ſimili de pœna puniri mereri, ex contentis *in lege vnica, C. de fam. libel. in illis verbis*, videlicet ſi quis famoſum libellum, ſiue domi, ſiue in publico, vel in quocunque loco ignarus repererit, aut corrumpat, priuſquam alter inueniat, aut nulli confiteatur inuentū, ſi vera, &c, ſciat ſe quaſi authorem huiuſmodi delicti capitali ſententiæ ſubiugandum, &c, ex quibus videtur poſſe colligi, quod dictus Reuerendus N. quamuis verba iniurioſa huiuſmodi percepiſſet, tenebatur ſilere, nec ipſe alteri talem iniuriam publicare, hoc au-

tem facere prętermiſit, ergo vti author iniuriæ puniri meretur; cui reſpondetur, hoc procedere primo in libello propriè accepto, ſecũdo quando author iniuriæ in libello contento ignoratur, quia timetur, ne ille author ſit, at ſi author ſit, ad effectum, vt puniatur, de infamia tenetur talis publicare, vt ex ipſis verbis colligitur, nam punitur author famoſi libelli, punitur, qui inuenit, & non corrumpit, quando ſcilicet author ignoratur, ſi author ſcitur, talis non habet corrumpere, vt aut author libelli non probando puniatur, aut iniuriatus, ſeu diffamatus infamia vera inuenta puniatur, & in hoc caſu noſtro ſcitur nomen authoris, & propterea non militat lex huiuſmodi, & ſic fuit abſolutus. Tho. Triuiſ. &c.

EPITOME.

Iuriſdictio ordinaria quando videatur ſuſpenſa per aſſiſtentiam iudicis delegati in eo actu ſcilicet delegato.

SVMMARIA.

1 *Defectus iuriſdictionis, nullitas eſt inſanabilis.*
2 *Iudex, Dux, & Imperator iudicij dicitur.*
3 *Sententia à non ſuo Iudice lata, habetur pro non lata.*
4 *Vbi maior eſt Iudex, minoris ceſſat iuriſdictio.*
5 *Iudex delegatus dicitur maior Ordinario Iudice.*
6 *Præſentia ſuperioris ſuſpendit iuriſdictionem inferioris.*
7 *Geſta per Iudicem ſuſpenſam Iuriſdictionem habentem, ſunt ipſo iure nulla.*

8 Cita-

8 Citatus eodem tempore eadem de cauſa coram duobus iudicibus paris iuriſdictionis, citatus habet electionem coràm quo comparere voluerit.

9 Iudex procedens alio modo, quàm ſibi competit, ſententia erit nulla, & tenet l. Iul. Maieſtatis, & num. 10. & vide infra num. 13.

11 Quod potuit noluit, & quod voluit adimplere nequiuit, trita iuris Regula.

12 Sententia nō habens tempus terminatum intelligitur perpetua.

13 Iudex procedens ex officio, ſuccumbens, tenetur, vti accuſator, & vti talis plectendus erit, & num. 14.

DECISIO XI.

VAcante Canonicatu, & præbenda in Cathedrali Eccleſia Iuſtinopolitana, fuit ad ipſam promotus Reuerend. Dominus presbyter Dominus Baſiach Sacerdos pariter Iuſtinopolitanus, literis vt moris eſt Datariæ ſignatis in forma dignum, & commiſſo examine Vicario Iuſtinopolitano, & poſtea Vicario Oemonien. tanquam viciniori, qui Vicarius Inſtinopolitanus receptis literis nunquam tamen ipſum Rerendum Baſiach examinare voluit, cũ valde exiſteret eius notorius inimicus, pręſentatis alijs literis eiuſdẽ tenoris Vicario Oemonien. & ab ipſo reuerenter receptis, obtulit quamprimum illum exami-

examinaturum, loco & die ſtatutis, dictus Baſiach coram Vicario prædicto Oemonien. ſe libenter præſentauit, coram quo cepto examine, aſsiſtente etiam Vicario Iuſtinopolitano eius inimico, & qui alias eum examinare recuſauit, ſubſecuta in examine, vt moris eſt. & ſæpè ſępius contingit inter interrogantem. & reſpondentem controuerſia, ipſe Baſiach vlterius non permittendo ſe examinari, receſſit à loco examinis, & ob talem receſſum Vicarius Iuſtinopolitanus dictum Baſiach ad ſui libitum à diuinis ſuſpendit: quæritur, nunquid dicta ſententia ſit nulla, iniuſtaque, & dictus Vicarius teneatur ad ſolutionem expenſarum huiuſmodi occaſione factarum per dictum Baſiach, pro quo prima facie dicebatur, quod
1 † in tali ſententia reperitur nullitas ex defectu iuriſdictionis, quæ inſanabilis eſt:
2 nam Iudex † dicitur Dux, & Imperator iudicij, prout not. *Bal. in Rub. C. ſi à non competent. iud. nume. ſecundo*, quia in eo actu examinandi, Vicarius Iuſtinopolitanus nedum Iudex non erat, verum etiam nec examini intereſſe, ſeu aſsiſtere poterat, ſed tantum Vicarius Oemonien. vti Delegatus, & executor Apoſtolicus,
3 ideò † talis ſententia redditur nulla, tanquam à non Iudice emanata, imo pro non iudicato haberi debet, vt ſupra *Dec. 6. num. 2*

4 Secundo vbi † maior iudex eſt, ceſſat iuriſdictio minoris, *l. ſi debitori, in fi. ff. de fideiuſſor.* at in dicto examine, etſi adeſſet Vicarius Iuſtino-

ſtinopolitanus Ordinarius, aderat tamen Vicarius Oemonien. in tali actu examinis delegatus Apoſtolicus, qui quidem præcedit Ordinarium, *cap. ſane, 2. de offic. & poteſt. Iud. deleg.* ergò dictus Vicarius Iuſtinopolitanus † nullam habebat iuriſdictionẽ, vti minor ob præſentiam ſuperioris ſui, ſcilicet Delegati Apoſtolici ſuſpenſam, & interdicta, *vt gloſ. notabil. in capitulo denique, in verbo maiore, 21. diſtin. & eod. in cap. antiqua, §. Dominica, in verb. niſi in Vrbe, de priuileg. c. volentes, de offic. legat.* propterea † ſententia huiuſmodi, de qua agitur, videtur lata per Iudicem ſuſpenſam iuriſdictionem habentem, & ideò ipſo iure nulla redditur, vt *gloſ. in c. præſenti, in verb. ad cautelam, de ſententia excommun. in ſexto, & hoc probat Aegid. Bellam. Cõcluſ. 623. incipien. Proceſſus, in fin. ipſius.* 5 6 7

Tertiò dato etiam, quod Vicarius vti executor Apoſtolicus, & ipſe aſtitiſſet, & verè talis eſſet, nihilominus promouendus ipſe habebat electionem ſe examinari faciendi à quo ipſe maluerat, *arg. l. ſi qui graui, §. ſi cum omnes, ff. ad Senat. Sylla.* cum autem Vicarius Oemonien. deputauerit notarium ad hunc actum, & ipſe examinauerit, ipſeque examinandus voluntariè ipſi Vicario Oemonien. ſe ſubmiſerit, ergo ſententia huiuſmodi nulla eſt. 8

Quartò in prolatione † dictæ ſentẽtiæ Vicarius Iuſtinopolitanus, & vti talis, & per cõſequens ordinarius ipſam ſententiam protulit, & non vti delegatus, & ipſe, ex actis ap- 9

paret, vti Ordinarius nullam habebat iuriſdictionem, quia iam Summus Pontifex tale examen alteri commiſerat,& delegatum conſtituerat, vti verò delegatus non ſententiauit ipſe, & quia Iudex errans circa poteſtatem ipſius, vt puta, cum eſſet Delegatus per errorem tanquam Ordinarius proceſſerit, vel ecõtra, nam cum debito nomine, & obtentu veræ poteſtatis non cognouerit,& errauerit circa fundamentum poteſtatis ſuæ, ſententia nulla erit, prout nulla eſt, ita voluit *Bald. in lege falſus, numero decimo nono & vigeſimo primo, C. de furt.*

10 Nã † ſi is, qui debet explicare actum vno modo, eligat alium incompetentem, actus, qui fit, eſt nullus, vt probatur in *capitul. cum ex parte Aſtenſ. de conceſſ. præbend. cum alijs ad propoſitum. Anchar. Conſilio. 357. incipien. Quia præſupponitur, numero ſecundo, &*

11 *iuxta* † *Regul. quod potuit, noluit, & quod voluit, adimplere nequiuit, cap. cum ſuper, de offic & poteſt. iud. delegati, & tenet Bar. in lege vnica, C. qui pro ſua iuriſdict. numero primo, & ſecundo, & ſeq.* prout etiam vtrumque tenuit *Innocen. & Hoſtienſ. Ioan. Andre. Bald. Card. Imola, Abb. & communiter alij, vt atteſtatur Felyn. in capitulo cum ex offic. de praſcription. numero vigeſimo quinto, & ſequen.* nulla vtique dicta aſſerta ſententia redditur ex prædictis nullitatibus, ſed videtur etiam iuſta, cum Reuerendus D. Baſiach volens ampſius examinari, fuerit ſuſpen-

12 ſus ad beneplacitum Iudicis, quæ † ſuſpenſio tanquam ſine temporis præfinitione com-

minata,

minata, quò caſu intelligitur, vt ſuſpenſus remaneat in perpetuum, *arg. ex notat. per Bald. in l. ſeruus, nume. 1. C. de pœna,* ſeu ſaltem per decennium, ſecundum Iaſ. *in §. curate, numer. 46. inſtitut. de action. text. in l. ſine præfinito tempore, ff. de pœn. & ibi Bart. & Bald. in l 1. Cod. de poſtul. in l. ait prætor, §. 1. in fine. ff. de re iudic.* non enim videtur pœna æqualis delicto ſtatuta, ſed penitus iniuſtiſsima, ex qua ita iniuſtè lata ſententia, debet ipſe Vicarius Iuſtinopol. in expenſis hac occaſione per dictum Baſiach factis, & paſsis, 13
condemnari, quia † proceſsit ex officio, & ſic loco accuſatoris reputatur, vt aliàs dixi *in Deciſ. 6. num. 25.* quinimò, & alijs pœnis plectendus eſſet, vt notat *Bald. in l. 1. numer. 10. verſic. caueat tamen Iudex, C. ſi à non compet. Iud.* Et † pœna 14
ei imponenda eſſet de qua *toto tit. ad leg. Iul. maieſt.* quia dolo malo iudicauit, & aſſertam nullam, & iniuſtam ſententiam protulit, Iudex minimè exiſtens, & ſic criminis læſæ maieſtatis pœnam incurrit, tanquàm iuriſdictionem alienam vſurpans, *l. 3. in fi. ff. ad leg. Iulia. maieſt. & Bart. in l. omnes populi, numer. 14. ff. de iuſtit. & iure. Capic. Deciſ. 130. in tertio dubio, numer. 21.* & ita fuit deciſum, Reuerendum Baſiach fore abſoluẽdum. Thomas Triuiſanus, &c.

EPITOME.

An articuli obiectiui in cauſa adulterij debeant admitti, & teſtes deſuper examinari.

SVM-

1 *Filius natus ex muliere coniugata etiam ſi de adulterio ſit ſuſpecta, præſumitur legitimus, & qui aliud probare intendit, non auditur, & n.2.*

3 *Articuli merè obiectiui non debent admitti.*

4 *Natus vndecimo menſe illegitimus eſt, & non hæres.*

5 *Actus Veneris præparatorij, probant adulterium.*

6 *Præſumptio iuris, & de iure, non recipit probationem in contrarium. fallit tamen vt num. 7.*

DECISIO XII.

IN vna Venetiarum, in qua vertebatur in dubium, an articuli pro parte N. producti circà materiam aſſerti adulterij, admittendi eſſent, necne? Pro parte negatiua dicebatur, quod non. Primò, quia ſunt præter & contra naturam, & qualitatem actoris pro parte eiuſdem aduerſarij propoſitæ, in qua petijt filiam natam ex D. Cecilia pronunciari illegitimam, & minimè genitam ex eius marito, attenta quantitate temporis decurſi à die abſentiæ eiuſdem mariti ab hac Ciuitate Venet. vſque ad tempus ipſius partus. Nec erat actio ab initio propoſita, & ſuper ea tantummodo eſt inſiſtendum, an attento curſu tanti temporis, poſt abſentiam viri, partus cenſeri debeat illegitimus, & ſuper hoc N. modulam plurimorum articulorum iam diu deduxit, & examinari fecit teſtes. Articuli verò poſteriores concernentes duntaxat

taxat materiam aſſerti adulterij, etiam implicitè in prioribus contentam, minimè ſunt admittendi tanquàm extrà cauſam, & impertinentes, cum ſit clarum, quod † filius natus ex muliere coniugata, etiam quod probaretur, ipſam adulterium commiſiſſe, præſumitur filius mariti, præſumptione iuris, & de iure, *l. miles, §. defuncto, vbi Doctores, ff. ad leg. Iul. de adulter. & ſtup. Abb. & alij, in c. per tuas, de prob. Alexan. conſil. 88. volum 7.* 1

Cum † igitur probatio aſſerti adulterij potius liuore, & odio, quàm pro defenſione iuris intentati minimè partem articulantem releuaret, illius probatio minimè admittenda eſt: & ita in ſpecie, quòd articuli in ſimili caſu. & materia probandi adulterium non ſint admiſſibiles, & tanquam impertinentes non admittendi, tenet *Hippol. de Marſil. in le. in criminibus, §. ad quæſtion. numero vigeſimo, & 21. ff. de quæſt.* 2

Secundò cum huiuſmodi † materia aſſerti adulterij ſit merè obiectiua, non poteſt, nec debet admitti, poſt iam diu ſeruatum terminum ad articulandum, vt voluit *Octau. Veſtr. in cap. vlt. numero 7. lib. 5.* Cum igitur huiuſmodi materia merè obiectiua, longè poſt terminum ad articulandum fuerit producta, nequaquã admitti poteſt, aut debet. 3

Pro parte affirmatiua dicebatur, fore admiſsibiles, cùm concernant expreſsè adulterium aduerſariæ: primò, quia actio cauſæ huiuſmo-

ba obſcœna, tactos impudicos, & alia ſimilia, de quibus *gloſſ. & Doctores, in l. quod ait lex, ff. ad l. Iul. de adult. & ſtup.* propterea articuli prædicti materiam ita exactam, & prægnantem, vt cauſæ huiuſmodi deciſiuam, ita clarè continentes, ſunt omninò admittendi. Nec obſtat id, quod per partem aduerſam allegatur, quod vxor quamuis adultera ſit, eius † tamen partus 6
præſumuntur legitimi, præſumptione iuris, & de iure, *iuxta l. miles, §. defuncto, ff. ad leg. Iul. de adult. & ſtup.* cui reſpondetur, textum illum nõ ita etiam expreſsè dicentem, habere fallentias, † quotieſcumque ſcilicet contrarium pro- 7
bari poſſet per propriam cõfeſsionem aduerſarij, tunc præſumptio iuris, & de iure recipit probationem in contrarium, quando probatio talis elicitur ex cõfeſsione partis, vt *notat Præpoſit. & cæteri Doctores omnes, in cap. is qui fidem, de ſponſ. & matrim.* Verum articuli præfati nedum continēt præparatoria Veneris, ſed propriam partium confeſsionem, ideo ex vtroq; capite debent admitti, prout fuerunt tandem admiſsi. Thomas Triuiſanus, &c.

EPITOME.

Tractatur materia Sodomiæ, & quæſtionum

SVMMARIA.

1 *Iudex ex quauis leui ſuſpicione, etiam non conſtito de corpore delicti, deuenire poteſt ad capturam, & num. 2.*

3 Captu-

3 *Captura ſemper iuſtificatur ex ſuperuenientia indiciorum.*

4 *Inſpectio inſtrumenti cum quo delictum commiſſum prætenditur, multum prodeſſe poteſt inquiſito.*

5 *Inquiſitio de crimine cum aliqua qualitate alterante crimen, corruit, qualitate non verificata.*

6 *Mentiens in vno, præſumitur & in altero mentiri.*

7 *Vbi de electione peritorum agitur, magis periti ſunt eligendi & adhibendi.*

8 *Periti quandocunque produci, & examinari poſſunt.*

9 *Teſtes contra quos excipitur, examinandi ſunt ſaluis exceptionibus etiam in criminalibus, quandò non examinantur rigoroſè.*

10 *In criminalibus nunquàm concluditur in cauſa.*

11 *Teſtes quos ex officio iudex in criminalibus recipere poteſt, etiam ad partis inſtantiam recipere poteſt.*

12 *De corpore delicti antè omnia debet conſtare.*

13 *Confrontatio teſtium habet vim repetitionis formales etiam ex communi obſeruantia.*

14 *Procurator acceptando depoſitiones inualidas teſtium, domino non præiudicat.*

15 *Teſtes examinati in proceſſu informato ſine partis citatione, etiam in atrocioribus non præiudicant inquiſito.*

16 *Teſtis aſſerens ſe non recordari de verbis de recenti auditis, redditur ſuſpectus.*

17 In-

17 *Iudex pro habenda veritate, ſtante ſuſpicione, poteſt teſtes inuoluere.*

18 *Iudex ad quaſtionem deuenire non poteſt, nullis extantibus indicÿs, & non conſtito de corpore delicti.*

19 *Teſtibus magis peritis deponentibus ſuper aliquo, quod iudicio percipitur, magis creditur.*

20 *Quod non eſt veriſimile vtpotè habeas falſitatis imaginem, credi non debet.*

21 *Socio criminis, ac inimico capitali, non eſt credendum.*

22 *Bona fama probata, facit, vt ſi aliàs indicia ſint ſufficientia ad quaſtionem, non poßit ad illam per iudicem procedi.*

23 *Quæ requirantur ad probandam famam de aliquo crimine realiter admiſſo.*

24 *Variatio ſi non ſit ſuper facto non principali in Reo dubium eſt, an conſiderari debeat, præſertim cum modica variatio obeſſe varianti non poßit. vide tamen infra.*

25 *Fuga poſt inquiſitionem, vel ortam ſuſpicionem inquiſitionis, non nocet inquiſito, & nu. 42.*

26 *Crimina luxuriæ, potius voluptatis, quàm vindictæ gratia ſolent committi.*

27 *Teſtis per alios teſtes conuincitur de mendacio.*

28 *Teſtibus magis concludentibus, & rationem probabilem aßignantibus, eſt magis credendum.*

29 *De corpore delicti ſatis conſtare dicitur, ſi verè vel præſumptiuè conſtet.*

30 *In crimine Sodomiæ an ſit neceſſe, quod liquidò conſtet de corpore delicti.*

31 Mos conquerendi mulierum, & earum natura, & num. ſeq.
33 Furtum præſumitur in dubio factũ ab habitante in loco, vbi fuit factum, vel etiam à vicinis.
34 Præſumitur contra ſolum inuentum cum ſola.
35 Crimina luxuriæ quandoque committi ſolent ad vindictam.
36 Variatio, & mendacium inducunt malam præſumptionem.
37 Mendacia in negotio principali faciunt indicium ad torturam.
38 Signa nonnulla attendenda, quando rei examinantur, & quænam illa.
39 Ab inſolitis oritur præſumptio mala.
40 Excuſatio non petita, eſt accuſatio manifeſta.
41 Fama publica facit indicium, & quomodo probetur, num. ſeq.
43 Fuga è carceribus, vel è manibus Curiæ facit indicium.
44 Fugam rapiens in eaque deprehenſus, nec ſponte rediens ad carceres, non ſe poteſt tueri iuramento.
45 Teſtis poteſt vno tempore recordari, & alio non.
46 Teſtes ſingulares aliquam præſumptionem faciunt.
47 Fama in genere probata nõ tollit indicia, & præſumptiones, quæ in ſpecie ſunt contrà.
48 Præſumptio reſultans ex bona fama offuſcatur ab aliis multis præſumptionibus.
49 Mala fama contra inquiſitum, etſi non ſit circà delictum, de quo imputatur, tamen inquiſitum aggrauat.

50 Quæ

50 *Quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, & quãdo procedat, num. 51.*

52 *Indicia legitimè probata ſufficiunt ad torturam.*

53 *Quæ procedunt multo magis, quando plura procedunt indicia ab ore inquiſiti, & ſumus in atroci crimine in occultis committi ſolito.*

DECISIO XIII.

IN vna N. in qua quidã magiſter delatus erat de crimine peſsimo cum quodam puero ſuo diſcipulo commiſſo, pro parte eiuſdem Rei dicebatur, quod captura fuerit indebita, † quaſi quod non ſa- 1
tis ſit vulgatum, ad illam Iudicem deuenire poſſe, etiam ex quauis leui ſuſpicione, *Baldus in l. quod euitandi, C. de cond. ob turp. cauſ. Salic. in l. 2. verſic. prouident tamen Iudices, Co. de exhiben. reis Hyppol. in l. 1. in princip. ff. de quæſt. & in §. conſtante, numero 5.* † imò etiam ſecundum eundem Bal. non conſtito adhuc de corpore delicti, *in leg. conſentaneum, colum. 3. quomodo, & quando Iudex, in l. 2. Codic. de his, qui latr. occult. Angel. in §. audient, de defenſ. Ciuit.* † præter id quod ſemper 3
captura iuſtificatur ex ſuperuenientia indiciorum, & ideò inter Doctores rarò, aut nunquam conſueuit fieri de illa diſputatio.

Sed benè videbatur aliquo modo ipſe Reus conqueri poſſe, quod non fuerit commiſſum per Iud. à quo, prout ſæpius petitũ fuit † 4
inſpici membrũ dicti inquiſiti, quia cũ agere-

tur de crimine Sodomiæ cum qualitate fra-
cturæ, ocularis inſpectio per peritos membri
virilis, cum quo facta prætendebatur, videba-
tur poſſe aliquo modo ipſi inquiſito prodeſſe,
*ex not. per Bar. in l. 1. ff. ad l. Corn. de Sicar. per Bal. in
l. 1. C. de emen. ſeruorũ, & in l. cum mandati, C. mãd.*
5 Licèt † enim qualitas huiuſmodi forſan augeat
pœnam huius nefandi criminis, & propterea
non poſsit dici, quod illa non verificata in-
quiſitio, ſiue querela corruat, ſecundum *not.
per Bart. in l. denunciaſſe, §. quid tamen, colum. 2. ff.
ad leg. Iul. de adul. per Ioan. Andr. in addit. ad Specul.
in Rubr. de inquiſit.* tamen inficiari non poteſt,
quin reperto fortaſſe ex qualitate mẽbri quod
fractura facta non foret, oriretur pręſumptio,
6 quod ſicut † de iſta qualitate mentiebatur pa-
tiens accuſator, ita de ipſo mentiretur, *argum.
not. in l. ſi ex falſis, C. de tranſact. in ca. fraternitatis,
cum aliis, de hæret.*

Item videbatur conqueri ipſe inquiſitus,
quod circa inſpectionem loci fracti ipſius pa-
7 tientis, † nedum D. Iud. à quo, Chirurgos,
quos potius, quàm Phyſicos accuſare debuit,
tanquam magis in ſimilibus doctos, & exper-
tos, *vt per Angel. in l. qui luminibus, ff. de ſer. vrb.
præd. & latè per Dec. in cap. propoſuiſti. numer. 12. de
proba.* non adhibuerit, verum etiam Georgi-
um, qui locum vnà cum Phyſicis deputatis cu-
rioſitate forſan, vel alia cauſa motus inſpexe-
rat, cum produceretur à parte, repulerit, præ-
ſertim cùm non conſtaret, quod vltrò ſe of-
ferret,

ferret, & non poſſet reſpectu facti, quod oculis corporeis ſubijcitur mentiri, & in reliquis potuiſſet tales rationes adducere, per quas, vel inquiſito, vel curiæ profuiſſet, aut ſaltem inducere ipſum Iudicem ad aliorum † perito- 8
rum electionem, qui quandocunque produci poſſunt, ſecundum magis communem, de qua per eundem *Dec. in dict. cap. propoſuiſti, num. 14.* cum in illos non caderet conſideratio, quę in teſtibus, & † in omnem caſum examinan- 9
dus erat ſaluis exceptionibus. *Authen. ſi teſtis, C. de teſtibus*, quæ etiam habet locum in criminalibus, quando quis non eſt cum tortura examinandus, *Bartolus in l. prima. §. ſi dicatur, ff. de quæſtion.*

Item conquerebatur quod D. Iudex pronunciauerit præcluſam eſſe viam probationibus. cum † in criminalibus præſertim ad de- 10
fenſam, quandocunque teſtes recipi, & probationes fieri poſsint, nec vnquàm concludatur, *Bartol. in l. 1. §. fin. & in l. vnica, §. reus, & §. cognituram, ff. de quæſt. in l. 2. §. ſi pub. numero 15. de adulter.* licèt in hoc poſtea Iudex prudenter ſe geſſerit, teſtes inductos ex eius officio recipiendo, quos † etiam ad ipſius inquiſiti inſtan- 11
tiam recipere debuiſſet, vt *per Bald. in l. 1. colum. 3. verſic. quartò quæro, Cod. de condict. indeb per Hyppol. de Marſ. in Conſil. 6. numero 32. & in ſua pract. in §. ſequens quæſtio, in principio.*

Non minus ex altera conquerebatur Fiſcalis procurator, & ipſa Curia, quod idem Iudex

 ſtatim

ſtatim habita querela, vel carcerato inquiſito, non commiſerit peritis inſpiciendum locum fractum patientis, qui potuiſſent re adhuc recẽtiori exiſtente, planè iudicare,& cognoſcere, an ex ruptura vel aliunde proceſſiſſet,ita quod per ea, quæ infra dicam facilior fuiſſet reſolutio propoſiti caſus, & diligenter eos interrogari, videlicet quomodo cognouiſſent eſſe fracturam, an nõ eſſet fractura huiuſmodi magna vel parua, profunda, vel ſuperficialis, recens, vel antiqua, in qua parte loci, an eſſet caro forſan ſuperexiſtens, vel reliqua huiuſmodi, vt ex his potuiſſent periti
12 poſtquam à principio non viderant apertius conijcere, vnde magis cauſata foret, cum † in primis ſemper debeat quilibet bonus Iudex de ipſo corpore delicti in proceſſu conſtare facere, *vulg. lege prima §. illud autem, & ibi Bart. ff. ad Syl. cum plene cumulatis per Marſ. in d. ſua pract. in prin.*

Et quod in confrontatione Cæſaris, & Hãnibalis executoris teſtium p̃o fiſco examinatorum, non delata fuerint eis iuramenta,
13 poſtquam † ipſa confrontatio aliâs habet vim repetitionis formalis, *Angel. in lege de vnoquoque, circa medium, vbi Paul. de Caſtro, & Alexan. Iaſ. in lege ne quicquam, §. vbi decretum, col. 5. de offic. Proconſ. Deci. in conſilio 618.* Etiam ex communi pract. item quod nec reliquos teſtes pro informatione Curiæ examinatos, ipſo inquiſito
14 citato repetierit, quandoquidem † illius procurator

curator non potuerit inquiſito præiudicare, acceptando depoſitiones teſtium nullas, & inualidas, niſi de expreſſa commiſsione principali, vt per *Firman. in ſuo Repert. in verbo procurator praiudicat, numero trigeſimo, in fine.* ita quod non eſſet ponere os in cœlum, dicere, quod adhuc eſſemus in † proceſſu informatiuo, & 15
quod omnes teſtes hactenus examinati, tanquam ſine partis citatione examinati non præiudicent inquiſito, quamuis ſimus in atrocioribus, & enormibus, *Bartol. in lege fin. in fi. ff. de quaeſt. & Felyn. in capitulo ſecundo, verſ. fallit quinto, colum. 4. de teſtibus. Grammat. in conſilio 64. in princip. & in voto 11. numero decimo ſexto, & 34. numero 23. cum alijs.*

Quamuis quidem adhuc conqueri poſſet, quod quidem Dominus Iudex à quo, alia etiam omiſerit, quia, & à prædicto N. qui aſſerendo, quod † de prædictis verbis ita dere- 16
centi per eum auditis, non recordabatur, admodum ſe ſuſpectum reddebat, vt per *Crau. conſilio nono, numero ſeptimo,* & ab alijs teſtibus ſuper publica voce & fama examinatis, & ab ipſo principali pro clariori veritate multa, quæ longum eſſet recenſere, dicere potuiſſet, & debuiſſet, *capitu. iudicantem, 30. q. 5. gloſſ. in Authenti. de tabell. in princip. Marſ. in conſilio trigeſimo* 17
nono, num. 49. vol. 2. † inuoluendo etiam ipſos, ſtante ſuſpicione materiæ, & non ita ſimpliciter tranſeũdo, iuxta notata per *In. in c. cũ cauſam nu. 3. de probat. & per Grammat in conſ. 1. nume. 9.*

paret, vti Ordinarius nullam habebat iuriſ-
dictionem, quia iam Summus Pontifex tale
examen alteri commiſerat, & delegatum con-
ſtituerat, vti verò delegatus non ſententiauit
ipſe, & quia Iudex errans circa poteſtatem i-
pſius, vt puta, cum eſſet Delegatus per erro-
rem tanquam Ordinarius proceſſerit, vel ecō-
tra, nam cum debitò nomine, & obtentu ve-
ræ poteſtatis non cognouerit, & errauerit cir-
ca fundamentum poteſtatis ſuæ, ſententia nul
la erit, prout nulla eſt, ita voluit *Bald. in lege fal-
ſus, numero decimo nono & vigeſimo primo, C. de furt.*
10 Nã † ſi is, qui debet explicare actum vno mo-
do, eligat alium incompetentem, actus, qui
fit, eſt nullus, vt probatur in *capitul. cum ex par-
te Aſtenſ. de conceſſ. præbend. cum alijs ad propoſi-
tum. Anchar. Conſilio. 357. incipien. Quia præſup-*
11 *ponitur, numero ſecundo, & iuxta † Regul. quod po-
tuit, noluit, & quod voluit, adimplere nequiuit, cap.
cum ſuper, de offic & poteſt. iud. delegati, & tenet Bar.
in lege vnica, C. qui pro ſua iuriſdict. numero primo,
& ſecundo, & ſeq.* prout etiam vtrumque tenu-
it *Innocen. & Hoſtienſ. Ioan. Andre. Bald. Card. Imo-
la, Abb. & communiter alij, vt atteſtatur Felyn. in ca-
pitulo cum ex offic. de præſcription. numero vigeſimo
quinto, & ſequen.* nulla vtique dicta aſſerta ſen-
tentia redditur ex prædictis nullitatibus, ſed
videtur etiam iuſta, cum Reuerendus D. Ba-
ſiach volens amplius examinari, fuerit ſuſpen
12 ſus ad beneplacitum Iudicis, quæ † ſuſpen-
ſio tanquam ſine temporis præfinitione com-

minata,

minata, quò caſu intelligitur, vt ſuſpenſus remaneat in perpetuum, *arg. ex notat. per Bald. in l. ſeruus, nume. 1. C. de pœna*, ſeu ſaltem per decennium, ſecundum Iaſ. *in §. curate, numer. 46. inſtitut. de action. text. in l. ſine præfinito tempore, ff. de pœn. & ibi Bart. & Bald. in l 1. Cod. de poſtul. in l. ait prætor, §. 1. in fine. ff. de re iudic.* non enim videtur pœna æqualis delicto ſtatuta, ſed penitus iniuſtiſsima, ex qua ita iniuſtè lata ſententia, debet ipſe Vicarius Iuſtinopol. in expenſis hac occaſione per dictum Baſiach factis, & paſsis, 13
condemnari, quia † proceſsit ex officio, & ſic loco accuſatoris reputatur, vt aliàs dixi *in Deciſ. 6. num. 25.* quinimò, & alijs pœnis plectendus eſſet, vt notat *Bald. in l. 1. numer. 10. verſic. caueat tamen Iudex, C. ſi à non compet. Iud.* Et † pœna 14
ei imponenda eſſet de qua *toto tit. ad leg. Iul. maieſt.* quia dolo malo iudicauit, & aſſertam nullam, & iniuſtam ſententiam protulit, Iudex minimè exiſtens, & ſic criminis læſæ maieſtatis pœnam incurrit, tanquàm iuriſdictionem alienam vſurpans, *l. 3. in fi. ff. ad leg. Iulia. maieſt. & Bart. in l. omnes populi, numer. 14. ff. de iuſtit. & iure. Capic. Deciſ. 130. in tertio dubio, numer. 21.* & ita fuit deciſum, Reuerendum Baſiach fore abſoluẽdum. Thomas Triuiſanus, &c.

EPITOME.

An articuli obiectiui in cauſa adulterij debeant admitti, & teſtes deſuper examinari.

1 *Filius natus ex muliere coniugata etiam ſi de adulterio ſit ſuſpecta, præſumitur legitimus, & qui aliud probare intendit, non auditur, & n.2.*
3 *Articuli merè obiectiui non debent admitti.*
4 *Natus vndecimo menſe illegitimus eſt, & non hæres.*
5 *Actus Veneris præparatorij, probant adulterium.*
6 *Præſumptio iuris, & de iure, non recipit probationem in contrarium. fallit tamen vt num.7.*

DECISIO XII.

IN vna Venetiarum, in qua vertebatur in dubium, an articuli pro parte N. producti circà materiam aſſerti adulterij, admittendi eſſent, necne? Pro parte negatiua dicebatur, quod non. Primò, quia ſunt præter & contra naturam, & qualitatem actoris pro parte eiuſdem aduerſarij propoſitæ, in qua petijt filiam natam ex D. Cecilia pronunciari illegitimam, & minimè genitam ex eius marito, attenta quantitate temporis decurſi à die abſentiæ eiuſdem mariti ab hac Ciuitate Venet. vſque ad tempus ipſius partus. Nec erat actio ab initio propoſita, & ſuper ea tantummodo eſt inſiſtendum, an attento curſu tanti temporis, poſt abſentiam viri, partus cenſeri debeat illegitimus, & ſuper hoc N. modulam plurimorum articulorum iam diu deduxit, & examinari fecit teſtes. Articuli verò poſteriores concernentes duntaxat

taxat materiam aſſerti adulterij, etiam implicitè in prioribus contentam, minimè ſunt admittendi tanquàm extrà cauſam, & impertinentes, cum ſit clarum, quod † filius natus ex muliere coniugata, etiam quod probaretur, ipſam adulterium commiſiſſe, præſumitur filius mariti, præſumptione iuris, & de iure, *l. miles, §. defuncto, vbi Doctores, ff. ad leg. Iul. de adulter. & ſtup. Abb. & alij, in c. per tuas, de prob. Alexan. conſil. 88. volum 7.* 1

Cum † igitur probatio aſſerti adulterij potius liuore, & odio, quàm pro defenſione iuris intentati minimè partem articulantem releuaret, illius probatio minimè admittenda eſt: & ita in ſpecie, quòd articuli in ſimili caſu, & materia probandi adulterium non ſint admiſſibiles, & tanquam impertinentes non admittendi, tenet *Hippol. de Marſil. in le. in criminibus, §. ad quaeſtion. numero vigeſimo, & 21. ff. de quaeſt.* 2

Secundò cum huiuſmodi † materia aſſerti adulterij ſit merè obiectiua, non poteſt, nec debet admitti, poſt iam diu ſeruatum terminum ad articulandum, vt voluit *Octau. Veſtr. in cap. vlt. numero 7. lib. 5.* Cum igitur huiuſmodi materia merè obiectiua, longè poſt terminum ad articulandum fuerit producta, nequaquã admitti poteſt, aut debet. 3

Pro parte affirmatiua dicebatur, fore admiſsibiles, cùm concernant expreſsè adulterium aduerſariæ: primò, quia actio cauſæ huiuſmo-

ba obſcœna, tactos impudicos, & alia ſimilia, de quibus *gloſſ. & Doctores, in l. quod ait lex, ff. ad l. Iul. de adult. & ſtup.* propterea articuli prædicti materiam ita exactam, & prægnantem, vt cauſæ huiuſmodi deciſiuam, ita clarè continentes, ſunt omninò admittendi. Nec obſtat id, quod per partem aduerſam allegatur, quod vxor quamuis adultera ſit, eius † tamen partus 6
præſumuntur legitimi, præſumptione iuris, & de iure, *iuxta l. miles, §. defuncto, ff. ad leg. Iul. de adult. & ſtup.* cui reſpondetur, textum illum nõ ita etiam expreſsè dicentem, habere fallentias, † quotieſcumque ſcilicet contrarium probari poſſet per propriam cõfeſsionem aduer- 7
ſarij, tunc præſumptio iuris, & de iure recipit probationem in contrarium, quando probatio talis elicitur ex cõfeſsione partis, vt *notat Præpoſit. & cæteri Doctores omnes, in cap. is qui fidem, de ſponſ. & matrim.* Verum articuli præfati nedum continẽt præparatoria Veneris, ſed propriam partium confeſsionem, ideo ex vtroq; capite debent admitti, prout fuerunt tandem admiſsi. Thomas Triuiſanus, &c.

EPITOME.

Tractatur materia Sodomiæ, & quæſtionum

SVMMARIA.

1 *Iudex ex quauis leui ſuſpicione, etiam non conſtito de corpore delicti, deuenire poteſt ad capturam, & num. 2.*

8 Captu

3 *Captura ſemper iuſtificatur ex ſuperuenientia indiciorum.*

4 *Inſpectio inſtrumenti cum quo delictum commiſſum prætenditur, multum prodeſſe poteſt inquiſito.*

5 *Inquiſitio de crimine cum aliqua qualitate alterante crimen, corruit, qualitate non verificata.*

6 *Mentiens in vno, præſumitur & in altero mentiri.*

7 *Vbi de electione peritorum agitur, magis periti ſunt eligendi & adhibendi.*

8 *Periti quandocunque produci, & examinari poſſunt.*

9 *Teſtes contra quos excipitur, examinandi ſunt ſaluis exceptionibus etiam in criminalibus, quandò non examinantur rigoroſè.*

10 *In criminalibus nunquàm concluditur in cauſa.*

11 *Teſtes quos ex officio iudex in criminalibus recipere poteſt, etiam ad partis inſtantiam recipere poteſt.*

12 *De corpore delicti antè omnia debet conſtare.*

13 *Confrontatio teſtium habet vim repetitionis formales etiam ex communi obſeruantia.*

14 *Procurator acceptando depoſitiones inualidas teſtium, domino non præiudicat.*

15 *Teſtes examinati in proceſſu informato ſine partis citatione, etiam in atrocioribus non præiudicant inquiſito.*

16 *Teſtis aſſerens ſe non recordari de verbis de recenti auditis, redditur ſuſpectus.*

17 In-

17 *Iudex pro habenda veritate, ſtante ſuſpicione, poteſt teſtes inuoluere.*

18 *Iudex ad quæſtionem deuenire non poteſt, nullis extantibus indicijs, & non conſtito de corpore delicti.*

19 *Teſtibus magis peritis deponentibus ſuper aliquo, quod iudicio percipitur, magis creditur.*

20 *Quod non eſt veriſimile vtpotè habeas falſitatis imaginem, credi non debet.*

21 *Socio criminis, ac inimico capitali, non eſt credendum.*

22 *Bona fama probata, facit, vt ſi aliàs indicia ſint ſufficientia ad quæſtionem, non poßit ad illam per iudicem procedi.*

23 *Quæ requirantur ad probandam famam de aliquo crimine realiter admiſſo.*

24 *Variatio ſi non ſit ſuper facto non principali in Reo dubium eſt, an conſiderari debeat, præſertim cum modica variatio obeſſe varianti non poßit. vide tamen infra.*

25 *Fuga poſt inquiſitionem, vel ortam ſuſpicionem inquiſitionis, non nocet inquiſito, & nu. 42.*

26 *Crimina luxuriæ, potius voluptatis, quàm vindictæ gratia ſolent committi.*

27 *Teſtis per alios teſtes conuincitur de mendacio.*

28 *Teſtibus magis concludentibus, & rationem probabilem aßignantibus, eſt magis credendum.*

29 *De corpore delicti ſatis conſtare dicitur, ſi verè vel præſumptiuè conſtet.*

30 *In crimine Sodomiæ an ſit neceſſe, quod liquidò conſtet de corpore delicti.*

31 *Mos conquerendi mulierum, & earum natura, & num. ſeq.*

33 *Furtum præſumitur in dubio factũ ab habitante in loco, vbi fuit factum, vel etiam à vicinis.*

34 *Præſumitur contra ſolum inuentum cum ſola.*

35 *Crimina luxuriæ quandoque committi ſolent ad vindictam.*

36 *Variatio, & mendacium inducunt malam præſumptionem.*

37 *Mendacia in negotio principali faciunt indicium ad torturam.*

38 *Signa nonnulla attendenda, quando rei examinantur, & quænam illa.*

39 *Ab inſolitis oritur præſumptio mala.*

40 *Excuſatio non petita, eſt accuſatio manifeſta.*

41 *Fama publica facit indicium, & quomodo probetur, num. ſeq.*

43 *Fuga è carceribus, vel è manibus Curiæ facit indicium.*

44 *Fugam rapiens in eaque deprehenſus, nec ſponte rediens ad carceres, non ſe poteſt tueri iuramento.*

45 *Teſtis poteſt vno tempore recordari, & alio non.*

46 *Teſtes ſingulares aliquam præſumptionem faciunt.*

47 *Fama in genere probata nõ tollit indicia, & præſumptiones, quæ in ſpecie ſunt contrà.*

48 *Præſumptio reſultans ex bona fama offuſcatur ab aliis multis præſumptionibus.*

49 *Mala fama contra inquiſitum, etſi non ſit circà delictum, de quo imputatur, tamen inquiſitum aggrauat.*

50 *Quæ*

50 *Quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, & quãdo procedat, num.* 51.

52 *Indicia legitimè probata ſufficiunt ad torturam.*

53 *Quæ procedunt multo magis, quando plura procedunt indicia ab ore inquiſiti, & ſumus in atroci crimine in occultis committi ſolito.*

DECISIO XIII.

IN vna N. in qua quidã magiſter delatus erat de crimine peſsimo cum quodam puero ſuo diſcipulo commiſſo, pro parte eiuſdem Rei dicebatur, quod captura fuerit indebita, † quaſi quod non ſatis ſit vulgatum, ad illam Iudicem deuenire poſſe, etiam ex quauis leui ſuſpicione, *Baldus in l. quod euitandi, C. de cond. ob turp. cauſ. Salic. in l. 2. verſic. prouident tamen Iudices, Co. de exhiben. reis Hyppol. in l. 1. in princip. ff. de quæſt. & in §. conſtante, numero* 5. † imò etiam ſecundum eundem Bal. non conſtito adhuc de corpore delicti, *in leg. conſentaneum, colum. 3. quomodo, & quando Iudex, in l. 2. Codic. de his, qui latr. occult. Angel. in §. audient, de defenſ. Ciuit.* † præter id quod ſemper captura iuſtificatur ex ſuperuenientia indiciorum, & ideò inter Doctores rarò, aut nunquam conſueuit fieri de illa diſputatio. 1 3

Sed benè videbatur aliquo modo ipſe Reus conqueri poſſe, quod non fuerit commiſſum per Iud. à quo, prout ſæpius petitũ fuit † inſpici membrũ dicti inquiſiti, quia cũ agere- 4

tur de crimine Sodomiæ cum qualitate fra-ƈturæ, ocularis inſpeƈtio per peritos membri virilis, cum quo faƈta prætendebatur, videbatur poſſe aliquo modo ipſi inquiſito prodeſſe, *ex not. per Bar. in l. 1. ff. ad l. Corn. de Sicar. per Bal. in l. 1. C. de emen. ſeruorũ, & in l. cum mandati, C. mãd.*
5 Licèt † enim qualitas huiuſmodi forſan augeat pœnam huius nefandi criminis, & propterea non poſsit dici, quod illa non verificata inquiſitio, ſiue querela corruat, ſecundum *not. per Bart. in l. denunciaſſe, §. quid tamen, colum. 2. ff. ad leg. Iul. de adul. per Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in Rubr. de inquiſit.* tamen inficiari non poteſt, quin reperto fortaſſe ex qualitate mẽbri quod fraƈtura faƈta non foret, oriretur præſumptio,
6 quod ſicut † de iſta qualitate mentiebatur patiens accuſator, ita de ipſo mentiretur, *argum. not. in l. ſi ex falſis, C. de tranſaƈt. in ca. fraternitatis, cum aliis, de hæret.*

Item videbatur conqueri ipſe inquiſitus, quod circa inſpeƈtionem loci fraƈti ipſius pa-
7 tientis, † nedum D. Iud. à quo, Chirurgos, quos potius, quàm Phyſicos accuſare debuit, tanquam magis in ſimilibus doƈtos, & expertos, *vt per Angel. in l. qui luminibus, ff. de ſer. vrb. præd. & latè per Dec. in cap. propoſuiſti. numer. 12. de proba.* non adhibuerit, verum etiam Georgium, qui locum vnà cum Phyſicis deputatis curioſitate forſan, vel alia cauſa motus inſpexerat, cum produceretur à parte, repulerit, præſertim cùm non conſtaret, quod vltrò ſe offerret,

ferret, & non poſſet reſpectu facti, quod oculis corporeis ſubijcitur mentiri, & in reliquis potuiſſet tales rationes adducere, per quas, vel inquiſito, vel curiæ profuiſſet, aut ſaltem inducere ipſum Iudicem ad aliorum † perito- 8
rum electionem, qui quandocunque produci poſſunt, ſecundum magis communem, de qua per eundem *Dec. in dict. cap. propoſuiſti, num. 14.* cum in illos non caderet conſideratio, quę in teſtibus, & † in omnem caſum examinan- 9
dus erat ſaluis exceptionibus. *Authen. ſi teſtis, C. de teſtibus*, quæ etiam habet locum in criminalibus, quando quis non eſt cum tortura examinandus, *Bartolus in l. prima. §. ſi dicatur, ff. de quæſtion.*

Item conquerebatur quod D. Iudex pronunciauerit præcluſam eſſe viam probationibus. cum † in criminalibus præſertim ad de- 10
fenſam, quandocunque teſtes recipi, & probationes fieri poſsint, nec vnquàm concludatur, *Bartol. in l. 1. §. fin. & in l. vnica, §. reus, & §. cognituram, ff. de quæſt. in l. 2. §. ſi pub. numero 15. de adulter.* licèt in hoc poſtea Iudex prudenter ſe geſſerit, teſtes inductos ex eius officio recipiendo, quos † etiam ad ipſius inquiſiti inſtan- 11
tiam recipere debuiſſet, vt *per Bald. in l. 1. colum. 3. verſic. quartò quæro, Cod. de condict. indeb per Hyppol. de Marſ. in Conſil. 6. numero 32. & in ſua pract. in §. ſequens quæſtio, in principio.*

Non minus ex altera conquerebatur Fiſcalis procurator, & ipſa Curia, quod idem Iudex

curator non potuerit inquiſito prȩiudicare, acceptando depoſitiones teſtium nullas, & inualidas, niſi de expreſſa commiſsione principali, vt per *Firman. in ſuo Repert. in verbo procurator praiudicat, numero trigeſimo, in fine.* ita quod non eſſet ponere os in cœlum, dicere, quod adhuc eſſemus in † proceſſu informatiuo, & 15
quod omnes teſtes hactenus examinati, tanquam ſine partis citatione examinati non præiudicent inquiſito, quamuis ſimus in atrocioribus, & enormibus, *Bartol. in lege fin. in fi. ff. de quaeſt. & Felyn. in capitulo ſecundo, verſ. fallit quinto, colum. 4. de teſtibus. Grammat. in conſilio 64. in princip. & in Voto 11. numero decimo ſexto. & 34. numero 23. cum alijs.*

Quamuis quidem adhuc conqueri poſſet, quod quidem Dominus Iudex à quo, alia etiam omiſerit, quia, & à prædicto N. qui aſſerendo, quod † de prædictis verbis ita decen- 16
centi per eum auditis, non recordabatur, admodum ſe ſuſpectum reddebat, vt per *Crau. conſilio nono, numero ſeptimo,* & ab alijs teſtibus ſuper publica voce & fama examinatis, & ab ipſo principali pro clariori veritate multa, quæ longum eſſet recenſere, dicere potuiſſet, & debuiſſet, *capitu. iudicantem, 30. q. 5. gloſſ. in Authenti. de tabell. in princip. Marſ. in conſilio trigeſimo* 17
nono, num. 49. vol. 2. † inuoluendo etiam ipſos, ſtante ſuſpicione materiæ, & non ita ſimpliciter tranſeũdo, iuxta notata per *In. in c. cũ cauſam nu. 3. de probat. & per Grammat in conſ. 1. nume. 9.*

Quæ cum hactenus minimè facta fuerint, implendo huius proceſſus in primis, & ante omnia inſtiti per d. Auditorem Tanium fieri mandari repetitionem illorum, qui locum fractum inſpexerunt, interrogando eos modo de quo ſuprà, & prout aliqui peritiores, à deputati, denuò deputādi, iudicabunt eſſe interrogandos, & aliàs, de quib. infra videbitur.

Quoad merita proceſſus huiuſmodi, an ex illis, videlicet ſuper crimine intentato ipſe inquiſitus poſſit quęſtioni ſupponi, licèt ſanctius foret proceſſus abſolutionē expectare.

18 Ideò prima facie videbatur dicendum, quod inquiſitus † nullo modo poſſet quæſtionibus, & tormentis ſupponi, quia nedum de indicijs contra eum in proceſſu, ſed nec de ipſo corpore delicti conſtare videtur, cum fuerit contrà eum porrecta querela, quod cognouerit, & fregerit, & tamen de ipſa fractura, quæ oculis corporeis ſubijcitur, concludenter doctum non ſit, prout in primis docendum eſt, vt in *d. §. illud autem*, etiam vbi per alios, & ſecundum quod nouiſsimè declarat *Blanc. in repet. d. l. fi. nume. decimo octauo, ff. de quæſtion.*

Imo potius ex depoſitione Phyſicorum appareat, quod ea ſigna, quæ viſa fuerunt in loco patientis, potuiſſent cauſari aliunde quā ex fractura, & quod in eo non viderant aliquod ſignum cicatricis, quod quidem ſi fractura fuiſſet, veriſimiliter apparuiſſet, & periti

riti atteſtantes de fractura, cum non ſint in ſimilibus periti, quia non ſunt chirurgi, ita † quod illis, & non his fides ſit adhibenda, vt per Dominum Aduocatum inquiſiti deducitur, & notatur per *Abb. & alios, in d. c. propoſiti, &c.* Præſertim quia teſtes deponunt, & ex ipſa inſpectione videri poteſt, quod inquiſitus, non habet membrum virile adeo magnum, ſed ſatis paruum, & propterea non ſit veriſimile, quod fractura, imo quæ alias in eo loco non videtur, quod probabiliter poſſet cauſari, niſi ob extenſiuam magnitudinem membri fuerit facta ab eo, qui tam pauper, & inops exiſtit, & † id quod non eſt veriſimile, tanquam habens falſitatis imaginem nullo modo credi debet, *cap. quia veriſimile, de præſcript. in lege prima colum. 3. C. de ſeru. fugit.* 19 20

Tum quia ſi verum eſſet, prout dicit N. patiens, quod inquiſitus eum cognouerit, & fregerit per vim illa nocte ſequenti diem, quo præſtitæ fuerunt cautiones de illum non offendendo, & in odium illius cautionis, quam coactus fuerat præſtare, & hoc fuit per modum prouiſionis, donec Iudex conſuleret ſuperiorem, vtique ſtatim ipſe patiens tanquam qui non libenter inquiſito aſsiſtebat, illud propalaſſet, vel ſaltem non tam de facili ad domum ipſius inquiſiti rediјſſet, minusq; alijs vicib, ſe domi cognoſci pmiſiſſet, ſed potius inquiſitum, cum quo adhuc odium recens erat, curiæ denunciaſſet, prout nec veriſimi-

liter præſumendum eſt, quod inquiſitus perſona religioſa, cum ita incontinenti poſt præſtitam cautiouem, offendere ipſum voluerit & in omnem caſum ipſe ipſum non admitteret, tanquam vel principalis offenſus,
21 vel † ſocius, & participes criminis, ac vt inimicus capitalis, aſſerunt enim inquiſitum voluiſſe ipſum Manuſſum interficere, verberaſſe, varijſque iniurijs affeciſſe, vt notatur *in lege 1. §. ſi quis moriens ff. ad Syllan. & per Anch. in Conſilio vigeſimo quarto, Grammat. Conſ. 45. & per Scribentes, in cap. cum oporteat, de accuſat. & Hyppol. de Marſ. Conſ. 20. num. 28. & Conſ. 2. num. 12.*

Nec probata ſit mala fama inquiſiti in genere, de quo quæritur, quinimo potius bona, & talis quę eum à ſupicione criminis Sodo-
22 mitici excludere videtur, quæ † quidem bona fama in tantum operatur, vt ſi aliàs indicia eſſent ſufficientia ad quæſtionem, ea probata, non poſsit Iudex ad illam procedere, prout not. *Bald. in lege finali Cod. de probat. in l. 1. C. locati Alexa. in addit. ad Bart. in d. l. fina. de quæſt. & in conſilio 89. numero decimo. libro tertio, Iaſ. in l. 1. ad finem C. de leg. Pariſ. Conſil. 151. numero 13. & in conſil. 171. num. 4. vol. 4.*

23 Tum quia † fama, quæ prętenditur ſuper huiuſmodi crimine orta, contra inquiſitum, non videtur probari concludenter, cum teſtes non dicant, à quibus audiuerint, nec quod à maiori parte populi, iuxta dicta *Bart. in l. de minor. §. [illegible] rium. d. quæſt.* præter id, quod ferè o-

mnes

mnes atteſtãtur ortã fuiſſe poſt inquiſitionem & capturam, ac ab ipſis querelantibus, & ſola etiam non ſufficit, ſtante, quod adſit bona fama, de qua ſupra, quæ contrariam illam elidit, ſicut aduocatus inquiſiti latè deduxit. Tum quia prætenſę † variationes, & mendacia, quę 24
ad effectũ torturæ irrogandæ conſiderantur, ſunt nõ ſup facto principali, ſup quo agitur, & propterea non poteſt in illis fieri fundamẽtum pro effectuanda tortura, cum non ſequatur, inquiſitus negauit ſe conqueſtum fuiſſe de eius diſcipulo, & poſtmodum repertũ eſt, quod ſic eũm cognouit, vt in ſimili conſiderauit *Hyppol. de Marſil. in Conſil. 15. col. 16. verſic. præterea etiam reſpondeo*, ſicuti alibi dicitur, quod modica variatio non nocet varianti, per *Ant. de Butr. in c. 2. de regul.* præſertim in Reo, in quo dubium eſt, an variatio deberet conſiderari, vt per *And. de Iſern. relat. à Grammat. in conſ. 21. numero 29.*

Tum quia † allegata fuga non videtur obeſſe inquiſito, tãquàm poſt ipſam inquiſitio- 25
nem, & capturam, per allegatas doctrinas, quę nec etiam obfuiſſet ante capturam, vel inquiſitionem, dummodò eſſet orta ſuſpicio de ipſa captura, vel inquiſitione, ſecundũ ea, quæ tradit *Dec. in conſil. 234. colum. 2. verb. non obſtat*, & maximè in caſu noſtro, in quo, vt conſideratur, præparabantur huic inquiſito patienti pectoris ægritudinem, compedes, & carcer alius teterrimus, ita vt potius ex cauſa huius

timo-

timoris & afflictionum, ſeu dolo iudicis, cum oſtium apertum eſſet, aufugiſſe cenſeri debeat, & in his ſit ſtandum omni caſu illius iuramento.

Cum etiam inimicitia, quæ aderat inter ipſum inquiſitum, & Manuſſum ad propoſitum caſus noſtri non videretur ſatis adaptari, nec ex illa indicium ſumi poſſe, cum
26 † huiuſmodi crimina ſoleant committi non ad iniuriandum, ſed libidinis potius explendæ cauſa, ex *notat. in lege verum, la 2. ff. de furt. in lege qui ſeruum, ff. de verborum obligat.*

Sed præmiſsis non obſtantibus, aliter videbatur dicendum, videlicet, ipſum inquiſitum niſi alia ſuperuenerint, quæſtionibus, & tormentis ſubijciendum eſſe.

Quia inficiari non poteſt, quod ex depoſitionibus Phyſicorum, qui aſſerunt inſpexiſſe locum, & podicem fractum ipſius Manuſſi, rationabiliter non deducatur, prout & ipſimet dicunt, locum, & podicem prædictum fuiſſe potius violenter fractum, quam aliter, præſertim ex illa ſanici tam magna quantitate, quam vt experientia docet, & audiui à peritis in arte, notiſsimum eſt, demonſtrare vnitatis ſolutionem, nec illam quantitatem ex inflammatione, ſiue apoſtemate defluxiſſe in caſu noſtro dicere poſsimus, cum vt eorum aliquis dicebat, ſi fuiſſet inflammatio, non ille locus ſolum particularis, ſed tota ani corona, & circumferentia fuiſſet inflammata, & vlterius

terius febris magna, vel parua ſecundum qualitatem diſpoſitionis cauſata, ac etiam dolor, inquietudo, & frequens deijciendi cupiditas, & alia huiuſmodi, de quibus tamen nihil in proceſſu, propter quę demonſtratur nō adfuiſſe ibi apoſtema.

Nec videtur obſtare, quod Symon Phyſicus examinatus, aſſerit vidiſſe quandam rem paruam ad inſtar lenticulæ, quia cum non fuerit vocatus à principio, non potuit rectè iudicare, an fuerit podex ruptus, & in eo quod inquit videri ſibi eſſe ani rimas, non ſatis congruè loqui videtur, quia ani rimæ, vt audiui ab eiſdem peritis, quibus depoſitiones Phyſicorum oſtendi non lenticulæ formam, ſed ſimilitudinem ſciſſurę, quę ſolet in labijs cauſari, ob aſperiorem flatum Boreæ repręſentant, & in eo, quod ipſe Symon ſubiungit, ab ani videlicet rimis, quandoque defluere ſanguinem, quandoque ſaniem; verum eſt, ſed non in tam magna quantitate, quia à recentibus rimis, prout quæ prætenduntur in hoc Manuſſo patienti, vt inquit alter Phyſicus, parū ſanguinis, vel icoris emanare conſueuit, & ob id Doctores artiū in curando à principio approximant deſiccantia, & vnientia, ſequēdo viam primæ intentionis, nec poſſet replicari, quod eſſent ꝓfundæ, quia non tam citò conſolidatæ eſſent, cum in ſimilibus etiam vſque ad cauterium deueniendum ſit, nec mirum eſt, quod Doctores, cum loquuntur

tur, vt ipſe dicit de cauſis huiuſmodi rimarũ, nil dicant de virga, quia ictus, pcuſsio, ac violentia à quacunq; re facta, rupturas, & vulnera faciunt potius, quã rimas, ex quibus tollitur etiam depoſitio alterius Phyſici, & maximè quia N. & N. qui inſimul cum prædictis Phyſicis locum, & anum Manuſsi inſpexerũt, aſſerunt vidiſſe quandam carnem renatam ad quantitatem vnguis ſuper qua octo diebus præteritis, vt aſſerit N. erat cruſta, quæ caro, & cruſta, vt ipſa experientia docet, oſtendit fracturam, de qua tamen renaſcente carne Phyſici nihil deponunt, ſed ſub ſilentio pertranſeunt, quod nõ poteſt probabiliter ex alio ꝓuenire, niſi ex animo fauendi inquiſito, † cum
2 per N. & N. conuincantur, *l. vnius, §. teſtes ff. de quaſtion.*

Nec aliquid facit quod periti prædicti dicant, nullum apparere veſtigium cicatricis, quia cum vulnus fuerit ſuperficiale, non poteſt remanere euidens ſignum, ſed ſatis eſt, quod in eo appareat cutis lenis, quam ibi remanſiſſe inquit ipſemet Symon, aſſerens cutim eſſe ſatis demolitam, & cum ſolutio alicuius continui non ſolet cauſari niſi à re vulnerante, collidente, & erodente, & quæ ab erodente non ſic de facili ſanetur, ſed difficulter, & non conſtet, nec probetur, quod ipſe Manuſſus in eo loco, ligneo, vel ferreo inſtrumẽto vulneratus, minusq; colliſionem paſſus ſit, inferre, & iudicare propterea probabiliter quilibet

quilibet poteſt, quod à membro virili, ſicut & ipſe tàm intrepidè dicit, cauſata fuerit, & prædictis N. & N. de eorum credulitate deponentibus, cùm † aſsignent rationes probabiles, & 28
quodammodo demõſtratiuas, vt dictum præfatorum peritorum non cõcluderet, procul dubio magis credendum eſt, vt per *Alex. in conſil. 109. nume. 13. & ſequen. volum. 1. & per Grammat. in conſilio 25. numero 8. & in conſil. 55. numero decimo nono.*

Et ſic etiã reſpectu ipſius qualitatis ex præmiſsis dicitur ſatis conſtitiſſe iudici inquirenti, & † conſtare de ipſo corpore delicti, cùm 29
ſufficiat de illo non ſolùm verè, ſed etiam præſumptiuè apparere. ita *Raphael Cuman. in d. l. 1. §. item illud, & in l. & ſi certus, §. penult. per illum text. vbi etiam Bartol. Lud. Roman. & Angel. ff. ad Syllan. Bart. in l. fi. colum. 1. & ibi Blan. nume. 15. de quæſtion.* præcipuè in crimine, de quo agitur, in † quo 30
debet liquidò de ipſo facto conſtare, ſecundũ doctrinam. *Bal. in l. 3. in lect. antiq. ff. de teſtibus, relat. per Brun. in tract. de indic. & tort. car. 43. num. 10.* licèt de ea intelligendo illã, quod nullo modo debeat conſtare, videretur dubitare *Auguſtinus de Arimin. in addit, ad Angel. in verbo fama publica. verſic. 12. tu iudex.*

Et tanto magis concurrente, quod ipſe Manuſſus inquiſitus, vitiatus, & corruptus, ſtatim de hoc facto & verbo cõqueſt. fuit, eo modo, quo iuuenes, & † mulieres fœmellæ con- 31
queri ſolent, recedẽdo videlicet, & aufugiendo à

di, vim inferendi, vel aliàs illum ad illud alliciendi habuerit, quam ipſe inquiſitus, qui de nocte ſolus cum eo exiſtens, & vim inferre, & varijs modis ipſum ad id inducere facilè poterat. Nam † ſi præſumatur furtum factum ab 33
his, qui in domo ſunt, vel etiam à vicinis, *not. in d. l. fin. ff. de quæſtion, & in lege prima C. loca. in l. ſi ita, §. mulier, ff. de fun. inſtrum. cum aliis*, quãto magis præſumendum crimen iſtud ab eo commiſſum, qui † ſolus cum ſolo, quaſi in 34
vno, & eodem loco, vt notatur *in capitulo litteris, de præſumptionibus Bartol. in lege ſecunda, ff. de furt. nu. 1.* continuo moram traxit.

Et eo magis quia inquiſitus ipſum Manuſſum odio capitali proſequebatur ex cauſa fideiuſsionis pręſtitę concepto, vel renouato, ergò animo † iniuriandi poſtea ipſum ſic co- 35
gnouit, *ex not. per Angel. in d. l. verum, & Boer. qui aſſeruit ita fuiſſe iudicatum in Dec. 297. numero decimo,*

Quæ ſuſpicio augetur ex eo, quod ipſe inquiſitus in ſuis conſtitutis à principio nullam vnquam inimicitiam, & odium cum eo habuiſſe [illegible] habere allegauit, ſed imo ſemper de eo honorificè locutus fuit, & de contrario poſtmodum etiam ex ore proprio conuictus fuit, quod à principio non ex alio ipſum negaſſe probabiliter præſumi poteſt, niſi vt à ſe omnem ſuſpicionem criminis remoueret, cum hæc, & ſimilia non præſumantur ab eo negata ſine artificio, prout dicit *Blanc. in d. l. fi. n. 269.*

Sicut ſemꝑ negauit ſe ſcire, nec poſſe cogita-
re de cauſa ſuę carcerationis, nec ad aliũ finẽ,
vt præſumi poteſt, niſi ſi dixiſſet occaſione &
cauſæ ſuæ carcerationis ſui diſcipuli Manuſſi
ꝑquiſitum fuiſſet ab eo, quod illius diſcipu-
lus aduerſus eum obijceret, & de quo eum in-
culparet, cõſcius de quo culpari poterat, & ne
poſſet inferri, quod poſtquam ipſe taliter co-
gitabat, aliquid in cauſa eſſet, quod diſcipu-
lus eũ detuliſſet, & nihilominus per duos exe-
cutores Curię expreſsè conuincitur, ſtatim ca-
ptum dixiſſe non poſſe cogitare captum eſſe
36 niſi cauſa Manuſsi, qui illis diebus aufugerat.

Ex quibus † quidem mendacijs, & varia-
tionibus oritur præſumptio mala contra i-
pſum inquiſitum, *vt vltra citatos per Grammat. in
conſilio quinto. & conſilio decimo ſeptimo*, licet non
eſſent ſuper ipſo delicto principali, erant ta-
men talia, per quæ deueniri poterat aliquo
modo ad cognitionem ipſius criminis prin-
cipalis, & ſic multum ponderanda, *ex not. per
Hyppol. in conſilio 70. numero nono*, pręter id, quod
non tractatur de torquendo inquiſitum ex
37 his ſolis variationibus & mendacijs, quę caſu
neceſſario requiruntur, quod † ſint ſuper fa-
cto, *ſecundum Hippol. in alleg. conſilio 15.* ſed etiam
ex alijs, & in materia aliâs ſuſpecta, etiam iſta
multum faciunt, quantum ad effectum tor-
turæ irrogandæ, *vt not. Soc. in conſilio quadrageſi-
mo, nu. 5. vol. 3. Aym. Crauet. in conſil. 178. nu. 4. &
Blanc. in repet. num. de quo ſupra.*

Sicut

Sicut pariter † aliquo modo conſiderandæ 38
trepidationes, inconſtantiæ, pallor, & cætera ſigna facta in conſtitutis per ipſum inquiſitum, licet minus curiosè annotata, *per vulg. doctr. Bart. in d. §. plurimum.*

Et aliquando etiam conſiderandum videtur, quod hic inquiſitus prædictum Manuſſum medio amicorum blandis potius verbis, quam aliâs rogare fecerat, pro reditu ad eius domum, dubitans forſan, vt præſumi poteſt, nè crimen in eum cõmiſſum detegeret, quod non conſueuerunt facere Præceptores, qui fugæ cauſam non probauerunt, ſed potius redarguere, præcipere, minari, nec aliquorum 39
prædictorum medijs vti, ne † ab iſtis inſolitis oriretur mala præſumptio, *vt gloſ. in lege ſi quis ſub conditione, de cond. inſtitut. Dec. in conſilio 94. numero ſecundo.*

Item conſiderandum erat, quod inquiſitus exiſtens carceratus, tanquam is, vt ſimiliter ſuſpicari poteſt, qui huiuſmodi criminis, de quo diffamabatur inſpectionem ſui à ſe remouere volebat, quæ nulla ratione reprobare poteſt, *ex not. per gloſ. in §. & licet, in verſic. ſupplicat. Authen. de teſtib. per Bal. in l. 1. §. Beſtias, ff. de Ædil. edictu. Iaſ. in Aut. Si quis in aliquo, nu. 8. C. de eden.* dicto ſe apparet, quod videlicet, ipſe Manuſſus morbum Hemorodialẽ patiebatur & ſic pote de eo dici illud vulgatũ: Excuſatio † nõ pe- 40
ita, accuſatio manifeſta, cõcurrente ẽt quod ipſe inquiſitus, vel ex poſt, vel ante interroga-

tus à Iudice de huiuſmodi morbo dubitans non poſſe conuinci ex ipſa euidentia facti dixit neſcire, an N. huiuſmodi morbo laboraret, nec etiam recordari, ſi talia dixiſſet ſuo procuratori, qui nihilominus pro eius defenſione illa in actis allegauerat, quæ quam ſint veriſimilia, quilibet iudicare poteſt.

41 Et quia vltra præmiſſa aderat † publica vox & fama, ſtatim contra inquiſitum exorta, post receſſum ipſius Manuſsi ab eius domo inter vicinos, per octo, vel nouem teſtes, vt cæteros qui de illa poſt capturam deponunt, omitta ex qua fama clarum eſt oriri indicium, & magnam præſumptionem, ſecundum allegata.

42 Quæ quidem † fama in caſu noſtro ſatis dicitur concludenter probari per dictos teſtes dum deponunt eſſe publicam vocem & famam, & inter vicinos publicè à pluribus perſonis dici per ciuitatem, *ex notat. Salyc. in lege ea quidem numero 110. C. de accuſ.* ius opinionem indiſtinctè in Curia obſeruari cognoui, & præcipuè eſt ſeruanda in caſu noſtro, in quo ſunt tot depoſitiones teſtium propter quas, quod formiter ipſa fama non probaretur, fieret legitima probatio, ex his que not. *Alexan. in dict. leg. de minore, §. plurim. in addit. quæ incipit, Sed qui. Socin conſilio quinquageſimo quarto, numero decimo tertio, volum. 3. Gramat. conſilio quinquageſimo ſeptimo, numero decimo nono.* & orta fuit ante inquiſitionem per quotdies, ex veriſimilibus cõiecturis, & p

ſi

ſumptionibus, ex malis videlicet officijs inquiſiti erga Manuſſum, quæ quotidie audiebantur à vicinis, ex tam aſsidua fuga Manuſsi, & matris querelis etiam in faciem dicti inquiſiti ſuper hoc illi factis, & demum ex illa fractura viſa, & inſpecta, & quæ actu videbantur in membris pudibundis ipſius N. ad Bart. *in d. §. plurimum, num. 17. col. fin.*

Et quia non poteſt negari, quod † fuga, quã 43
fecit à carcere, prout conſiderat D. Iudex, nõ faciat præſumptionem, & indicium contrà ipſum, cum allegata pro inquiſito, procedant de fugiente nondum capto, prout vltrà citatos ſic intellexit *Felyn. in cap. nullus, numero 6. de præſumption.* maximè conſiderando verba præcedentia illius fugam, executoribus dicta, & per eum negata de cauſa ſuę capturę, & quod
in † ipſa fuga deprehenſus fuit, nec ſpõtè re- 44
dijt, ita quod illius iuramento ſtari non debet, *ex not. per Blanc. in d. l. fin. nu. 253. & 286.* & allegata cauſa infirmitatis, & prætenſi doli iudicis ſit ſatis friuola, & debilis, vt de ſe patet.

Nec allegatæ exceptiones contra teſtes in aliquo videntur releuare ipſum inquiſitum, cum non ſint concludenter probatę, nec tales, quæ repellant ipſos, & aliàs ſimus in materia indiciorũ, ſicut D. Iudex rectè deducit, nec poſſet dici, quod in aliquo Cęſar ſibi ipſi contrarietur, licet in primo examine aſſerue-
rit ſe † non recordari de illis verbis à N. in 45
eius præſentia dictis, cum ex poſt recordari

potuerit, *Grammat.in conſil.23.nu.3.* & ſi aliqua ſuſpicio in eo conſiderari poterat, potius erat conſideranda reſpectu ipſius inquiſiti, quod illi voluerit fauere, quam aliâs, cum expectauerit etiam carcere antequã teſtificaretur ſu-
46 per prædictis verbis, & ipſius, & Andreæ † ſingularitas non tollat, quin præſumptionem aliquam illorum dicta faciant, *vt per B.un.in tracta.de ind.& tort.in prin..col.2. ver. probatur etiam.*

Minus releuari debet inquiſitus, ex eius
47 bona fama, quam prætendit probaſſe, † cum illa ſic in genere probata, non tollat indicia, & præſumptiones, quæ in ſpecie ſint circa delictum, maximè quando prępонderant, alioquin nullus, vel rarò torqueretur, vt *Alexan.in conſil.77. numero ſexto, volum.1.& Roman. conſilio 167. in fine. Capol. conſil.39. numero 4. Marſ. conſil.*
48 *3. numer.22.* quia † vbi ſunt plures præſumptiones, offuſcatur ex illis præſumptio reſultans ex bona fama. *Ange. in l.milites, C. de qu. Paris de Puteo, in tract, Synd. in verbo tortura, fol.259. nu. 8.* licet in caſu noſtro non poſſet dici probatam fuiſſe bonam famam inquiſiti, cum omnes teſtes etiam pro eo examinati dicant ipſum fuiſſe concubinarium publicum, & per multos annos, de quo crimine cum in peccato mortali tam publicè, & perſeueranter ſteterit, non video quomodo potuerit de ipſo bona opinio, & fama concipi, & ob id credendum eſt potius alijs de illius mala fama, & opinione, præſertim in tam magno numero deponentibus

tibus, quæ † mala fama, etſi non ſit in com- 49
muni genere, ita quod non poſsit ſumi ex ea
indicium ad quæſtionem, non debet releuare
reipſum inquiſitum, imo potius aggrauare,
ex not. in dicto §. plurimum, & per Bald. in lege vnica num. 21. C. de confeſſ.

Et quatenus † vnumquodque ex ſupradi- 50
ctis non ſufficeret de per ſe ad torturam, omnia tamen ſimul iuncta procul dubio ſufficere deberent, per illam vulgatam regulam, quæ
non proſunt ſingula multa iuuant, de qua *in* 51
lege ſpadonem, §. qui iura, de excuſat. tut. † quę ſic procedit etiam, vbi omnes præſumptiones reſultabant ex teſtibus ſingularibus. *Brun. in lo*
o, de quo ſupra, Socin. *in dicto. conſilio quinquageſimo quarto, numero ſecundo, volum. 3. Grammat. conſ. 52. numero vigeſimo ſecundo, & in d. Deciſio. 35. numero*
rigeſimo quarto, & Marſ. in §. diligenter, nume. 149. 52
fortiori, vbi † aliqua indicia ſunt legitimè
robata, quia eo caſu teſtes, licet ſingulares, multum adminiculantur. *Paul. de Caſt. conſ. 281. lum. 1. ante finem, volum. 1. & 250. colum. 2. volumi. Corn. conſilio 307. numero octauo, volum. 3. Craue-*
, conſilio quadrageſimo tertio, numero 36. † maxi- 53
è quando plura procedunt ab ore inquiſiti, in tam horrendo & deteſtabili crimine ſo-
to in oculis committi, iuxta notata *per Bal- m, in l. 3. C. de Epiſcopali audient. & per Grammat. dicto conſilio quinto, in fine, cum alijs, quæ allegari ſſunt.* Thomas Triuiſanus, I.V.D.

EPITOME.

Crimen paſſus an, & quando faciat indicium ad Torturam.

SVMMARIA.

1 *Crimen paſſus facit indicium ad Torturam, & eſt communis opinio.*

2 *Socius criminis de ſe confeſſus, contra conſocium non probat, & rationem ibi videto.*

3 *Vnius teſtimonium facit indicium ad torturam incluſiuè, maximè ſi idoneus eſt omniq; exceptione maior.*

4 *Mala fama attenditur in delictis.*

5 *Vis, vel metus patienti ſi probetur illata, probat ad torturam.*

DECISIO XIIII.

1 IN vna Venetiarum fuit dubitatum, an † crimen paſſus faciat indicium ad torturã, nec ne? gloſ. *in l. fin. Cod. de accuſat. in verbo conſcientia*, propter criminis immanitatem tenet quod ſic, pro qua etiam allegabatur tex. *in l. inde Neratius, §. ſed & ſi ſeruus, ff. ad leg. Aquil. prius, ff. ad Senatuſconſul. Syllan. leg. 1. §. idem Diuus Adrianus, & §. cum quis latrones, ff. de quaſtion. & l. edictum, & ead. l. prouinciarum, Cod. de fer. & ibi gloſ. ordinaria, ff. communiter Doctores.*

Pro qua opinione ſunt omnes Criminaliſtæ, & cum ea omnes concurrunt, præſertim *Aegid. Boſſius in tit. de ſtup. deteſtab. in maſcul. num. fin.*

fin. & hanc eſſe communem opinionem, voluit *Gomez. in tractatu criminali, capitulo 12. numero decimo ſexto in vltimis verbis, & numero decimo octauo,* maximè ſi concurrant vltra confeſſionem crimen paſsi, alia adminicula arbitrio Iudicis, vt eleganter prout eorum moris eſt, voluerunt Clariſsimi Doctores mei Iuriſconſulti ſapientes Ferrarienſes, *in ſtatuto Municipali, c. 96. libro tertio.* Pro † parte negatiua vero nõ 2
deerant textus vtriuſque iuris, *vt capitul. primũ, de confeſſ. c. veniens, et l. 1. de teſtibus, & atteſt. alleg. lege finali, C. de accuſat. l. quoniam liberi, C. de teſtibus.* Ratio enim eſt: quia quis veniam ſperans, fauore vel priuilegio alterius, odio, vel inimicitia, vt ſecum pereat, ipſum in autorem, vel conſocium nominaret, *capitulo primo, de teſtibus & atteſt. & alleg. lege finali, C. de accuſat.* Quod quidem teſtimonium vnius teſtis, licet † non probet, facit tamen pręſumptio- 3
nem vſque ad torturam incluſiuè, ſi eſt idoneus, & quacunque exceptione maior, *Bartol. in l. ſi quis, C. ad leg. Iul. Maieſtat. numero primo, Abb. in capitu. at ſi clerici, de iudic. numero decimo quarto, gloſ. in l. ſexta, C. ad leg. Iul. Maieſtat. cap. fin. de iureiuran. Abb. in cap. 1. de depoſit. numero ſexto, & latius dixi de modo, & ordine criminaliter proceden. cap. 12. numero tertio.* His tamen non obſtantibus, deciſum fuit, vt in caſu nefandi, grauiſsimi & tanti criminis, crimen paſſus, faciat indicium ad torturam, quæ tamen communis opinio, eius duritiem temperando, limitata fuit, vt in

his duobus caſibus locum tantummodo habeat. Primò, ſi conſtaret de delicto puta ex fractura de recenti virica vice ſecuta, non autem reiterata, nam argueret vitium patientis,
4 & de mala † fama inquiſiti. Secundò ſi conclu-
5 denter conſtaret † vis, vel metus, quod fuiſſet illata patienti, tunc conſtando, vel nõ de corpore delicti, ſufficiens eſſet indicium ad torturam, *ex annot. per Plot. inter conſi. criminal. diuerſ. conſil. 132. lib. 1. numer. 23. & 24. Ludouic. de Alferijs loco citato conſil. 143. nume. 8. & 9. Calcan. conſil. 110. per totum.* In alijs verò caſibus non item, niſi ſufficientia adſint indicia, vel paſſus crimen id aſſeueret in tortura. Thomas Triuiſ. &c.

EPITOME.

An ſponſo per verba de futuro, competat ius accuſandi necem ſponſæ ſuæ.

SVMMARIA.

1 *Delictum publicum poteſt à quolibet de populo accuſari, & quodnam delictum publicum dicatur.*

2 *Nunquid actio hæc popularis accuſandi publica delicta, competat ciuibus tantùm, vel omnibus. & num. 4.*

3 *Differentia qualis ſit inter eſſe ciuem, & haberi pro eſſe.*

5 *Reipublicæ intereſt ne delicta remaneant impunita.*

6 *Delictum quodlibet dicitur publicum de iure Canonico.*

7 *Iuris*

7 *Iuris Canonici diſpoſitioni quando in delictis ſtandum ſit.*

8 *Sponſalia per verba de futuro, licèt non ſint matrimonium, neceſſitant tamen ad illud contrahendum.*

9 *Sæculares repelluntur ab accuſatione Regularium, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequātur. & num. ſeq.*

11 *Sponſus quodnam ius habeat in ſponſam.*

12 *Ius in re, dicitur ius quæſitum de præſenti, & ius ad arme, eſt ius nondum facto quæſitum, ſed quærendum.*

13 *Crimine excepta quæ dicantur, & ſint.*

14 *Propoſitio hæc Hoc eſt delictum publicum, quilibet ergo poteſt accuſare, non eſt recepta in iure, nec conuertibilis.*

DECISIO XV.

QVidam N. habens commercium carnale cum propria filia ſpirituali, ex quo facta prægnás, ne delictum ſuum imminens partus detegeret, veneno ipſam necauit; ſpōſus ipſius mulieris per verba de futuro, dictum N. coram Archiepiſcopo Hydruntino tūc Nuncio Apoſtolico querelauit, coram quo circa duo breuiter dubitatū fuit. Primū an ipſe ſponſus vti vnus de populo, admitteretur ad accuſandū necem ipſius mulieris, & dato quod non? Secundum an tanquàm ſponſus per verba de futuro, poſſit

proſe-

proſequendo iniuriam propriam, ipſum N. accuſare.

1 Quod † tanquam vnus de populo poſsit accuſando audiri, voluit *Vlpianus in l. 1. ff. de publ. iud.* quo in loco venenum inter publica delicta incluſit, dictum ſic publicum, ex eo, quod vnicuique poteſtas accuſandi data eſt. *Bartol. in Rub. numero 3. Angel. in l. 1. num. 1. & Ioan. de Imo-*
2 *la, numer. 2. in dict. leg. 1. ff. de publ. iudic.* † Et licèt Imola loco citato, *ſub numero 3.* teneat, quod ille de populo debeat eſſe ciuis illius loci, in quo delictum fuit commiſſum, & ius hoc non, niſi proprijs ciuibus competere, non autem
3 his, qui habentur pro ciuibus: nam magna † eſt differentia inter eſſe, & haberi pro eſſe, vt notat *Bartol. in l. hæc verba, §. legis Iuliæ, ff. ad le. Iul. de*
4 *adult. & ſtup. nu. 1.* † Contrarium tamen de iure verius eſſe fatendum éſt, *ex not. per Ang. in l. fin. num, 6. ff. de priuat. delic. & latè Anto. Gomez. in tit. de delic. c. 1. numero 28. verſicul ſed ego teneo.*

5 Quia cum † Reipublicæ interſit, vt delicta puniantur, *l. ſi ita vulneratus, §. æſtimatio, ff. ad leg. Aquil. l. 4. §. cum Dominus, ff. de nox. action. l. ſi operis, Cod. de pœn. l. à Reo, §. ſi. ff. de fideiuſſ. gloſſ. in l. 1. verſ. ſalutis, Cod. de famoſ. libell. c. vt fama tuæ, de ſenten. excom.* Si ergo ad publicam vtilitatem talis tendit accuſatio, quilibet de populo poterit accuſando audiri, &c.

6 Et eo magis de iure Canonico † ſecundum quod omne delictum cenſetur publicum. *gloſ. in c. infames, in verbo ſures, 6. quæſt. 1. & Ioan. de A-*

nan.

nan. in capit. ſtatuimus, de maled. numero 19. Bald. in Rub. Cod. de his qui accuſ. non poſ. numer. 9. in fi. quo
† caſu, & ratione rei de qua agitur, *c. 1. & c. ſi di-* 7
ligenti, de foro compet. & ratione iudicis, *c. 2. de iudicijs*, iuxta decreta Canonum procedendum erit, *cap. 1. vbi Doct. de conſtit.* præſertim accuſando mortem ſponſæ ſuæ; nam † licèt ſponſalia 8
per verba de futuro non ſint matrimonium, neceſsitant tamen ad illud contrahendum, vt dixi *in Deciſ. ciuil. Dec. 9. & 20.* ergo ad accuſandum debet admitti, etiamſi non ſit ciuis illius loci in quo delictum cõmiſſum fuit, nam delictum eſt publicum, & habet etiam ex alio capite intereſſe. Quæ omnia, quamuis prima facie videbantur fouere ius accuſatoris, nihilominus pro ipſo N. multa allegabantur in contrarium, & primò, quod ipſe accuſando non debebat audiri, quia † ſæculares repel- 9
luntur ab accuſatione, *capit. nullus, c. laico. 2. qu. 7. c. 3. 11. quæſt. 1. c. cum P. de accuſat.* tamen ſuam
† vel ſuorum iniuriam proſequendo poſſunt 10
accuſare, *c. de cætero, de teſtib. & atteſt. Præpoſit. Card. in capitul. quod verò 2. quæſt. 7. num. 2. & hanc eſſe communem atteſtatur Ferret. conſil. 183. nume. 4. verſic. 5. corroboratur.*

De nullo ſuo allegato intereſſe ſatis patet, quia non erat maritus, ſed ſponſus, & per ver- 11
ba de futuro, † & ſic nullum habebat ius in re ſed ad rem, nam † ius in re dicitur ius quæſitum de præſenti, & ius ad rem eſt ius quærendum, ideò dum viueret mulier, habebat ius ad

ipſam,

ipſam, vt ſecum contraheret, & non in ipſa, cum qua adhuc nullum contractum erat matrimonium, vt à ſimili conſuluit *Dec. conſil. 147. num. 4.* quo in loco alleg. tex. in terminis, *in c. fin. in prin. de conceſ. præb. in 6. in illu verbū, videlicet in quibus ius non eſſet quæſitum in re, licèt ad rem.*

13 Nec hoc † intentatum delictum veneficij eſt de exceptis, quia inter excepta non includitur, vt Symonia, Hæreſis, & læſæ Maieſtatis, quæ enumerat *gloſſ. in capit. cum P. de accuſ. & latè Mynſinger. in d. c. dè cætero, de teſtib. & atteſt. num. 5.* Nec minus obſtat, quod delictum ſit publicum, vt quilibet de populo accuſando illud
14 audiatur, quia † non valet ſemper hæc conſequẽtia, nec ſemper conuertibilis eſt hæc propoſitio, maximè in hoc caſu, in quo offenſa illata fuit certæ perſonæ, cuius hæredibus cõpetit ius accuſandi tantùm; quam Theoricam tradit *Bart. poſt alios, in d. l. 1. ff. de publ. iud. numer. 7. & 8.* Et ideò deciſum fuit, vt accuſator tanquàm vnus de populo, non poſsit accuſando audiri coram iudice Eccleſiaſtico, & contra perſonam Eccleſiaſticam, & cum ſponſus in ſponſam mortuam non habeat intereſſe ad accuſandum eius mortem, ideo contra delinquentem ex officio fiſco inſtãte, vlteriùs procedendum eſſe mandauit Iudex. Thom. Triuiſanus, &c.

EPITOME.

Mulier ex cauſa ſæuitiarum receſsit à viro ſuo,

ro ſuo, & coram Ordinario petit ſeparationem Thori, & à mutua cohabitatione. Vir excipiendo itidem petit ſeparationem ex capite adulterij per dictam vxorem ſuam commiſſi, lis conteſtatur hinc inde, quæritur an lite pendente debeantur alimenta.

SVMMARIA.

1 *Mulieri adulteræ non debentur alimenta, quia amittit dotem & quomodo.*

2 *Mulier adulterando perdit bona paraphernalia.*

3 *Adulterando nedum, ſed per alios actus venereos & quos, mulier amittit dotem.*

4 *Differentia quæ ſit inter ſententiare, & declarare, & num. fin. 8.*

5 *Delictum non præſumitur niſi probetur.*

6 *Mulieri lite pendente debentur alimenta.*

7 *Sententia alimentorum per appellationem non retardatur executio.*

DECISIO XVI.

QVod mulieri † adulteræ petenti alimenta, non debeantur, voluit *Bal. nu. 2. Salyc. num. 3. in l. quod in vxorem, Cod. de negot. geſt. Rom. in l. ſi cum dotem, §. ſi maritus, nu. 25. ff. ſol. mat. Bologn. conſil. 23. Grat. conſil. 57. numer. 2. vol. 1.* qui hanc dicit eſſe comunem, nam mulier adulterando amittit dotem, fortius, & alimenta, *l. cum mulier, la. 1. ff. ſol. matr. vbi Doct. c. plerumq; de donat. inter vir & vxor. Bolog in rubr. C. de eden. nu. 29.* Dicat Clarus in *§. adulter. verſic. facta*

autem

autem &c. & Præpoſit.in c.ex parte, de ſponſ. & matrimon.nu.11. quicquid volunt veritati contrarium.
2 Et nedum † amittit dotem adulterando, ſed etiam bona paraphernalia, *vt gloſ.in d. c. plerumque in verbo dotalitium, & hanc eſſe communem opinionem voluit Boer.Dec.338.num.2.*
3 Quinimò † nedum propter adulterium mulier perdit dotem, ſed etiam per tactus ad mamillas, vel aliàs ad loca pudenda, ſeu per oſculũ luxurioſum ab alio quam à proprio viro ſpontè receptum, amittit dotem, vt voluit *Bald.in c.tuæ, numero 4.de procur. & eſt communis opinio, vt voluit Bello.in rubr. Cod. de eden. numero 81.*
4 & hæc eſt potiſsima ratio, † ſiquidem ſententia iudicis, quæ venit proferenda ſuper adulterio cum ſit mera declaratoria, vt ſcilicet adulterium commiſit, & per conſequens amiſit dotem, quia declarando nihil de nouo agit, *Abb.in c.ex parte, de conſuet. num. 4. & in c.ſuper quæſtionum, de off. & poteſt. iud. deleg. num. 2. Oldr. conſil.167.num.fin.* quia declaratio retrotrahitur ad tempus factæ conſtitutionis, ita clariſsimè, vt ſui moris eſt, atque copioſiſsimè conſuluit *D.meus Rimin.iun.conſilio 131.nume. 9. & conſil.201. num.68.volum.2.* Ideo illico, quod commiſit adulterium, deliquit, & delinquendo amittit dotem, & declaratio adulterij commiſsi per iudicem facta, non ſtatuit ipſam ream à die declarationis citrà, ſed à die commiſsi delicti, ideò lite pendente, non debentur alimenta, vt ſecuta declaratione adulterij reſtituantur viro, cùm

ro,cum fruſtra petat,quod reſtituturus eſt,*l. dolo,ff.de doli mal.& met.except.capit.dolo de regul. iur. in ſexto*, His tamen non obſtantibus, contrarium deciſum fuit,rationibus, & cauſis infraſcriptis videlicet.

Primò, quia † delictum non præſumitur, 5
niſi probetur,*Dominus meus Riminald. iun.conſili. 197.numero 45.volum.2.& Bertazzol. conſilio 54. numero ſexto,volu.1.*quinimò in dubio,quis potius præſumitur bonus quam malus, *ita text. & Doctores,in c.finali de præſumpt.*ideo quouſque non fuerit legitimè probatum ipſam fuiſſe adulteram,debentur alimenta,ne lite pendente ſuper adulterio tedio famis adulterium cōmittat,vir enim dotem vel dotis quotam partem non lucratur, niſi poſt mortem vxoris in vim ſtatutorum diuerſarum Ciuitatum, vel conſtito de adulterio,*vt l. cum mulier, la.1.ff.ſoluto matrimon.& per iura ſuperius allegata*, ideo † 6
pendente lite de adulterio cum vxore viuente, non debent retardari alimenta ex bonis præſertim dotis ipſiuſmet mulieris, nam aliàs eſſet exequi ſententiam,ante ipſius ſententiæ prolationem:quam opinionem etiam ſecuti ſunt *tex.in c.ex parte, de accuſat.in fi. Frederic. de Senis conſ.176. numero primo, in fin. & Dominus meus Riminal.conſ.274. numero fi.in fine, vol.3.*quibus renunciari poteſt, licèt ſecùs dicendum ſit de alimentis futuris,*vt Felyn.in c.ſi diligenti,de foro compet.numero 5.*quæ alimenta præterita vtiq; peti poſſunt.*Freder, de Senis conſil.citato 176.*

nu.1.in fine, Felyn.in c.cum delicta, de reſ.nu. 16. Alex. conſ.72. nu.10.vol.5. Io. de Anan.conſ. 54. incip. Viſis hiſ&c. nu.4 & Iaſ.in l.de alimentis C.de tran. nu.6.

7 Cuius † alimentorum ſententiæ executio per appellationem interpoſitam nõ retardatur, *Bart.in l.mala ff.de alimen. & cibar.leg. nu.fina. Aret.conſ.97.numero ſi. Grammat.conſ.ciuil.146.numero decimo quarto.*

8 Nec † obſtat quod declaratio iudicis retrotrahatur ad diẽ commiſſi delicti, quia tũc habet locum, quando ius ſtatuit & pronunciat, *arg.c.ſi.quis ſuadente.* Secus autem ſi ſtatuit, & non pronunciat, quia tunc requiritur pronũcia hominis, in defectu pronunciæ iuris. Thomas Triuiſanus, &c.

EPITOME.

Raptus quis dicatur, & traditur intellectus l. Vnicæ, C. de Raptu virginum.

SVMMARIA.

1 *Raptus definitio ſecundum opinionem Clari, & Capollæ, quæ reprobatur num.7.*
2 *Voluntas mulieris raptæ non attenditur.*
3 *Raptus definitio iuxta Cadaldini opinionem.*
4 *Raptus definitio vera ſecundum opinionem Authoris.*
5 *Vis neceſſario requiritur in raptu.*
6 *Definitio debet conuerti cum ſuo definito.*
8 *Intellectus l.vnica, C.de raptu virginum.*

DECI-

DECISIO XVII.

QVidam N. certa die & hora, conduxit Iſabellam Simeonis vxorem de domo ſua, ad aliam domum, & iſti ſecum pluries commercium carnale habuit, Simeon reuerſus ad domum, vxorē nō inuenit, ſed per vicinos ſuos habuit, quod Iſabella vxor ſua, tali hora, gradus deſcendit, & cum N. diſſit, Symeō incontinenti N. querelauit de raptu vxoris ſuæ, & factum prout ſupra ſtat, & iacet, probauit, dubitatur tamen, quid iuris eſſet ſtatuendū; Fiſcus, & accuſator Simeon, allegabant N. puniendū eſſe pœna raptus: pro qua ſua opinione allegabāt Clarū *in §. Raptus in initio*, quo † in loco Raptū diffiniēdo, dicit Raptū committi, quando quis mulierē libidinis cauſa de loco ad locnm conducit. Item & Bartolomæus Cæpola inter conſilia ſua criminanalia *conſilio quinquageſimo ſeptimo, numero primo*, vt ſupra raptum diffiniuit, quod ſcilicet intelligatur, quando quis abduxit mulierem honeſtæ vitæ, & bonæ conditionis; Si itaque conducere mulierem de loco ad locum cauſa libidinis exercendæ dicitur Raptus, vtique N. raptum commiſit, & per conſequens pœna Raptus debet puniri: nec requiritur vis precioſē illata mulieri, † quia aut fuerit volens, vel inuita, ſemper Raptus reputabitur, *tex. eſt in l. vnica, C. de Raptu virg. in illis verbis, ſiue volentib. mulieribus, ſiue nō*, quia ſi mulier fuit vo- 1 2

lens, maritus non, & hoc caſu vis illata fuit Marito, ſub cuius poteſtate ipſa Iſabella reperiebatur, & † ideò Cataldinus de Boncompagnis in quodam ſuo conſilio, *inter criminalia diuerſorum exiſtent. conſili. 59. in ordine, ſub numero vigeſimo ſecundo*, inquit, Raptum quis committit, cum vi, aut raptæ, aut ipſius raptæ parentibus, vel vtriuſque ſimul raptam, de loco ad locum ducit, cauſa libidinis exercendæ, declaratque ipſemet hanc ſuam definitionẽ, hoc modo, vis infertur parentibus, & non puellæ, & hoc quando puella raptui conſenſit, aliquando puellæ, & non parentibus, vt ſcilicet quando parentes conſentiunt, puella tamen reclamat: & aliquando vtriſque, quando inuita puella, inuitiſque parentibus rapitur. Maritus ergò in cuius in ſua poteſtate retinet vxorem, querelauit Raptorem, qui eo inuito, & ſic ſibi fuit vis illata, carnaliter vxorem ſuam cognoſcendo, petendo ipſum N. raptorem verum exiſtentem tanquam talem puniri. Quibus non obſtantibus, deciſum fuit, ipſum N. tanquam Raptorem minimè puniendum fore, aut eſſe: quia verè raptum non
4 cõmiſit: † nam raptus eſt vis amotiua mulieri
5 honeſtæ illata, libidinis exercendæ cauſa. † Vis enim in raptu neceſſario requiritur, aliàs nõ dicitur raptus, *ita Mart. Abb. in addit. ad Azonẽ in Summa ſua, in tit. C. de vi bon. poſſeſſ.* quo in loco dicit crimen rapinæ committitur, cum quis per violentiã, & vim, & apertè res alienas

rapit

rapit vndecunque. Item & Ludouic. Carer. *in practica criminali, in proprio loco, vbi de raptu pertractat, fol. 202. numero primo*, dicit, quod contrahitur hoc crimen Raptus, quando per vim fuit rapta, & aſportata de loco, ad locum, aliàs Raptus non dicitur, & vis loco generis ponitur in hac definitione, cæteræ verò loco differentiarum: Definitio ſiquidem vltra alias qualitates, quas habere debet, prout tetigi *in capitu. 1. de modo & ordine criminaliter procedendi inter Regulares*, debet † conuerti cum ſuo definito, *l. 1. §. dolum ff. de dolo, Bart. ibi, in initio, & Bald. num. 3. eod. loco, tex. in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. vbi Bal. nu. 2. & Alex. numero nono, Abb. in Rubr. de Summa Trinit. & fide Cathol. circa medium*; & ideo vis amotiua, &c. eſt Raptus, Raptus verò vis amotiua, &c. ergo hęc eſt vera Raptus diffinitio, & quia in caſu de quo agitur nõ fuit adhibita vis mulieri, nec marito, qui alibi tunc reperiebatur, ſed ſponte ipſa Iſabella iuit, ergo de Raptu nõ tenetur: quia † verbum, conducere, non infert neceſſitatem, nec violentiam, quemadmodum facit vis, vt voluit Clarus, & malè, loco ſupra citato. 6 7

8 Nec obſtat † *l. vnica, C. de raptu virg. in illis verbis. ſiue volentibus mulieribus ſiue non*, quia verba illa ſunt intelligenda, quando à principio non conſtat an volens, vel coacta mulier rapta fuerit, & ne poſt delictum interrogata, excuſaret raptorem, ne vltimo damnaretur ſupplicio in dedecus ſui, ideo lex ſtatuit mulieri non

eſſe credendum; ſecus tamen, ſi à principio conſtat mulierem aufugere à viro ſuo voluiſſe, tunc enim tenebitur de adulterio, non autem de raptu. Thomas Triuiſanus, &c.

EPITOME.

Textus c. 1. de homicidio, lib. 6. multifariè declaratur.

SVMMARIA.

1 *Intellectus cap. 1. de homicidio in 6. ſecundum opinionem Capicij.*

2 *Intellectus cap. 1. de homicidio in 6. ſecundum opinionem Petri à Plaza.*

3 *Intellectus dicti c. iuxta opinionem eiuſdem Petri à Plaza.*

4 *Intellectus c. 1. de homicidio in 6. iuxta mentem Angeli de Gambellionibus.*

DECISIO XVIII.

BRixienſis quidam ab ordinario Brixien. ad triremes condemnatus fuerat in vim tex. *capituli primi, de homicid. in ſexto,* quia text. † 1 ille intelligitur tam in mandante, quam recipiente, ſeu fauente, prout ſic voluit Capycius, *Dec. 155. numero decimo quarto,* & quia hic erat presbyter, dicebatur quod idem text.
2 † ſibi locum vendicabat, vt latè voluit, & ſic interpretatus fuit *Petrus à Plaza, libro primo, e-*
3 *pit. delict. fol. 322. numero ſeptimo,* † Sed quia iſte ſubdi-

ditus erat, & prece conductus fuerat, videbatut non comprehendi *in dicto capitulo primo*, vt voluit *Archid. Ioan. Andreas & Aret. conſilio* 145. *relati omnes à Plaza loco citato, folio 283. numero octauo & ſequen.* nec minus † deuenerat ad actum 4
perpetratum ipſiuſmet facti, prout intelligitur velle tex. *capituli primi, prædicti de homicid. in ſexto*, ideò à triremibus liberatus, ex hac ratione tradita *ab Angel. de Gambellion. inter conſil. 51. libro primo, numero trigeſimo ſexto*, & extraordinariè procedendo per biennium bannitus fuit. Thomas Triuiſanus.

EPITOME.

Regularis deferens habitum Regularem coopertum, licet in habitu Clericali compareat, Apoſtata tamen cenſebitur abſque alio, quod cauſam timoris iuſtitiæ alleget.

SVMMARIA.

1 *Regularis dimittendo habitum ob iuſtum timorem non dicitur Apoſtata.*

2 *Regularis ferens habitum Regularem, ſed coopertum, non dicitur Apoſtata, nec minus excommunicatus. contrarium vide in ſeq.*

3 *Regularis ferens habitum Regularem coopertum vel illum dimittendo, Apoſtata dicitur etiam ſi ſit Epiſcopus.*

4 *Regularis dimittens habitum, vel illum coopertum ferendo, dicitur Apoſtata de tertia ſpecie, ſcilicet irregularitatis.*

5 *Paria ſunt, aliquid non facere, & faciendo, vt ne-mo ſcire poßit.*

6 *Timor qui excuſat aliquem ab Apoſtaſia habitus, requiritur vt ſit iuſtus.*

7 *Pœnam ſibi debitam quis fugiendo, non dicitur habere iuſtam cauſam Apoſtatandi.*

DECISIO XIX.

QVidam N. Regularis ob timorem iuſtitiæ, propter quædam crimina ab eo commiſſa, Venetijs commorabatur indutus habitu Clericali, & pro tali palam publice habebatur, & reputabatur, tandem fuit de Apoſtaſia accuſatus, qui me præſente conſtitutus, confeſſus eſt, ſe eſſe Regularem profeſſum, non tamen Apoſtatam, cum haberet, & ferret habitum Regularem, licèt coopertum, ob iuſtum timorem; fuit dubitatum nunquid eſſet Apoſtata, primò fuit dictum,
1 quòd non; Quia † Regularis dimittendo habitum ob iuſtum timorem, non dicitur Apoſtata, ita *tex. in terminis, & gloſ. clariſſimè, in c. 2. de vita & honeſt. cleric. in verbo cauſa,* in quo loco innuit text. vt ſi quis Regularis dimittat habitum ex iuſta cauſa, vtpotè timore mortis, non cenſetur Apoſtata, quia abſque dubio captus, & punitus fuiſſet à ſuperioribus Regularibus
2 ſuis, & tanto magis, quia † habitum Regularem ferebat, licèt coopertum, quo caſu non dicitur nec Apoſtata, nec minus excommuni-

catus,

catus, *vt late Oldrad. con. 183. numero decimo tertio.* His prædictis non obſtantibus, Apoſtata fuit † habitus, & tanquam talis fuit punitus, in 3
vim tex. & gloſ. quam reputo ſingularem, *in Clement. 2. eodem tit. de vita & honeſt. cleric. in verbo extrinſeci*, quia † dimiſsio habitus, eſt de tertia 4
ſpecie Apoſtaſiæ, ſcilicet irregularitatis, *vt latè Bernard. Diaz. in cap. 104. Apoſtaſia, circa medium*, & latiſsimè ego dixi *in tract. de modo, & ordine crimin. proced. inter Regular. in capitulo decimo octauo, numero vigeſimo octauo*, Nec obſtat conſil. Oldradi allegatum, † nam perinde habetur a- 5
liquid non eſſe, vel eſſe, & non videri, non facere, & factum non ſcire, aut videri. Portare habitum Regularem, eſt de eſſentia Religionis, ſed ferre coopertum, ita eſt, ac ſi non ferret, cum non videatur; cui conſilio Oldradi, idemmet Oldrad. congruè reſpondit *conſilio ſequenti 184. numero duodecimo, decimo tertio, & 14. cum ſequen.* allegando rationes ſimiles ſatis cõcludentes, & in fine concludit, ita etiam fuiſſe iudicatum. Nec obſtat allegatus † timor, 6
quia non excuſat, ſi non eſt talis, prout legitur *in capitulo primo, de his quæ vi, metuſve cauſa fiunt.* alias timor † pœnæ benè meritæ non dici- 7
tur timor excuſabilis, & iuſtus, quinimo punibilis, rationibus, & in cauſis allegatis, *in tractatu de modo, & ordine criminaliter proceden. inter Regular. capitulo decimo tertio numer. 3.* Thomas Triuiſanus, &c.

EPITOME.

Accuſator non tenetur exprimere diem commiſſi delicti.

SVMMARIA

1 *Accuſatori ſufficit deſcribere Annum, Mēſemque delicti commiſſi, die non ſpecificato.*

2 *Specificatio circumſtantiarum relinquitur arbitrio iudicis.*

3 *Argumentum à multo magis, valet.*

4 *Id quod accuſator non tenetur probare, non exprimere poteſt.*

DECISIO XX.

IN accuſationibus, ſeu libellis accuſatorijs grauium criminū vel delictorum, in quibus requiritur circumſtantiarum deſignatio, ſicuti loci, & temporis, & † ſic
1 expreſſio Anni, & Menſis, non tamen tenetur reus exprimere diem commiſſi delicti, *lege libellorum. verſic. neque autem diem, neque horam inuitus comprehendit, ff. de accuſat.* Et licèt Bartolus videatur alibi tenere, quod Accuſator teneatur exprimere diem, ad inſtantiam Rei, ſic inſtantis, ad effectum faciendi defenſiones
2 ſuas † hoc nihilominus relinquitur arbitrio iudicis, *tex. in lege vbicunque, ff. de interrog. act. voluit Imol. in lege is, qui reus. ff. de accuſat. quaſi in fine verſic. item adde dictis Bartol.* quod tamen non eſt verum, quod Iudex ſi ſibi videbitur, poſſit [illegible] arcta-

arctare accuſatorem, vt apponat diem, commiſſi delicti, cum *lex libellorum*, allegata, minimè hoc dicat, Accuſatorem, ſcilicet cogendum eſſe diem exprimere, Et idem voluit Ioan de Anan. *in l. qualiter & quando, el. 2. §. debet, in fine, verſ. quid autem ſi reus petitus. de accuſat.* niſi forte dicatur, quod d. l. libellorum, loquitur in criminalibus exceptis, ſeu ſaltem publicis, ſecus in actione iniuriarũ ciuiliter intentata, & ſic ad priuatam vindictam, quia reſpondetur, quod ſi l. non arctat apponere diẽ, ergo accuſator poteſt diem non apponere & ãgendo audiri, † *arg. authen. multo magis, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & quod habetur in capitulo peruenit, de conſecrat. diſtinc. 2. capi. ſi in laicis, diſtinct. 38. capitul. non æſtimemus, 13. quæſtion. 2.* cum autem † diem commiſſi delicti Accuſator non teneatur probare, ex ſupradictis, multo minus tenebitur illum exprimere, id quod notat *Innocent. in capitulo ſecundo, ſuper verbo, in alijs, de ordine cognit.* nec ad hoc arctari poſſe, iudicatum fuit. Thomas Triuiſanus, &c.

3 (margin, at "& ãgendo audiri")
4 (margin, at "† diem commiſſi")

EPITOME.

Adulterium quomodo probetur.

SVMMARIA.

1 *Teſtis probando adulterium, quid deponere debeat.*

2 *Adulteria ex coniecturis probari ſolent.*

3 Pra-

3 *Præparatoria adulterii, adulterium probant.*

4 *Præſumptionibus iuris ſtandum eſt.*

5 *Cauſa ſeparationis Thori eſt criminalis.*

6 *Præparatoria adulterii operantur, vt onus tranſferatur in probandum contrarium, aliàs ſuccumbit.*

7 *Præſumptio iuris recipit probationem in contrarium.*

DECISIO XXI.

MAritus conuenit vxorem ſuam ſuper ſeparatione Thori, ex eo, quia adulterium commiſerat, ad quod probandum, examinare fecit nonnullos teſtes, qui deponunt pluries, die noctuque vidiſſe N. adulterium in iudicio nominatum, introire, & exire domum dictæ mulieris accuſatæ, quæritur, nunquid adulterium dicatur probatum? ali-
1 qui dicebant, quod non, ducti † ex tex. & Do-
ctoribus, ibi tenentibus *in capitu. litteris de præſumpt.* vbi requirit tex. quod teſtis deponendo de copula, neceſſariò dicat, vidiſſe nudum, cũ nuda, ſolum, cum ſola, in eodem lecto iacentem, & vt credebat, intentione, vt eam cognoſceret carnaliter, & quod viderit multis ſecretis locis, & latebris ad hoc cum modis, & horis electis; alij verò dicebant quod ſic; quia adul-
2 teria probantur † ex coniecturis, quæ ſunt ta-
lia, quæ clàm, & occultè ſolent committi, vt
3 ſolus, cum ſola, oſculum, & ſimilia † de qui-
bus

bus præparatorijs latè *gl. in l. quod ait lex, in princip. ad leg. Iul. de adult. & ſtup. Bart. in l. 2. in fi. & in l. capite quinto, in principio, eod. tit. notaturq́; in cap. tertio loco, de præſumpt.*

Ex † præſumptionibus enim iuris fertur 4
ſententia diffinitiua, *c. 2. de præſumpt. vbi Doctores*, ego autem dicebam quod ex præſumptionibus iuris tantùm in criminalibus non fertur ſententia diffinitiua, nam tex. *cap. 2. de præſumpt.* de vendicatione filij agit, & ſic cauſa erat ciuilis, cum in criminalibus, luce meridiana probationes clariores debeant eſſe, *l. fin. Co. de probat.* Cauſa † ſiquidem hæc ſeparationis 5
Thori, eſt criminalis, quia lata ſententia à Iudice Eccleſiaſtico, ſuper ſeparatione petita ex capite adulterij, in vim ſtatutorum municipalium, illicò dos intelligitur amiſſa, tamquã de adulterio conuicta, ideò præſumptiones huiuſmodi dicebam penitus non probare, ſed † operari effectum, vt transferatur onus probandi contrarium in aduerſarium, quia † præſumptio iuris recipit probationem in cõtrarium, *text. & Doctores, in capitu. is qui fidem de ſponſ. & matrimon.* poſſet enim probari talem adulterum nominatum, tali die, & hora, alibi repertum fuiſſe, vel tunc in præſentia mulierum honeſtarum allocutam eam de tali re eſſe, vel ſimilia, quæ ſi aliquid probaſſet, vtiq; nõ eſſet vir audiendus, licèt etiam leuiter: ſed ſi nihil penitùs, & omninò, tunc contrarium non probando, ſaltem fidem tollendo teſtibus,

bus, vti cõcludenter conuicta ex defectu ſui, non autem ex concludentibus præſumptionibus debet ſuccumbere, & ita iudicauit Dominus Deſid. Guid. in vna Venetiarum filia cuiuſdam aurificis ad ſignum Crucis, quæ nihil coram Ordinario, in defenſionem ſuam probauit, & remanſit conuicta, poſtea in appellatione probauit, tunc ea vice, qua fuit viſus adulter nominatus in domo ſua, aderant multæ matronæ, & de negociatione allocutus fuerat, altera verò vice, ipſa mulier non reperiebatur ibi, ſed alibi, & ſic reuocata fuit ſententia. Thomas Triuiſanus, &c.

EPITOME.

An liceat viro ducere ſecum ſocios, pro occidenda vxore reperta in adulterio, & traditur intellectus l. marito, ff. ad leg. Iul. de adult. & ſtupro.

SVMMARIA.

1 *Vir poteſt ducere ſecum ſocios pro occidenda vxore reperta in adulterio.*

2 *Quod fit lege permittente, pœnam non meretur.*

3 *Vbi non eſt delictum, ibi non eſt pœna.*

4 *Quod ego poſſum facere per me, poſſum & per miniſtros meos.*

5 *Viro permiſſum eſt occidere vxorem adulteram in flagranti crimine repertam.*

6 *Quod vni conceditur, alteri denegatur.*

7 Inclu-

7 *Incluſio vnius, eſt excluſio alterius.*

8 *Cui non competit quod eſt minus, nec quod eſt maius.*

9 *Maleficia, vel delicta committenda, non delegantur.*

DECISIO XXII.

IN vna Cenetenſi, in qua vir reperta vxore in flagranti crimine cum adultero, fecit, vt ſocij ſui vxorem occiderent, non autem adulterum, quia velociter aufugerat, dubitatum fuit, an ſocij interfectores deberent de homicidio puniri, & prima facie dictum fuit, quòd non: quia licèt † viro ducere ſecum ſocios pro occidenda vxore reperta in adulterio, allegando Paulũ de 1
Caſt. *in l. refectionis, num. 4. ff. commun. prædiorum, & latè Capol. Conſil. crimin. 4. num. 14.* quia vt ipſe dicit, † id quod fit lege permittente, pœnam non meretur, *l. Grachus, Cod. ad leg. Iul. de adult. & ſtup.* Et † vbi non eſt delictum, ibi nõ 2
eſt pœna: quia commenſuratur delicto, *l. ſancimus, C. de pœnis, & l. ex facto, §. Iulius Longinus, ff. de vulg. & pupill.* & quod ego poſſum † facere 3
per me ipſum, poſſum etiam per miniſtros meos, *l. qui per alium, de regu. iur. in ſexto, vbi dixi, arg. l. oſſa, §. fi. ff. de relig. & ſumpt. funer.* 4

At viro † permiſſum eſt, poſſe occidere vxorem adulteram in flagranti crimine repertam, *l. marito, ff. ad leg. Iulian. de adulter. & ſtup.* ergo mãdando per alios hoc fieri, nec vir, nec ſocij 5

meren-

merentur puniri, ex mente Cæpolæ. Ex altera verò parte tutius conſulendo, dicebatur, quod ſic, quia licèt, l. marito, concedat facultatem viro, occidendi vxorem in flagranti crimine repertam, hoc ſit cauſa obtemperandi iuſto dolori viri, vt ex ipſa l. colligitur, ideo ſi ipſe ob immenſum dolorem quem habet, ipſam occidit, non punitur, ſi mandat ipſam ab alijs occidi, mandans adhuc nõ punitur, quia hoc caſu compatitur lex dolori iuſto viri, ſed quod ſocij mandatarij non puniantur, hoc non eſt affirmandum.

Siquidem viro tantùm conceſſum eſt, poſſe vxorem occidere, ergo ſocijs denegatum,
6 nam quod vni † conceditur, alteri denegatur, & quod permiſſum eſt pro certo tempore, alio
7 cenſetur prohibitum, & † incluſio vnius, eſt excluſio alterius, iſtæ enim regulæ generales in iure, vti maximę, & dignitates habitæ, probantur, ex *l. cum Prætor, ff. de Iudic. l. maritus, Cod. de procurat. l. ſtatu liberum, §. Stichum vbi Bartolus ff. de legat. 2. latè Dominus meus Riminal. iun. in §. 1. Inſtit. de donat. num. 217. & idem Dominus meus, in l. 1. numero 451. C. qui admitti, & in conſil. 33. numero 15. volum. 1.* Si itaque ſocijs minimè conceſſum eſt, vt vxorem ſocij ſui poſsint impunè occidere, ergo prohibitum; *Dec. in l. vt vim, ff. de iuſt. & iure. nume. 2. & ſeq.*

Si nec ipſis † competit ius accuſandi adul-
8 terium, quia eſt delictum priuatum, & certis perſonis tantùm competit ius accuſandi, *tex. in l.*

in l.quamuus, la 2. ad leg. Iul.de adulter. & ſtup. & hanc eſſe communem, voluit Clar. *in §. adulterium, verſic. eſt autem hodie &c.* quæ quidem accuſatio, minus eſt, quàm homicidium, multo minus ergo intelligitur ipſis ſocijs conceſſum eſſe ius occidendi, quia delicta committenda non delegantur, non enim vir, & pater poſ- 9
ſunt vices ſuas alteri committere, hoc enim eſt priuilegium perſonale, *capitu. priuilegium de reg. iuris. in ſexto, & ita voluit etiam Iaſ. in l. 1. §. vſufructuarius, numero 5. de oper. noui nunciat. & Felyn. in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitut. num. 14.* Et Caſtrenſis *in allegata l. refectionis num. 4. ff. comm. præd.* dicit, quod vir poteſt ducere ſocios ad ſui defenſam & ad hoc vt non puniatur in alio caſu, quam occidendi vxoris, & ſic contra opinionem Cæpolæ tamquàm peregrinam, ſocij fuerunt contumacialiter banniti, & tunc eram ego Curiæ illius Aduocatus Fiſcalis, Thomas Triuiſanus, &c.

EPITOME.

Sententia criminalis, parte non audita nulla dicitur.

SVMMARIA.

1 *Vbi non eſt delictum, nec pœna eſſe debet.*

2 *Abſoluere & condemnare ſunt contrariè oppoſita, & idcirco vno eodemque tempore in idem ſubiectum cadere nequeunt.*

3 *Iudici conſtare debet de delicto, antequàm ad vlteriora contra reum procedat.*

Ee 4 *Iudi-*

4 Iudicem omnia rimari decet, ideo tam in interlocutoria, quam diſfinitiua tum etiam in ipſo litis initio ſeu cauſæ principio eidem de delicto conſtare debet.

5 Delictum aliud dicitur permanens, vt homicidium aliud non permanens vel tranſitorium, vt adulterium, & blaſphemia.

6 Abſolutus à Iudice prætenſum delictum non præſumitur admiſiſſe, & iccirco ſi fuerit bannitus iniuſtè dicitur fuiſſe bannitus.

7 Reus antequam condemnetur, debet ad faciendas ſuas defenſiones admitti.

8 Iudex ex officio tenetur perquirere defenſiones reorum, licèt ſui defenſionem negligat ipſe Reus.

9 Iudex ſecundum allegata & probata ſententiam ferre tenetur.

10 Cauſa cognitio requiritur in quocunque Iudicio cum ſit de iure diuino, & ideo ſine actus annullatione omitti nequit.

11 Condemnare aliquem non præuia habita cognitione cauſæ, non eſt punire, ſed delictum committere.

12 Bannitus dicitur infamis.

13 Feudo quis non priuatur, niſi iuris ordine ſeruato

14 Banna ordine iudiciario non obſeruato prolata, ſunt ipſo iure nulla, iniuſta, & minimè executioni demandanda.

15 Paria ſunt, aliquid fieri ſine lege, vel contra legem.

16 Iudici nō creditur aſſerenti ſe iuſtitiam adminiſtraſſe,

ſtraſſe, & ordinem iudiciarium ſeruaſſe, niſi ex actis appareat.

17 *Quæ ſunt meri Imperij, non delegantur, nec competant, niſi Principibus ſuperiorem non recognoſcentibus.*

DECISIO XXIII.

ORdinarius N. formato proceſſu ad querelam partis, contra quẽdam N. ipſum ſeruatis ſeruandis abſoluit, & poſtea eidem iniungit, vt iuſtis de cauſis animũ iuum mouentibus à Ciuitate verbi gratia Venetiarum infra tridui ſpacium diſcederet, nec per triennium auderet redire, ſub pœna excõmunicationis ipſo facto incurrenda, & aliarum pœnarum arbitrio ſuo imponen. iſte incontinenti introduxit cauſam coram Nuncio Apoſtolico Archiepiſcopo Capuano, coram quo partibus auditis, & ſeruatis ſeruandis, Decretum illud bannitorium fuit reuocatum, & inciſum, ex pluribus.

Primò, quia iuris eſt regula, vt ſine delicto quis tamquam delinquens non puniatur, † 1
quia vbi nõ eſt delictum, nec pœna eſſe debet. Dixi ſupra, *Deciſ. 22. nu. 2. & 3. inter cæ.* Idcircò cũ fuerit abſolutus ab imputationibus cõtra ipſum criminaliter, & iuris ordine ſeruato deductis, quod commiſit, vt eo inſtanti puniretur: † abſoluere enim & condemnare re contraria ſunt, & ideò eodem tempore, in v- 2
num idemque ſubiectum cadere non poſſunt,

vt volunt Logici, pluribus in locis, præſertim in Antepręedicament. Ariſtotel. ſi rectè memini, & ideo ex eadem cauſa abſoluere, & condemnare aliquem, ridiculoſum eſt, cum nō deliquens non indigeat abſolutione, nec pœ-
3 nam mereatur, Iudex ſiquidem ſi ſibi † non conſtat de delicto, contra Reum procedere non poteſt, & licet delictum ſit ei notorium, tamen adhuc debet videre merita cauſæ, prius, quam aliquem feriat, aut iudicet; vnde Dominus, cui nihil eſt abſconditum: Deſcendam (inquit) & videbo, vtrum clamor, qui ad me peruenit, ſit ita, vel nō: vt ſciam, &c. *cap. Deus omnipotens, §. fi. & ca. ſeq. 2. q. 1. l. in ciuile, ff. de*
4 *legib.* † oportet enim Iudicem cuncta rimari, *l. Iudices C. de Iudic.* ideo & in diffinitiua, vt dictū, & etiam in principio iudicij de delicto iudici conſtare debet: ſic clamitant omnes, *vt Malleus magnus maleficiorum, Doctor. Conrad. Boſſius, Blanc. Aretin. Marſ. Gomez. Bal. Cærillus, & ex iunioribus Clarus, in initio ſuarum practicarum crimina-*
5 *lium quæſt.* etiam quamuis delictum † ſit permanens, vt homicidium, vel non permanens, vt adulterium, & blaſphemia, omni enim caſu, vel per inſpectionem oſcularem, vel depoſitionibus teſtium, fama publica, vel præſumptionibus, aut indicijs, de delicto in primis, &
6 ante omnia Iudici conſtare debet, hic † autem delictum non commiſerat, quia fuit ab eodem Iudice abſolutus, ergo iniuſtè bannitus.

Secun-

Secundò, Reus non poteſt criminaliter ſententiari,† niſi prius Iudex eidem aſſignaue 7
rit defenſiones ſuas faciendas in termino ab eodem Iudice ſtatuto, prout hoc latiſſimè probaui aliàs *in tract. meo de modo, & ordine criminaliter procedendi inter Regulares, capitulo 15. numero primo, & ſequente de defenſionibus reorum.* Et ſi Reus † ſe defendere noluit, tenetur tunc, & 8
eo caſu Iudex perquirere defenſiones ſuas, ita latè dixi *de modo & ordine criminaliter proceden. inter Regulares, allegato capitu. 15. de defenſionibus reorum, num. quarto,* nam Iudex ſecundum † alle- 9
gata & probata tenetur iudicare, *lege illicitas, §. veritas, ff. de offic. præſid.* & factum, de quo Reus proceſſatur, debet eſſe probatum, *vt lege prima, §. Diuus ff. de re milit. l. 1. §. itē illud, ff. ad Senatuſconſ. Syllan. tex. in lege prima, C. de cur. & ſtat. libro vndecimo,* ideò cauſæ † cognitio requiritur neceſ- 10
ſario, cū ſit de iure Diuino, quæ meritò omitti non debet, *Abb. in capitulo primo, numero 5. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Hippol. de Marſ. in pract. criminali, in §. nunc videndum, numero vigeſimo primo, & vigeſimo ſecundo,* & ratio hęc eſt, quia † ali 11
quem condemnando Iudex, non cognito de delicto, non eſt punire, ſed committere delicta, & ideò banniuerat, & ſic infamem pronunciauerat, nam bannitus † dicitur infamis, 12
vt Nellus de Bannitis, inter tract. diuerſor. fol. mihi 201. numero quadrageſimo nono, & quinquageſimo, & ſi in priuatione feudi † requiritur ordo iudi ciarius, vt *Bal. in c. 1. §. publici latrones, in tit. de pace*

tenen. Andr. de Iſern. in capitu. Imperialem, §. callidis, de probibit a feudi alien.per Freder. Alex.conſilio 103. volum.1.Thom. Grammat.Dec.104. in qua agitur de priuatione bonorũ, debet ſeruari ordo iudiciarius, fortius in priuandis hominibus honore, patria, & parentibus; ideo ordine
14 iudiciario †banna ſunt proferenda, alias ſunt nulla, iniuſta, & minimè exequenda, vt notat *Hyppol.de Marſ.in tractatu bannitorum, in verbo, facti, numero decimo tertio, decimo quarto, decimo quin*
15 *to, 16.17. & 18.fol.156.* Paria † namque ſunt, aliquid fieri ſine lege, vel contra legem. *Blanc.in 6. in Gen.prope finem de elect. Iaſ.in l.non dubium, numero ſexto, C.de leg. & in l.præſes, C. de tranſact. numero tertio, & in l.vinum, numero 8. & l.ſingularia. numero 54.ff.ſi certum petatur,* ideò dũ Iudex abſque lege banniuit, ideo ſine dubio cõtra legẽ.

Nec obſtat ſi dicatur, quod ſatis eſt, vt iudex aſſerat banniuiſſe Titium iuſtis de cauſis animum ſuum mouentibus, & eidem ſtandum eſſe, ex notat.*per Innoc.in cap.in præſentia, de renunciation. & Iaſ.in d.l.vinum, ff.ſi.cert.petat.nume. 34.* quia reſpondetur, quod Innocent. ibi habuit reſpectũ quo ad ius litigatoris, non autem ad ius ſcriptum, & Iaſ. citato loco tetigit, nec reſoluere valuit, cum re vera communis ſit in contrarium, nempe quod Iudici in ſen-
16 tentia † alleganti, vidiſſe ſic & ſic, non creditur, niſi aliter ex proceſſu appareat, ita voluit, *Abb. in cap. quoniam contra, de probat.nu.26. & latè Pet.de Bencinteud.in Rota Bononien.Dec.2.nu.4.*

& ideo bannum fuit nullũ, nulliter editum, & nullũ declaratum, tanquã factum ſine cauſæ cognitione in proceſſu exiſtenti, & à Iudice iuriſdictionem quidem habente, non autem merum Imperium, quæ cauſæ meri Imperij † 17 non delegantur, ſed penes Principem non recognoſcentem alium Principem ſuperiorem reſident, vt *latè Doctores, præſertim Bartol. in lege quæcunque, ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. & in l. Imperium, ff. de iuriſd. omn. iud.*

EPITOME.

Monialis delinquens circa crimen ſacrilegij, quomodo, & quo loco ſit puniẽda.

SVMMARIA.

1 *Monialis deflorata occultè, reperta in monaſterio, & defloratione non probata, quia non eſt prægnans, non debet Iudex pro tali pronunciare, ſed ei indicenda eſt purgatio Canonica ſtante vehementi deflorationis ſuſpicione.*

2 *Monialis, quæ peperit in Monaſterio, quomodo punienda.*

3 *Monialis, quæ facta prægnans, aufugit è Monaſterio, qualiter ſit punienda.*

4 *Monialis, quæ aufugit è Monaſterio quomodo corrigenda.*

DECISIO XXIIII.

IN vna Iuſtinopolitana deciſum fuit, vt Moniali † defloratæ occultè, 1 vel potius vehemẽter ſuſpectę de incõtinẽtia, indiceretur purgatio Canonica, to-

tit. de purgat. Canonica. Monialis verò, quæ pe-
2 perit † in Monaſterio, debet in Monaſterium
3 † penitentium, ſeu Conuertitarum reponi: ita *tex. in cap. impudicas, vbi gloſ. in verbo cætum, cũ gloſſella 2. ſi quis rapuerit, vbi gloſ. in verbo caution. 27. qu. 1. Hypp. de Marſ. in l. vnica, C. de rapt. Virg. nu. 57. Pract. Conradi, in loco de ſacrilegis, numero 4. verſic. Atqui ipſa Monacha. fol. 599.* ſi tale Monaſteri-
4 um in Ciuitate † commiſsi delicti non reperitur, punitur in proprio Monaſterio, & ſi aufugerat ex eo. *cap. ſi quis ſacra, §. velatæ, cap. peruenit ad nos 27. qu. 1.* & ſic reconciliantur illi tex. prima facie contrarij apparentes. Thomas Triuiſanus, &c.

EPITOME.

Reconciliantur opiniones Bartoli, & Marſilij contrariæ circà intellectum l. vnicæ, C. de Raptu virginum.

SVMMARIA.

1 *Furtum minus congruè dici poſſe eſſe genus Raptus.*
2 *Rapina ſpecies eſt furti.*
3 *Rapina & furtum dicuntur affines.*
4 *Rapinæ & furti finis idemmet eſt.*
5 *Raptus delictum eſt publicum.*
6 *Delictum quodlibet de iure Canonico dicitur publicum.*
7 *Accuſatio perſonæ Eccleſiaſticæ permittitur tantùm habentibus intereſſe, & non aliis.*

8 *Raptus*

8 Raptus de iure ciuili non dicitur delictum publicum.
9 Argumentum à partium enumeratione, valet in iure.
10 Raptus delictum eſt priuatum. Sed contrarium vide infra, num. 18.
11 Illud quod non videtur expreſſum, cenſetur omiſſum.
12 Offenſæ Raptæ tantum competit actio.
13 Volenti non fit iniuria, & infra num. 15.
14 Raptus tamquam ſpecies, habet genus ſupra ſe, ſcilicet vim, quæ prædicatur de Raptu.
15 Rapiens Monialem, dicitur committere delictum publicum, cum principaliter in offenſam Dei committi dicatur.
16 Raptor efficitur infamis.
17 Raptus diffinitio.
18 Delicta publica ea dicuntur, ad quæ accuſandum quilibet de populo admittitur.
19 Delicta in offenſam Dei, quilibet accuſare poteſt.
20 Iudex ex officio criminaliter procedit.
21 Iudex procedens ex officio & ſuccumbens, tenetur Senatuſconſulto Turpill. ſicuti accuſator.
22 Vnusquiſq; de populo, qui admititur ad accuſandum delicta publica, debet eſſe ciuis illius loci.
23 Ciuis requiſitus, intelligitur de vero.
24 Differentia inter eſſe, & haberi pro eſſe, quæ ſit.
25 Delicta ne remaneant impunita, intereſt Reipublicæ.

26 *Rapina delictum eſt grauius ipſo furto, iuxta doctrinam Hyppol. de Marſilius, & vide infra numer. 34.*

27 *Rapina ſpecies eſt furti, ſecundum Bartolum, ergo furtum grauius eſt delictum.*

28 *Rapina abſque vi nequaquam dari poteſt.*

29 *Furtum delictum eſt priuatum, ſed vide infra contrarium num. 35.*

30 *Rapina delictum publicum appellatur.*

31 *Rapina impoſita eſt pœna mortis naturalis, & bonorum confiſcatio.*

32 *Furtum extraordinaria pœna punitur qualibet, excepta morte.*

33 *In furto locus eſt pœnitentiæ, puta reſtituendo.*

34 *Muliere honeſta rapta, ipſaq́; carnaliter cognita, nō poteſt reſtitui honor, honeſtas, vel caſtitas.*

35 *Furtum delictum eſt publicum, vt Rapina.*

36 *Vis ſiue publica, ſiue priuata, inter delicta publica enumeratur.*

37 *Ratione perſonæ, loci, & quantitatis, delicta aggrauantur.*

38 *Mors vna nobilior altera.*

39 *Pœna diſtinguit delicta.*

40 *Furtum in triplici eſt differentia.*

41 *Reconciliantur Bart. & Marſilius.*

DECISIO XXV.

Certa die dubitatum fuit inter Aduocatos, quodnam delictū eſſet minus graue, furtum ſcilicet, vel Rapina: pro vna parte diceba-

dicebatur, quod † furtum minus congruè dici 1
poterat eſſe genus Raptus, vt valeat conſequẽtia, hic eſt raptor, ergo fur, prout etiam ita voluit *Bart. in l. ſi vendidero, §. cum Raptor, num. 1. ff. de furt. & tex. in l. duobus, §. ſi quis inuenerit. ff. de iureiur. vbi Bart. num. 2.* † quia Rapina ſpecies eſt 2
furti, Dicebatur namque reſpondendo, quòd
† Rapina, & furtum videntur adeò affines, vt 3
Rapina dicatur furtum, & furtum Rapina, & ſic licèt ſint ſpecies ambæ diſtinctæ inter ſe,
† finis tamen eſt idem: quia vnus furatur cum 4
vi, & palàm, alter verò rapit ſecretè, inſcio Domino, tamen vterque intendit habere dominium in rem Ráptam, vel furto ſubtractam, & Bart. intellexit, quòd Rapina ſit ſpecies furti, tanquam ſpecies ad genus, aliàs eſſet aſsignare pro genere genus, & ſpeciẽ pro ſpecie, ſed ſpeciem intellexit ſimilitudinariè, id eſt, rapina eſt ſpecies furti, quaſi dicat quòd rapina eſt veluti furtum, nec aliter ibi intelligere voluit.

Secundò notandum eſt, quod † Raptus de- 5
lictum eſt publicum de iure Canonico: quia
quodlibet delictum † de iure Canonico pu- 6
blicum dicitur, vt notat *gloſ. in c. infames, in verbo fures, 6. quæſtio. 1. & Ioan. de Anan. in c. ſtatuimus, de maledic. num. 19. Bald. in Rubr. C. de his, qui accuſare non poſſ. numero nono in fin. vt ſupra Dec. decima quarta, inter crimin. numero ſexto.* Quod tamen procedit, quatenus Raptor ſæcularis ſit, nam ſi Regularis, vel Clericalis, nequaquam:

cum

7 cum † illius accuſatio ſpectet tantummodo ad habentes intereſſe, ergò quo ad eas perſonas Religioſas, priuilegiatas, publicum non dicitur, etiam de iure Canonico, ad effectum, vt quilibet de populo accuſare poſſit, *iuxta tex. in c. de cætero, de teſtibus, & atteſt. vbi Doctores*; De

8 iure vero ciuili, hęc quæſtio ſatis dubitabilis, quia prima facie videtur dicendum, quod † Raptus non ſit delictũ inter publica connumeratum: Iuriſconſultus namque enumerans quæcunque delicta publica, *in leg. 1. ff. de public. iudic.* non includit Raptum, ideò non eſt publicum delictum, argumentum enim à partium enumeratione, valet in iure, vt voluit *Euerar. in Topica iuris, in loco proprio, à partium enumeratione*, Raptus non includitur in materia ad leg. Iul. Maieſt. nec Iul. de adult. nec Cornelıæ de Sicar, nec Pompeiæ de parricid. nec in alia materia delictorum publicorum enumeratur delictum hoc Raptus, ſcilicet *in l. 1. ff. de public. iudic.* ergo Raptus eſt alia delicto-

9 rum ſpecies, & minimè in ſupra dictis comprehenſa, & ideo non eſt publicum delictum ideò ſi † non publicum, ergo priuatum, non publicum, quia vti tale, & inter talia enume-

10 ratur nullıbi, & illud quod non videtur ex-

11 preſſum, † cenſetur omiſſum, ſicuti quod non videtur factum, habetur pro non facto, *lege ſi, vbi Doctores, C. de rebus credit. Bart. in lege finali C. de error. aduocat. Bald. in lege abſentem, poſt principiũ verſicul. in tex. ibi nunquam C. de accuſat. Felyn. in capitulo*

pitulo, quoniam contra, verſiculo limita vno modo, de probat. numero trigeſimo tertio. Cum itaque non reperiatur expreſſum vna cum cæteris delictis publicis, cenſetur omiſſum.

Vlterius ſtante Raptus definitione ſuperius tradita *Deciſ. 17. numero quarto, inter crimina l.* quod ſcilicet Raptus ſit vis amotionis, alicui mulieri illata, &c. ſi vis inferatur mulieri alicui tantum, ideo † ipſi offenſæ competit actio, 12
& ſi ipſa contentabitur fuiſſe raptam, non debebit alter ad accuſandum admitti, quia ſi ipſa aſſeruerit, ſe non raptam fuiſſe, & ſic non iniuriatam, cęteri verò affines, & conſanguinei minus iniuriati erunt, & ideò ad accuſandum minimè admittendi, ratio enim habetur ex vulgari regula, volenti † non fit iniuria. *lege* 13
nemo fraudare videtur ff. de regul. iur. & ſi non vult intelligitur iniuria, & ſic delictum priuatum: propterea dicendũ eſt, quod Raptus, delictum ſit priuatũ. Ex altera vero parte dicebatur, quod Raptus † eſt vis, quia Raptus abſ- 14
que vi non datur, quæ vis, aut publica eſt, atu priuata, quæ qualis ſit, cõnumeratur inter publica delicta, *alleg. lege prima ff. de public. iudic.* igitur erit Raptus † delictum publicum. Item 15
capere Monialem delictum publicum eſt; quia principaliter fit in offenſam Dei, *vt text. in l. Manichæos, C. de hæretic.* Item Raptor huiuſmodi † fit infamis, *capitulo conſanguineorum,* 16
tertio quæſtione quarta, & capitulo conſtituimus, tertio quæſtione quinta, ideò Raptus delictum

eſt

eſt publicum, *per text. in lege infamem. ff. de publ. iudic.* Tandem quod crimen Raptus ſit publicum, tenet *Bart. in l. prima. ff. de public. iudic. n. 14.* Sic itaq; cōſtat, crimen huiuſmodi eſſe publicum, & licet non fuerit enumeratum, *in l. 1. ff. de public. iudic.* ſpecificè, fuit tamen nominatū ſaltem genericè, nominando vim publicam, & priuatam, ſine quarum altera, Raptus non poteſt committi, vt dictum eſt. Nec obſtant ea, quæ ſecūdariè allegabātur, ſcilicet quod talis raptus committur in aliquam inuitam, quæ ſi permitteret, nō eſſet Raptus, quia non fuiſſet iniuriata, cum volenti nō fiat iniuria: quia reſpondetur, quod ſemper quando committitur Raptus, adhibetur & vis, alias raptus nō
17 eſſet, Rapere enim † eſt vi quiddā de manibus auferre, id eſt poteſtate, vt notat *Burrigar. in l. hac vnica, C. de raptu. virg. nu. 2. Cy. vero n. 5.* & poſtquam rapta per vim fuerit mulier, non requiritur eius conſenſus, quia tunc habetur tanquā ſeducta, ſi probaretur conſenſus præcedens, tuncque eſſet quæſtio ſatis dubitabilis; Ra-
18 ptus † itaque abſque alio delictum eſt publicum, & delicta publica dicuntur ea, ad quæ accuſandū quilibet de populo admittitur, vt *tex. in initio Inſtit. de public. iudic. & not. Bar. in rubr. ff. eod. & dixi latius hoc eod. lib. dec. 14. nu. 1.* quod etiam tali ratione probatur. Sunt namq; aliqua
19 † delicta quæ immediate fiunt in offenſā Dei & per ea nemo læditur niſi Deus, vt Blaſphemia, & idcirco ſi Blaſphemator non poſſet ni-

ſi à

ſi à parte læſa accuſari, tale delictum eſſet impunibile, quod minimè dicendum eſt, quia tali caſu quilibet admittitur accuſator, aliàs Iudex † ex ſuo officio procederet, *iuxta tex. c. 1. de* 20
offic. Iudi. ordin. & tali caſu Iudici permittitur accuſare, † quia ſi Iudex procedit ex officio, & 21
ſuccumbit, tenetur Turpilliano Senatuſconſulto, ſicuti accuſator, notat *Bar. in lege ſi ſenatuſcon. Turpil. numero primo, & l. filius familias, ff. de*
iudic. nec requiritur, vt † talis accuſator ſit ciuis 22
illius loci, in quo delictum fuit commiſſum, licet Gomez. teneat, quod ſic, *in ſuo tract. criminali, c. 1. numero vigeſimo octauo,* dicens non competere ius huiuſmodi, niſi proprijs ciuibus, rationibus & authoritatibus, per eum loco
citato allegatis, & intelligendum ſit de † ve- 23
ris ciuibus non autem de his, qui habebantur pro ciuibus, vel habentur, nam magna eſt dif-
ferentia, inter eſſe, † & haberi pro eſſe, notat 24
Bar. in lege hac verba §. legis Iuliæ, ff. ad leg. Iul. de adult. & ſtupro, numero primo, dixi hoc idem Deci. 14.
inter crim. num. 2. 3. & 4. quia communis opinio 25
eſt in contrarium: nam † cum Reipublicæ interſit, delicta non remanent impunita, *l. ſi ita vulneratus. §. æſtimatio, ff. ad leg. Aquil. leg. 4. ff. cum dominus, ff. de noxal. action. leg. ſi à reo, §. fi. ff. de fideiuſſ. gloſſ. in leg. 1. verſic. ſalutis Cod. de famo. libel. capitul. vt famæ tuæ, de ſententia excommunicat.* Si itaque ad publicam vtilitatem talis accuſatio tendit, ideo quilibet accuſando poterit audiri.

Sed

Sed redeundo vnde diſceſſimus, quodnam ſcilicet delictum ſit magis punibile, furti ſci-
26 licet, vel Rapinæ, † *Hyppol. de Marſ. in lege vnica, C. de Raptu virg. ſub numero quadrageſimo ſexto*, tenet, quod Rapina ſit delictum grauius Bart. verò *in l. duobus, ſi quis iurauerit, ff. de iureiuran. nu-*
27 *mero 2.* tenet contrarium, dum dicit, quod † Rapina ſpecies eſt furti, & valet dicere, Rapina eſt, ergo furtum, vt homo eſt, ergo animal, Marſilius ſiquidem tenet, quod Rapina ſit damnabilior furto, moueturque ex textu *legis is qui vim, ff. eo. quod met. cauſa*, vbi text. inquit, qui vim intulit, cum poſſeſſionem à me ſit cõſecutus fur non eſt, quamuis quod vi rapuit, fur improbior eſſe videatur, vt Iuliano placet, & Bald. ibi in fine, notat, quod qui rapit, plus delinquit, quam qui furatur, allegat etiam *§. 1. in inſtitut. vbi bonorum rapt.* vbi tex. inquit, qui res alienas rapit, tenetur quidem etiam furti, adeò quod Rapina ita ſit generalior, vt in ſe contineat furtum, tamquam quid ſpecificum. Tertio allegat *legem ſi te, C. ex quibus cauſ. infam. irroget. Bart. in lege prima, ff. de effract. & expilat. numero primo*, quibus omnibus in locis concludenter habetur, quod Rapina ſit deteſtabili-
28 or furto, quod quidem ex eo etiam probatur, quod in Rapina intelligitur vis, cum † Rapina abſque vi minimè detur, hæc ſunt quę à Marſilio allegantur pro ſuſtinenda ſua iam propoſita propoſitione, pro qua etiam addu-
29 co ego, quod † furtum delictum eſt priuatum,

quia

quia inter delicta publica non enumeratur, quinimo etiam ſi fur ſit, pro furtiſque ſuspendatur quis, non tamen dicitur delictum publicum. *Bartolus in lege cum ſeruus, numero ſeptimo, ff. de cond. cauſa data*, ſecus autem † 30
in Rapina, cuius delictum publicum appellatur, vt dictum eſt. Secundo pro † rapina im- 31
poſita eſt pœna mortis naturalis, & confiſcatio bonorum, *vt lege vnica, C. de Raptu virgin.* † 32
pro furto autem alia pœna, morte excepta, vt *Gomez in §. ex maleficiis, numero duodecimo, in Inſtitut. de action.* & ſi imponitur mors, non confiſcantur bona ex delicto, licèt forſan pro ſatiſdatione eorum, quibus bona furata fuerunt. Tertio furtum alicui factum † poteſt reſtitui 33
Bald. in lege quod euitandi, C. de condic. ob turp. cauſ. in fine, quod tamen non procedit in Rapina, de qua tractatur *in dicta lege vnica, C. de raptu virgin.* quia † rapta muliere honeſta, ipſaque 34
carnaliter cognita, non poteſt reſtitui honor, honeſtas, vel caſtitas, ideo cum Marſilio videtur dicendum Rapinæ delictum magis graue, & damnabile, quam furtum.

Pro opinione tamen Bart. non deſunt rationes, & authoritates, vt furtum maius ſit ipſa Rapina, pro qua quidem opinione, adduco ego, quod † furtum eſt delictum publicum 35
vt rapina, & quamuis furtum non inueniatur inter delicta publica enumeratum expreſsè, ſubintelligitur tamen, ea ratione qua intelligitur Raptus: Raptus ſiquidem inter publica

delicta non enumeratur; Sed quia non datur,
36 niſi cum vi, & † vis ſiue publica, ſiue priuata, enumeretur inter delicta publica, ergo Ra-
37 ptus eſt delictum publicum, ſic & furtum † quod committi poteſt, aduerſus Principem, vel Eccleſiam, aut totam aliquam familiam, item in loco publico, veluti in platea, vel publico mercatu, & in ſimilibus, in quibus furtum ſuſcipit naturam publicorum, delictorum: furari in Eccleſia, res ſacras, furtum dicitur in offenſam Dei perpetratum, *vt l. Manichæos, C. de hæret.* contra Principem ſimiliter, *vt l. Iul. maieſt.* in locis publicis itidem, & hoc caſu, vnuſquiſque de populo poterit accuſare, *vt Gomez. in capit delictorum, numero primo,* pro furto enim huiuſmodi fur furca ſuſpenditur, nō autem caput amputatur, & tamen nobilior
38 mors eſt, † puniri capitis amputatione, quam furcarum ſuſpenſione, *vt Caſſan. ſuper Conſuetud. Burgund. fol. 47. numero tertio,* ideò ratione
39 pœnæ † maius eſt furtum, quam Raptus, ratione ſiquidem pœnæ quodlibet delictum dicitur maius, & minus graue, *vt Bart. in lege leuia, ff. de accuſat. numero primo,* quod & ratione naturali confirmatur: quia ſi quis mulierem rapit, finalis eius intentio non eſt damnum, vel iniuriam alteri inferre, vt in furto, ſed quia mulier eſt pulchra, amore & pulchritudine captus, neſcio quomodo videtur inductus ad raptum committendū, quaſi quod coactus fuerit, & ſic in parte raptor excuſatur, quod non

ita

ita ſe habet.in fure, quia ſpe lucri, & auaritię tantum furatur, ego autem in tam ardua altercatione certa dic in facto ad partes diſputata, dicebam pro reconciliatione tantorũ virorum, quod cum furtum ſit in triplici † differentia, *vt Bart.in lege prima, ff. de effract. & ex-expilat.numero primo, & Bald. in d.l.ſi te, C. ex quibus cauſ.infam. irrog.* quia improbum dicitur magis improbum, vt expilatæ hæreditatis, improbiſſimum vero vt Rapina, quod quidem furti tertium genus, videtur parum ab ipſa rapina differre, quinimò certo modo præualet. 40
Si itaque † de tertia hac ſpecie intelligitur, procedit dictum Bart.ſi de prima, & ſecunda, tunc procedit opinio Marſilij. Thomas Triuiſanus, I. V. Doct. 41

EPITOME.

Intellectus l. vnicæ, C. de Raptu virginum.

SVMMARIA.

1 *Pudicitiæ laudes ex Cypriano de duodecim abuſionibus.*

2 *Nuptiæ licet laudandæ ſint, & caſtitas coniugalis, laudabilior tamen eſt continentia vidualis, & multo magis integritas virginalis: quia ipſa replet paradiſum.*

3 *Viuere in carne, & opera carnis nõ facere eſt cœleſte.*

4 *Virginis diffinitio prima elicitur ex l.vnica, C.de raptu virginũ, talis, quod ſcilicet ea virgo ſit, quæ nunquam à viro fuit cognita.*

5 *Mulier non virgo etiam eſſe poteſt, licèt à viro nunquam fuerit contacta, vel violata, neſando ſcelere in proprium corpus admiſſo.*

Virgines qualiter haberi debeant, & ſint, quæ inuitæ à viris cognitæ clauſtra habent pudoris reſerata & vide infra num. 14.

7 *Generoſum & Chriſtiana pietate dignum Diuæ Luciæ reſponſum tyranno Paſcaſio datum, virginitatis ereptionem violentam ipſi minitanti.*

8 *Virginis definitio ſecunda.*

9 *Virginitas quod modis amittatur, & infra, num. 13. & 15.*

10 *Conſenſus in virgineum florem amittendum lenoni per virginem factus, eiuſdem amiſſionem virginitatis ſubindicat.*

11 *Virginibus quibuſnam Aureola debeatur, Ioannis de Capiſtrano ſententia.*

12 *Virginitas mentaliter læſa, reparationē admittit, carnaliter verò violata, nequaquam.*

16 *Virgo ſemper præſumitur non carnaliter cognita niſi contrarium probetur.*

17 *Virginis iuramento ſtatur contra deflorantem.*

18 *Probato delicto principali, de acceſſoriis poſtea ſtatur iuramento damnum paſſi.*

19 *Non ſemper ſtatur iuramento damnum paſſi.*

20 *Præſumptiones iuris recipiunt probationem in contrarium.*

21 *Preparatoria Veneris probant aliquam non eſſe virginem.*

22 *Habitus iiſdem.*

23 Con-

23 *Conuerſatio pariter.*
24 *Publica vox, & fama, plurimum attendenda ad probandum, an mulier corrupta, vel virgo ſit.*

DECISIO XXVI.

LEx vnica, C. de raptu virginum, punit pœna capitis, raptores virginum, & confiſcatione omnium bonorum ſuorum: quia conſulit puritati virginum, & abhorret delicta huiuſmodi, cuius legis interpretes, vndique virginitatem hanc laudant, commendant, colunt, ac quaſi adorant. Cyprianus de duodecim abuſionibus, inquit, Pudicitia † eſt 1
ornamentum nobilium, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo vilium, ſolamen ardentium, minoratio criminum, multiplicatio meritorum, decus religionis, argumentum plenitudinis, & Creatoris omnium Dei amica. Et Auguſtinus hinc ductus, de bono coniugali loquens, dicebat, ſicut bonum erat quod Marta faciebat, occupata circa miniſterium ſanctorum, ſed melius erat quod agebat Maria, audiens verbum Dei, ita etiam bonum Suſannæ in coniugali caſtitate laudamus, ſed bonum Viduæ Annæ, & magis Mariæ Virginis antepono. Nam quamquam † lau 2
dandæ ſint nuptiæ, & caſtitas coniugalis, laudabilior eſt continentia vidualis, & multo magis integritas virginalis, quia ipſa replet para-

 diſum

diſum, dicit *Fel. in c. cauſam, de prob. numero quarto*, Viuere † enim in carne, & opera carnis non
3 facere, cœleſte eſt, notat *gloſ. in c. nuptiarum, 27. q. 1. in verbo cæleſtia*, & intelligit *l. vnica ſupradicta*,
4 virgines illas, quæ † numquam à viris fuerunt cognitæ, vt à contrario ſenſu probatur ex traditis per Grammat. *Voto. 4. numero 14 & Dec. 107.*
5 *numero ſecundo*, Sed quia † datur mulier quæ clauſtra pudoris aperta habet, & ideò, virgo non eſt, licet ab homine non fuerit cognita, ſed per ſemetipſam aliquo nefandiſſimo in-
6 ſtrumento, vel manibus: econtra † multæ à viris erunt cognitæ, & adhuc virgines erunt, vt
7 de Sancta † Lucia dicitur, quæ dixit Paſcaſio carnifici, & crudeliſſimo tyranno, ſibi comminanti, quod eam ad lupanar faceret deportari: Si me (inquit ipſa) inuitam feceris violari, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam conſequendam, id eſt duplex præmium, vnũ pro virginitate mẽte ſeruata, & deſiderio ſummo cuſtodita, & aliud pro iniuria, quam amore Dei paſſa fuero, ideò cum deſcriptio illa nõ includat omnes qualitates virginitatis, alia virginis traditur definitio, videlicet, quod vir
8 go † dicitur, quæ nunquam voluit à viro cognoſci, nec linteamina habuit ſanguinolenta, quotieſcumque enim mulier non fuerit cognita ab homine, & clauſtra pudoris rupta fuerint, virgo non dicitur, licet honeſta poſ-
9 ſit appellari: quia † virginitas pluribus modis amittitur, primò, per ſuaſionem, & conſen-

ſum

ſum ſuperuenientem, quando ſcilicet lenones promittendo, orando, & perſuadendo faciunt virgines de nolentibus volentes, ad virginitatem ſuam amittendam, & inconti-
nenti † præſtito conſenſu, virginitas amiſſa 10
eſt, etiam ſi re vera nondum deflorata fuerit, & ideo notat Ioan. à Capiſtrano, *in cap. Sacramentum hoc magnum, de pœnitent. & remiß. numero*
199. & ſequentib. quod illis tantum † virginibus 11
debetur Aureola, quæ propoſitum habuerunt virginitatem perpetuam obſeruandi, & licèt propoſitum hoc aliquando fuerit interruptũ, virginitate carnis tamen remanente, dummodo in fine vitæ inueniantur ad primum propoſitum remeaſſe, virgines ſunt: quia
† virginitas mentis reparari poteſt, non au- 12
tem virginitas carnis, & allegat *D. Thom. 2. 2. q. 15 2. & in quarto Sententiarum diſtin. 33. & c. ſi Paul. 32. q. 5.* de qua lex vnica non loquitur. Secun-
do amittitur † virginitas quotieſcunque per 13
vim deflorata fuerit, & de hac loquitur lex vnica, † & hæc adhuc dicitur virgo. Tertio amit- 14
titur † quando conſenſu concurrẽte, deflora- 15
tur, vt *tex. in d. l. vnica in illis verbis, ſiue volentib. &c.* Virgo igitur *in d. l. vnica*, requiritur, iuxta primam definitionem, vt ſcilicet nunquam ab homine fuerit cognita, & talis mulier dũmo-
do honeſta, virgo reputatur, † & vt talis prę- 16
ſumitur, niſi cõtrarium probetur, notat *Ab. in c*
1. n. 5. de adult. Si enim virgo iurauerit † Sempro 17
niũ ipſam defloraſſe, ſtatur ei9 iuramẽto cõtra

 Sempro-

Sempronium, *Andr. Sic. in addit. ad Bald. in capit. 1. §. iniuria, de pace iuram firman. Barthol. Caſſan. in Conſuetudine Burgund. in tit. de iuſlicia, rub. 1. nume-*
18 *ro 42. & allegat Cardinalem in capitulo 1. de adulter.* Et hæc eſt ratio: quia probato delicto principali, hoc eſt Raptu, ſeu defloratione, de acceſſorijs ſtatur poſtea iuramento damnum paſſi, *Cyn. in lege ſi quando, per illum textum, C. vnde vi, vt notatur in §. ſuper hoc ſancimus, in Auth. Vt nulli iudic. & notant. Doctores, in c. finali de his quæ vi, me-*
19 *tuſuè cauſa fiunt*, quæ † tamen Concluſio procedit, quando mulier ſemper in ore ſuo habet veritatem, non autem mendacium, quia tunc ei non eſſet credendum, *Andr. Sicul. in cap. 1. col. 3. de accuſ. & in capitu. per tuas, poſt gloſ. de Sim. Thom. Gram. conſ. 38. crimin. Ioan. Baptiſta Plot. in repet. legis ſi quando, numero 794. cum ſequen. C. vnde vi*, tamen quod habeatur pro virgine, nō ni
20 ſi ex præſumptione elicitur, quæ † iuris præſumptio recipit probationem in contrarium, ita voluit *tex. & Doctores, in c. is qui fidem, de ſpon-*
21 *ſalibus & matrimonialibus*, & † ideo qui probaſſet præparatoria Veneris, tolleret præſumptionem pro virginitate hoc eſt,

Viſus & alloquium, tactus, poſt oſcula, factum.

Vt dixi ſupra, *Dec. 21. numero ſecundo, inter crimi-*
22 *nales, & infra Dec. 33. numero 3.* Habitus † etiam arguit inhoneſtatem, vt ſi virgo pectore decooperto, mammillas, & loca penes pudenda, quacunque hora palam publiceque patefecerit, hoc arguit venalem eſſe, & lucrum ſui

corpo-

corporis, quæſtumq; fuere, ſeu velle facere, & in hoc caſu ei non creditur eſſe virginem, ſed corruptam, quia habitus facit præſumere quē eſſe, qualis eſt habitus, notant *Doctores, præſertim Abb. in capitulo ſi verò, el 2. numero tertio, & 6. de ſententia excomm.* Item † & conuerſatio tollit 23
prçſumptionem virginitatis, vt virgo conuerſetur cum iuuenibus, in Domib. meretricum cum lenonibus, & ſimilib. & virgo reputetur nedum difficile, ſed impoſſibile eſt, nam conuerſatio cū iniquis, indiciū præbet iniquitatis, ſic voluit *Marſil. in pract. crim. §. expetita, n. 91. Abb. in c. cum oporteat, de accuſat. nume. 1.* Vltimò,
† publica vox, & fama attenditur plurimum, 24
ad probandum aliquam eſſe, vel non eſſe virginem, *arg. eorum, quæ notantur in cap. illud, de præſumpt. vbi Doctores, omnes,* & ex fama, habitu meretricali, & conuerſatione mala, & inhoneſta, obtinui aliquam Veronenſem abſolui, à quadam accuſatione ſuper defloratione cuiuſdam iuuenis, quæ ſe virginem allegabat, & ita etiam alias fuit deciſum. Thomas Triuiſanus, I.V. Doct.

EPITOME.

Aduocatus, tam in ciuilibus, quam in criminalibus cauſis, ſemper pro veritate cauſas defendere debet.

SVMMARIA.

1 *Aduocationis officium neceſſarium & laudabile dicitur.*

2 *Aduocatorum officium publicum eſt, & inuentum vt ſuccurratur ius ſuum tueri, & cauſam ducere ignorantibus.*

3 *Aduocatus ille vere dicitur, qui iuſtam cauſam defendit.*

4 *Aduocato, qui iuſtam cauſam non defendit, licet vera dicat, nullatenus eſſe credendum.*

5 *Aduocatus falſum Iudici allegans, de falſo puniendus eſt.*

6 *Aduocato Iudex iuſtitiam denegans, puniendus eſt.*

7 *Aduocato de hæreſi delati, ſub qua forma deferatur iuramentum.*

8 *Aduocatus excuſando hæreticum conuictum, dicitur hæretici fautor & tanquam talis puniri debet.*

9 *Aduocatus retardando proceſſum cauſæ hæretici conuicti ſimiliter dicitur illius fautor, & vti talis debet puniri.*

DECISIO XXVII.

ADuocationis Iuriſconſultorum officium, vltra quod eſt † valdè
1 neceſſarium, eſt etiam ſummopere laudabile, vt *tex. in lege laudabile, C. de aduoc. diu. iud. cap. quia Epiſcopus, in fine, ibi & laudabilis artis, 5. quæſt. 3.* & ita
2 † aduocati officium publicum etiam dicitur, prout verè tale eſt, & hac de cauſa inuentum, vt eis ſuccurratur, qui ius ſuum tueri, & cauſam ſuam dicere ignorant. *lege prima, ff. de poſtu-*

lando

lando, l. aduocati, Cod. de aduoc. diu. iudic. Propterea † ille propriè appellatur aduocatus, qui 3
iuſtam cauſam defendit, prout ex Iuriſcōſultis ita voluit *Thom. Grammat. ad Conſtitut. Regni, lib. 1. de aduoc. ordin. num. 5. & ex ſacris Theologis Dominicus Sotto, de Iuſt. & Iure, lib. 5. quæſt. 8. art. 3. in tit. de aduoc.* aliàs impropriè appellatur aduocatus, quia eidem vlterius non eſt credendum, vt ille, cui etiam † vera dicenti, fides adhuc deficiat, *l. non omnes, §. à Barbaris, ff. de re militari.* & vltrà honorem quem ſic in continenti aduocatus ſpontè amittit, vidi vnum N. etiam per ſententiam puniri, ex eo, quia falſitatem 4
† Iudici allegauerat, *iuxta l. ſi quis obrepſerit, ff. ad legem Corn. de falſis.* Iudex tamen non debet niſi iuſtitiam adminiſtrare, non autem quandoq; ductus, vel ex malitia, aut ex ignorantia, mandare ex actis publicis, inſtantias aduocati deleri, quia vltrà quod arguit neſcio quid perfidiæ, iuſtitiam ita † denegans, puniendus venit per ſuperiorem, vt poſt alios, latè voluit *Alex. conſ. 11. num. 5. lib. 1.* & nedum concluſio hæc procedit tam contra pſeudoaduocatos, quam ignaros Iudices, in ciuilibus, ſed etiam in cauſis criminalibus. Et de aduocato loquendo, ſic etiam in Sancto tribunali vidi obſeruari, quinimò aduocato defertur iuramentũ prius ſub hac forma, vt ſi ipſe † aduocat. inuenerit delatum, in totũ, vel in parte reũ conuictũ, abſtineat in eo toto, vel in ea parte, à patrocinio, & in cæteris abſque cauillationibus, 5 6 7

ſed

ſed ſincerè,& fideliter procedat, vt quam primum ad expeditionem cauſæ de qua agitur, deueniatur, reſecatis quibuſcunque ſubterfugijs, & cauillationibus ſuperfluis, & impertinentibus: qui aduocatus cõtraueniendo, pri-
8 mùm peccat mortaliter, poſtea excuſando † hæreticos conuictos, dicitur hæretici fautor; & tamquam talis punitur, *cap. non ſolum, el. 2. & cap. nolite, cap. ita, 11. quæſt. 3. circa finem, capi. vlt. 2. quæſt. prima. capitul. accuſatus, §. ſacerdotes, de hæret.*
9 *in ſexto*, & ſi allegationibus, & cauillis proceſſum † retardare procurat, itidem fautor hæreticorum, & impeditor Officij appellatur, & ſic pro tali puniri debet, *capit. vt inquiſitionis, §. prohibemus. in fine, de hæret. in 6.* & ſic ſeruatur quotidiè, licèt loco ſupradictarum pœnarum, vidi mitius agendo, iudici laudabiles emendas, & ſic ei interdici Tribunal, & audientiam. Thomas Triuiſanus, &c.

EPITOME.

Intellectus cap. in fidei fauore, de hæret. lib. 6.

SVMMARIA.

1 *Teſtis ſocius vel particeps criminis, repellitur à teſtimonio.*

2 *Mulier in cauſa criminali graui, iure Canonum non admittitur in teſtem.*

3 *Inimicus reijcitur à teſtimonio.*

4 *Bannitus dicitur inimicus Bannientis, & ideò non idoneus teſtis.*

5 Ex-

5 *Expulſus de aliquo loco, dicitur inimicus ex pel-lentis.*

6 *Detentus in compedibus, eſt inimicus detinen tis.*

7 *Teſtes minus habiles admittuntur in cauſa hæ-reſis.*

8 *Inimicus capitalis, etiam in cauſa hæreſis re pelli-tur à teſtificando.*

9 *Teſtes inhabiles hæreſis delicto excepto, repe llun-tur à teſtimonio.*

10 *Teſtes minus habiles vt admittantur in cauſ i hæ-reſis ſpeciale eſt fidei fauore.*

11 *Crimen læſæ maieſtatis humanæ probatur vt i hæ-reſis.*

12 *Teſtis in cauſa hæreſis examinatus, etiam ſi nihil dixerit, denuò poteſt examinari, & dep oſitio tenet.*

13 *Intellectus cap. in fidei fauore, de hæret. in 6.*

14 *Teſtes viles, etiam in criminibus exceptis, no n cõ-uincunt, ſed tantum faciunt indicium, & præ-ſumptionem, cum non ſint omninò integr i.*

DECISIO XXVIII.

IN quibuſcunque cauſis cri mi-
nalibus, criminaliter intent itis,
ſocius vel † particeps crimi nis, 1
non eſt idoneus teſtis *gloſ. fin. in l.*
ſi filium, C. de liber. cauſ. l. quoniam 1, C.
le teſtibus vbi Doctores, præſertim Bartolus num. 1 . &
. Mulieres † etiam in cauſa criminali gra ui. 2
ure Canonum à teſtimonio repelluntur, *c. ap.*
forus, in fi. de verborum ſignificat. c. mulierem, 33. q.
ſ. Tho. m.

5. Thom. Grammat. inter ciuil. conſil. 42. num. 3. Ioan. de Anan. conſil. 17. num. 17. vbi de communi atteſtatur, Hippol. de Marſ. conſil. 22. num. 1. & Capol. conſil. 32. numero 2. Inimicus † pariter teſtis
3 repellitur à teſtimonio, *cap. repellantur, capit. cum oporteat, de accuſat. Iaſ. in l. apertiſsimi, Cod. de iudiciis. numero 7. Marc. Ant. Blanc. in leg. fin. ff. de quæſtion. num. 169.* Item & Bannitus dicitur
4 inimicus Bannientis, † licèt Banniens non ſit inimicus Banniti: nam ſatis eſt probare, quod ab eo fuit bannitus, & ſic etiam ſatis eſt probare, quod habeat cauſam odij, quamuis odium non oſtendat. *Innocent. in cap. cum I, & A, extra de re iudic. in fine. Petrus de Anchar. in cap. ſtatutum, §. cum vero num. 5. de reſcript. in 6. Grammat. dec. 33. num. 7.* Nam

Puluere qui lædit, ſcribit in marmore læſus.

Expulſus quoque † de Monaſterio vel do-
5 mo ſua loco pœnæ, dicitur inimicus expel-
6 lentis, item detentus † in compedibus, præſumitur inimicus detinentis, prout de his omnibus tetigit *Marc. Ant. Blanc. in d. leg. fin. ff. de quæſtion. ſub num. 99. & 100.* Prædicti ſex teſtes ſupradictæ qualitatis, fuerant examinati in cauſa criminali contra N. ſed ex depoſitionibus ſuis, nedum dictus N. accuſatus cõuictus erat de illo crimine de quo principaliter accuſatus fuerat, ſed etiam incidenter de hæreſi formali, quo caſu, ſi de primo delicto non probabant, ſtantibus exceptionibus, & oppo-

oppoſitionibus contra ipſos oppoſitis, in cauſa tamen hæreſis tanquam idonei teſtes habebantur, in vim textus *cap. in fidei fauore, de hæretic. in 6.* quo in loco tex. & Doctores omnes tenent, quod fauore † fidei, quilibet 7
teſtis admittitur, præterquàm inimicus † ca- 8
pitalis, licèt in alijs omnibus delictis, hæreſis
† excepto delicto, non admitterentur, prout 9
notat *Archid. in d. capit. in fidei fauore, num. 3. text. in capit. tanta, de Simon. l. quiſquis, Cod. ad leg. Iul. maieſt.* eſt enim † ſpeciale in hoc crimine, 10
vt qui aliàs à iure repellantur à teſtimonio contra fideles, *vt cap. pagani, 2. quæſt. 7. & cap. Iudæi, & cap. licèt vniuerſis, de teſtibus.* ſerui contra dominos admittuntur, quia & in crimine † læ- 11
ſæ maieſtatis recipiuntur, *l. fin. Cod. ad legem Iul. maieſt.* fortius ergo in materia læſæ maieſtatis Diuinæ nempè hæreſis, *iuxta tex. in ſimili, argumen. in cap. vergentis, de hæreticis,* ſicuti & teſtis, qui aliàs examinatus nihil dixit, † denuò e-
xaminari poterit, & deponere, & depoſitio te- 12
nebit fauore fidei, *cap. accuſatus. §. licet, de hæretic. num. 6.*

Sed iſti licèt inimici, non tamē dicuntur capitales, ergo concludenter probant, & ſic N. tanquàm cōuictus, debet puniri: ſic dicebatur pro parte querelantis fiſco adhærentis. Sed nō obſtantibus ſupradictis, ex altera dicebatur, quòd ille tex. in fidei fauore, procedit duntaxat † ad faciendum indicia, & præſumptionē, 13
quo

quo caſu teſtes inhabiles admittuntur, nõ autem ad aliquem conuincendum de crimine hæreſis, vt voluit *tex. & Doctores, in cap. filij, de hæretic. in 6. latiusq́ notat hoc Ioan. Lupus in cap. per veſtras, de donation. inter virum & vxor. in fine, in illa ſua allegat. hæreticali, §. 15. verſic. ad hoc reſpondetur, fol. 441.* quia teſtes viles, huiuſmodiq́ue conditionis, in † criminibus exceptis, non ſunt
14 omninò integri, *cap. per tuas, de Simon. Alexand. conſil. 15. num. 6. lib. 1. Hippolit. de Marſil. in l. Diuus, ff. de quæſtion. num. 7.* & ſic obtinui non eſſe conuictum de hæreſi, & de crimine primitus accuſatum, fore abſoluendum. Thomas Triuiſanus, I. V. D.

EPITOME.

Textus cap. in omni negotio, de teſtibus, & atteſtation. nunquid vendicet ſibi locum, in quocunque delicto.

SVMMARIA.

1 *Accuſator, & teſtis in vna & eadem cauſa criminali, quis eſſe non poteſt.*

2 *Denunciator dicitur accuſator, tùm quia per eum detegitur delictum, tum etiam quoniam tenetur facere expenſas teſtibus vt accuſator.*

3 *Denunciator teſtis eſſe poteſt.*

4 *Differentia inter accuſationem, & denunciationem.*

5 *Denunciationis definitio.*

6 *Accuſationis definitio.*

Monitio

7 *Monitio caritatiua ſemper debet præcedere denunciationem.*

8 *Denunciatio per literas fieri poteſt.*

9 *Denunciatio correctionem, accuſatio verò depoſitionem induxit.*

10 *Denunciator non appellat.*

11 *Denunciationis finis eſt emendus.*

DECISIO XXIX.

CErta quadam die oppoſitum fuit contra certum teſtem examinatum in cauſa criminali, quod ſcilicet fuerat in eadem cauſa denunciator: De iure namque cautum eſt, vt accuſator, & † teſtis vnico contextu quis eſſe non poſsit, *ita Boer. Deciſ. 219. nu-* 1
me. 7. Thom. Grammat. inter ciuil. conſil. 45. numero ſed † denunciator fungitur officio accuſatoris quia detegitur per eum delictum iudici, & te- 2
netur facere expenſas teſtibus, ſicut accuſator: notat *Bartol. in l. quoniam, C. de teſtibus nume. 6. per tex. in l. ab accuſatione, §. nunciatores, ff. ad Setuſc. Turpill.* ergo vti teſtis repellitur. Ex altera verò dicebatur, quod † denunciator in teſtē 3
admittitur, *per tex. in c. in omni negotio, de teſtib. & atteſt. vbi Doct.* † magna nāq; eſt differ. inter ac- 4
cuſatorē & denunciatorē, quia † denunciatio 5
nil aliud eſt, quam reuelatio quædā delictorium iudici facta propter emendam: accuſatio verò † eſt ius vlciſcendi, ſolenni & pœnali 6
iudicio iniurias, & delicta. *Decia. in tractatu criminal. libro tertio capitulo primo, volumin. 1. verſic. quid ſit accuſare, nume. 3.* ſemper † tamen debet 7

præcedere inter denunciantem, & denunciatum caritatiua monitio, *capitulo licèt Hely. de Simonia.* Denunciatio ſiquidem per litteras fieri poteſt, accuſatio nequaquam. *Abb. in cap. licèt à beato, de accuſat. num. 2. & in cap. dilectus, eodem tit.*
8 *num. 2.* & denunciatio † correctionem, accuſatio verò depoſitionem induxit. *Hoſtienſ. in capit. 1. de offic. cuſtod. num. 17. Abb. in cap. ſuper his de accuſat. num. 2. Anton. de Butrio, in capit. 2. qui ma-*
9 *trimon. accuſare poſſ. numero 5.* Accuſator † poteſt appellare, denunciator nequaquã. *Boſſius in tit.*
10 *de denunc. nu. 14.* finis denunciationis † eſt tantummodo emendus, non autẽ vindicta, vt latius dixi *de modo & ordine crim. proceden. inter Regular. cap. 8. num. 3. in fine.* Quotieſcunq; denunciator habet hæc requiſita admittitur in teſtẽ, maximè quando agitur non ad vindictam, ſed ad correctionem morum, & in caſu hæreſis, quod ſic pluries vidi obſeruari in Curia. Thomas Triuiſanus.

EPITOME.

Licentia quæ Prælatis conceditur ſacerdoti iurandi, & teſtimonium veritati perhibendi coram iudicibus ſæcularibus, quando, & quomodo cõcedenda veniat.

SVMMARIA.

1 *Clerici an ſint cogendi in cauſis criminalibus coram iudicibus ſæcularibus ad perhibendum teſtimonium, nec ne?*

2 Ho-

2 *Hoſtienſis Cardinalis fuit iuris Canonici interpres grauiſſimus.*

3 *Clerici cogi poſſunt ad perhibendum teſtimonium, etiam in cauſa de qua agitur ad pœnam ſanguinis.*

4 *Clerici cogi non poſſunt ad teſtificandum in cauſa criminali, pro qua venit imponenda pœna ſanguinis, vel alia mitior, ſicut fuſtigationis, mitrationis, vel bullationis in fronte.*

5 *Clericus debet cauere ab occaſione ad inimicitias contra ſe prouocandi homines, vt tutè Deo ſeruire poſſit.*

6 *Pœna corporalis, intelligitur de ea, quæ in potiori ſtat ſignificatu.*

7 *Criminis titulus attenditur, ad effectum concedendi licentiam Clerico de teſtimonium perhibendo coram iudice ſæculari.*

8 *Poteſtas iudicis ſæcularis inſpicitur à iudice Eccleſiaſtico ad effectum licentiam concedendi Clericis, vt coram ſæculari iudice examinari poſsint.*

9 *Irregularitatis pœnam quis etiam ignoranter, & præter intentionem incurrit.*

10 *Incidunt in irregularitatem nedum iudices, ſed etiam Cancellarij ſcribentes factum Clerici, in ſimilibus cauſis.*

11 *Vt ſæcularibus iudicibus inſeruiatur, & irregularitatem non incurrat iudex Eccleſiaſticus, in dandis licentijs clericis proferendo teſtimonio coram ſæcularibus, quænam methodus tenenda ſit.*

DECISIO XXX.

1 ANtiqua, & ſatis dubia fuit quæſtio, an † in cauſis criminalibus Clerici cogi poſſint coram iudicibus ſæcularibus ad perhibendum teſtimonium veritatis: de qua re diſputant Doctores, *in capitu. dilectorum, de teſtibus, & atteſt.* & ibidem poſt gloſ. plures adinuicem pugnantes referunt opiniones, pro quarum conciliatione, plures excogitarunt diſtinctiones, quas proſequi cum eorum rationibus, & contrariorum ſolutionibus paucis verbis fieri non poteſt. Satis erit ergò mouiſſe quæſtionem perdifficilem eſſe, & non ita repente determinandam, vt quidam cenſent.

2 Cardinalis Hoſtienſis † iuris Canonici interpres grauiſſimus, quem ſequitur Anchar. Cardin. Zabarella, & Abb. *in d. cap. dilectorum,* putat, etiam ſi de pœna ſanguinis agatur, Cle-
3 ricos † ad id cogi poſſe, contrariamque opinionẽ explodendam, per quam Deus offenditur, Reſpublica læditur, nocens abſoluitur, & veritas occultatur. Cæteri & ipſi præſtantiſſimi Iuriſconſulti, opinionem tenẽt, oppoſitam (nedum cum tractatur de pœna ſangui-
4 nis, verum etiam ſi † de corporali, cuius appellatione venit fuſtigatio, mitratio, in fonte bullatio, relegatio, & deportatio, vt per Doctores *in lege abſentem, & in leg. capitalium, ff.*

de pœnis

de pœnis, ſcilicet indiſtinctè abnegantes, Cleri-
cos ad id cogi poſſe, ne exinde † illi inimiciti- 5
as contrahant, ac propterea à cultu diuino
ſubtrahantur, tum etiam ob probabilem irre-
gularitatis timorem, cum inde de facili mors
ſequi poſſit, & iſta fuit opinio *Iacobi de Amelia,*
antiqui Doctoris, in ſuo tractatu teſtimoniorum quam
ſecuti ſunt in eodem cap. dilectorum, Ioan. Andr. Ioan.
Calderin. Antonius de Butrio, & Imola, omnes ad
finem.

Non deſunt qui mediam viam ſecuti ſunt,
quæ vſu recepta eſt, dicentes, Iacobi opinio-
nem veram, ſed vbi loquitur de pœna cor-
porali, intelligendam in potiori † ſignificatu, 6
ſcilicet, quando exinde prouenit ſanguinis
effuſio, ſeu membrorum mutilatio, & tunc ob
irregularitatis timorem de æquitate Canoni-
ca, Hoſtienſ. indiſtinctam opinionem reſpu-
endam, *per tex. in capitulo ſententiam, ne cler. vel*
monachi, & quod viſus eſt ſentire *Henric. Boich. in*
citato capitulo dilectorum, numero primo, & ipſe
Zabarella deſuper pro alia opinione allega-
tus, dum Hoſtienſi aſtipulatur, & illius opi-
nionem ſequitur, ſcilicet niſi timeretur de ir-
regularitate.

Hinc inde dicet aliquis, quæri poſſe, an Il-
luſtriſſimus & Reuerendiſſimus Dominus
Legatus, poſſit licentiam concedere cuidam
Plebano perhibendi veritatis teſtimonium
coram Clariſſimis Dominis Iudicibus de no-
cte? & ſupponitur quod niſi iſte plebanus te-

ſtimonium reddat, aliter veritatem falſi criminis reperiri non poſſe, nec tractari de puniendo eum, (ſi criminis reus ille reperiatur poena ſanguinis, aut membrorum mutilatione, ſed mitiori.

Hinc reſpondeo, inſpiciendum eſſe crimi-
7 nis † titulum, & Iudicum coram quibus exa-
8 minandus eſt Clericus † poteſtatem, nam ſi detecto crimine eius pœna eſſe poſſet de iure cũ ſanguinis effuſione, aut membrorum mutilatione, ad irregularitatem euitandam, conſiderandum quid de iure euenire poteſt, licèt non ita eueniat, non enim poſt factum eſſet dare remedium, & ideò prudens Antiſtes conſiderans poſſibile de iure, debet abſtinere, cum quandocunq; ex alicuius facto principaliter, vel in conſequentiam ſeu incidenter ſequeretur pœna ſanguinis aut membrorum mutila-
tio, ipſe incurreret † irregularitatem, etiam
9 ſi id eueniret præter intentionem, & ſine peccato, vt tradunt *in citato cap. ſententiam, ne Clerici, vel Monachiorum. Hoſtienſis Anchar Abbat. & cæteri*, conſiderantes Cancellarij † ſiue ſcri-
10 ptoris Clerici factum, nam ſi ille ſcribat mandatum de aliquem capiendo, ſi quidem de mandato iudicum ciuilium, vel alterius, qui non conſueuit capere pro delicto licèt ex captura poſtmodum ſequatur mors, non propterea ſcriptor erit irregularis, ſecùs ſi de mãdato iudicis cauſarum criminalium, vel eius,

qui

qui habet cognitionem ciuilium, & criminalium, tunc ſcriptor eſſet in culpa, etiam ſi præter intentionem ſequatur ſanguinis effuſio, ſeu membri mutilatio, titulus inquam cauſæ, & iudicis poteſtas monent iudicem concedentem, vt maturè, & conſideratè agat, ne irregularitatem incurrat, ſi ſanguinis effuſio ſeu membri mutilatio ſequeretur.

Nec proteſtatio releuaret, ſi iudex, qui gladij poteſtatem habet, non conſentiret, ac decerneret, quod in euentum detegeretur, ille delinquens puniri non poſſet pœna cum ſanguinis effuſione, ſeu membrorum mutilatione, quo facto decreto ab eis qui hanc habent poteſtatem, cenſeo tuta conſcientia † 11
poſſe eis ſatisfieri, & concedi huiuſmodi licentiam, vel clericum examinare, & examinis copiam concedere in forma probanti ipſis iudicibus ſæcularibus, vt tradit *Abb. in cap. cum nunc. de teſtib. & atteſtat. colum. 2. verſ. ſed oritur dubium*, & iſta via nemini præiudicium parabitur, & conſeruabitur concordia inter iudices Eccleſiaſticos, & Sæculares, quæ à quocunque probo viro, quam maximè expetenda eſt, & procuranda corde ſincero, vnde multa bona, & è contra, multa mala prouenire poſſent, ad quod tendunt dicta & facta mali conſultoris. Deſiderius Guido, IurisConſultus Aſculanus, Eques, & Comes Palatinus.

EPITOME.

Hæreſin confitendo, an eam reuocando, poſſit, & quando, audiri?

SVMMARIA.

1 *Confeßio quandocunque vſque ad ſententiam diffiniti iam excluſiuè reuocari poteſt.*

2 *Confeſſus delictum, & de eo non conſtito, non debet condemnari.*

3 *Quis non admittitur ad reuocandam confeßionẽ ſuam, niſi alleget, & probet errorem, ob quem confeſſus aſſeritur,*

4 *Hæreſis ſolo animo perficitur.*

5 *Impœnitentes tradendi ſunt iudicibus ſæcularibus, vt ad mortem puniantur.*

6 *Iuſtum nedum eſt, verùm & neceſſarium punire hæreticos.*

7 *Deciſio cauſæ hæreticalis, potius ad ſacros Theologos, quam ad Canoniſtas ſpectat.*

DECISIO XXXI.

Certa die apud Sanctiſſimum Tribunal dubitare contigit, an N. tanquam hæreticus impœnitẽs haberi debeat, & quid in hac cauſa ſtatuendum eſſet, & præſertim quid ponderis, & efficaciæ illius confeſſionis reuocatio, & retractatio primitus facta, & ſubinde repetita, habere dicatur, quidque iuris ſit; Videbaturque prima facie dicendum, con-

confeſſionem præmiſſam vſque ad ſententiam † ab eodem N. reuocari poſſe, prout in ſpecie voluit *Arnald. Albert. de agnoſcen. aſſertion. Cathol. hæredi. quæſt. 29. numero vigeſimo octauo.* Cum † ex confeſſione in delictis, ſi alter non apparet de corpore delicti, Reus condemnari nõ poſſit. *Iul. Clar. Sent. libro quinto in practica crimin. §. fin. quæſt. 55. verſic. poteſt etiam, &c. poſt Hippol. de Marſil in practica crim. §. poſtque 48. quem allegat.* 1 2

Verum præmiſſis aliter non attẽtatis, contrarium verius eſſe, ſuſtineri poſſe videtur, & prædictum N. ad confeſſionis factæ reuocationem, & retractationem non docto † de errore aliter admittendum non eſſe, refert idem *Clar. dict. d. quæſt. 55. verſic. ſed pone.* penes quem etiam quod reus condemnari poſſit etiam ſi de corpore delicti aliter non conſtaret, ſi quãdo ſimus † in delicto, quod ſolo animo pſici poteſt, vt eſt hæreſis. Item ad retractationem confeſſionis non de facili quempiam admittendum eſſe, & præſertim in materia, de qua agitur, quinimo is N. pro impœnitente haberi debeat, tanquam in negatiua perſiſtens, & in pænitentia deficiens, voluit *Vmber. Locat. in iudicia l. inquiſit. in verbo retractatio. Zanchin. de hære. capitulo 23. & in ſuperioribus dictum fuit numero 1. & 2.* Impœnitentes autem † iudicibus ſæcularibus relinquendos eſſe, quamuis proteſtarentur in fide Orthodoxa viuere, & mori velle, refert *Symanch. in Enchirid. viol. relig. tit. 61. numero primo,* ratioque eſt: quia † iuſtum nedum, 3 4 5 6

latorum totius dominii, ſed Prioris inſtantia Regularium, tam in ciuilibus, quam in criminalibus cauſis.

8 *Iniuria eſt delictum.*

9 *Verbum hoc videlicet* Baſtardazzo, *iniurioſum eſt, & meretur puniri arbitrio tamen iudicis.*

10 *Verba ſuimet natura iniurioſa, præſumuntur, animo, & intentione iniuriandi fuiſſe prolata, niſi contrarium probetur.*

11 *Accuſator de iniuria ſibi illata, tenetur in libello accuſatorio apponere Annum, & Menſem, ſibi illatæ iniuriæ.*

12 *Pœna iniuriæ illatæ arbitraria eſt.*

13 *Iniurians vltra pœnam à iudice imponendam, à iure fit infamis.*

14 *Venientes ab inteſtato, ſunt legitimi contradictores illius, qui petit ſe pronunciari legitimum.*

15 *In cauſis criminalibus criminaliter intentatis, actor vel accuſator non concludit in libello ſuo accuſatorio.*

16 *Concluſio in libello accuſatorio appoſita, non attenditur, quinimo pro non appoſita habetur, quia in cauſis criminalibus non eſt neceſſaria talis concluſio.*

17 *Omnia quæ tendunt ad finem, iudicari debent ſecundum finem, intelligendo de principali, non autem de incidenti.*

18 *Diuerſitas cauſarum, parit diuerſitatem iudicum.*

DECI-

DECISIO XXXII.

Yxtus Papa V. Fœlic. Record. annis præteritis motu propio, & ex certa ſcientia, priuauit † naturales, quoſcunque illegitimos & naturales, quibuſcunque honoribus,& dignitatib. præſertim Regulares, quorum aliqui re vera legitimi erant, vocatis ac citatis venientibus ab inteſtato coram Ordi-
2 nario, † iuxta formam *Concil. Trident. c. cauſæ omnes, Seſſ. 24.* producto libello, lite conteſtata, & ſic ſeruatis terminis ſubſtãtialibus, de quibus tum in praxi ſeruatur, cum ex iure etiam obſeruari ſtatutum eſt, vt Rota Roman. *Dec. 2. de reſcript. in nou.* legitimitatis ſententiam obtinuerunt, alij verò timentes de natalibus ſuis, cautelam inuenerunt,& ſic data opera operabantur ſeſe ab aliquo Regulari iniuriari, & ſic coram Nuncio Apoſtolico iniuriantem accuſabant, & petebant per ſententiam pronunciari fuiſſe indebitè, ac iniuſtè infamatũ, & præuia pronuncia legitimitatis ſuæ aduerſario perpetuum imponi ſilẽtium, certus quidam N. volens ſe probare legitimum, comparuit coram Nuncio,& ſtante quod talis N. Regularis itidem de Anno 1570. in dedecus honoris & famæ ſuæ, illum iniuriauerat huiuſcemodi verbis, *taci mulazzo Baſtardazzo*, pronunciare ſe eſſe legitimum, & ipſum de cætero non audere ſimilibus verbis iniuriare eũ: dubi-

dubitatum fuit, an hoc iudicium eſſet ciuile, vel ſpirituale, ſeu potius criminale. Prima facie dicebatur, quod erat ſpirituale, quia ſuper legitimitate tantum agebatur, prout ex Concluſione libelli apparebat: nam Concluſio † tantùm attenditur in libello, quia etiam ſi 3
eſſet ineptus, ex idonea concluſione ſuſtentatur. *Abb. in cap. ſicut tenor, de Regular. num. 2.* Concluſio igitur non requirit niſi pronunciam legitimitatis, cuius cauſa tanquàm dependens † à matrimonio, dicitur ſpiritualis, ſed quia 4
quis agere non poteſt pro legitimitate obtinenda, niſi habeat contradictorem † per nota- 5
ta ab *Innoc. in c. cauſam quæ, qui filii ſint legit. num. 5.* ergò finis actoris videbatur eſſe, pro habendo contradictore, non autem pro vindicanda ſibi iniuria illata. Ex alia verò parte dicebatur, quòd iudicium hoc eſt criminale, pluribus de cauſis; primò, ratione Iudicis, qui in tantum dicitur in hac cauſa competens iudex, in quãtum † Regularis accuſatus, eſt Reus, & ratio- 6
ne ſuæ perſonæ *iuxta cap. 2. de foro compet.* Nuncius † Apoſtolicus eſt iudex competens, vt di- 7
xi *lib. 1. Dec. 36.* Si ergo actio eſt perſonalis cõtra perſonam accuſati, ratione iniuriarum, dicitur cauſa criminalis. Secundò titulus cauſæ eſt criminalis, eſt enim iniuriæ, nam remotis illis verbis, *mulazzo baſtardazzo*, modò coram Nuncio Apoſtolico, pro obtinenda legitimitate agere non poſſet, ideo iniuria illata cauſa

prima-

principalis eſt huius iudicij, quę quidẽ iniuria
8 † eſt delictum, *lege 1. & 2. ff. de iniur. & famoſ. libell. tex. in §. in ſumma, Inſtit. de iniur.* Verbum hoc
9 † *Baſtardazzo*, iniurioſum eſt, vt conſuluit *Bertrand. conſ. 189. vol. 6. per totum.* nam verba ſui na-
10 tura iniurioſa † præſumuntur animo iniuriandi prolata, niſi contrarium probetur, iuxta tex. *in l. 5. & ibi Doct. C. de iniur.* Tertiò modus arguit cauſam hanc eſſe criminalem, vt colligitur ex appoſitione, in dicto libello, Anni, &
11 Menſis, quibus iniuria illata fuit, † prout tenetur accuſator apponere Annum, Menſem, & Diem in libello accuſatorio, quando iniuriatus fuit, prout in actione iniuriarum ſeruatur de iure, & in practica inoleuit, *Alexan. conſilio 212. numero primo, libro primo*, vt tandem iudex ſecundum qualitatem iniuriarum, perſonarum, loci, & aliarum circumſtantia-
12 rum, ſententiam proferat, cum ſit † arbitraria, vt eſt *tex. §. in ſumma, Inſt. de iniur. & in §. atrox eo tit. & vt conſuluit Melchior de Facinis inter conſil. crim. diuerſ. conſ. 78. num. 4. vol. 1.*

Quæ lata ſententia, dummodo condemna-
13 toria ſit, † ille qui iniuriauit, vltra pœnam latam in ſententia, efficitur etiam infamis, ex eo quod iniuriauit, vt notat *Felyn. in capitulo cum te, de ſententia, & re iudic. numero nono, & ibi Henric. Boich. numero ſecundo & 3.* & vt colligitur ex *lege prima, ff. de his qui notant. infam. leg. qui cum vno ad tempus, ff. de re militari,* & hæc videtur intentio eſſe actoris, quia alias habebat conſobrinos

hæredes

hæredes patris ſui, tanquam venientes † ab 14
inteſtato, debebat eos citare pro ſuo intereſ-
ſe, & hoc ſatis erat ad ſe pronunciandum le-
gitimum, *vt Innocent. loco ſupracitato.* Nec ob-
ſtat ſi dicatur, quod ex concluſione apparet,
quod ipſe actor non concludit, vt ipſe reus
puniatur, &c. reſpondetur namque, quod in
cauſis criminalib. non concluditur † in libel- 15
lo, *Bartolus in lege libellorum, ff. de accuſator. nu-
mero decimo nono, Balduinus in lege edita, Codic. de
eden. numero trigeſimotertio.* Et quamuis ipſe N.
actor concluſit in dicto libello, habetur † pro 16
non concluſo, quemadmodum enim libel-
lus productus in iudicio, in cauſa in qua ta-
men libellus non erat neceſſarius, habetur
pro non producto, ita & concluſio, quæ quam
uis reperiatur in libello, cum neceſſaria mi-
nimè eſſet, habetur pro non concluſione, vt
eleganter *Felyn. in cap. cum ordinem, de reſcripti-
one numero 3.*

Omnia enim † quæ tendunt ad finem, iu- 17
dicari debent ſecundum finem, vt notat *Thom.
Grammat. Deciſ. 17. num. octauo, vbi multorum con-
gerit opiniones.* Finis autem Actoris, eſt vindi- 18
catio iniuriæ, & ratione † iniuriæ agit coram
iudice iniuriæ competente, & incidenter de
legitimitate, de qua eſt penitus incompetēs
in prima inſtantia, ergò iudicium hoc in
tentatum, eſt criminale, aut nullum, ex de-
fectu iuriſdictionis. Quibus rationibus in-
tellectis ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo
Domi-

Domino Hieronymo Mattheuccio Archiepiſcopo Raguſino, tunc Nuncio Apoſtolico, conſuluit Actori, vt reſcriptum Apoſtolicum impetraret, vt conualidaret iuriſdictionem, & ſic ſecutum fuit. Thomas Triuiſanus, I.C.

EPITOME.

Intellectus l. vnicæ, C. de raptu virg. in verbo, Honeſtarum.

SVMMARIA.

1 *Honeſta mulier quæ dicatur.*

2 *Honeſtas in mulieribus plurimum attendenda.*

3 *Meretrix quæ dicatur, & num. ſeq.*

4 *Lex vnica, C. de raptu virginum, non habet locum in meretrice rapta, quod tamen limitatur, vt num. 5.*

6 *Mulier nobilis meretricando perdit nobilitatem.*

7 *Mulier nupta ob adulterium perdit dotem, limita tamen, vt num. 8.*

9 *Meritrix an cogi poſſit ad meretricandum.*

10 *Actio iniuriarum an detur aduerſus eum à meretrice, qui cauſa libidinis exercendæ eam interpellauit.*

11 *Meretrix coitum petenti licèt publica ſit, & venalis, denegare poteſt, quia non tenetur ad criminis mortalis perpetrationē idq; contra Decii opinionem.*

DECI-

DECISIO XXXIII.

HOneſta mulier † dicitur virgo 1
vidua, vxorata, vel modialis, *ita l. vnica, Cod. de raptu virg.* iſtæ omnes enumeratæ ſunt, & quæ à viro cognoſcitur, præterquam à marito inhoneſta dicitur, non autem meretrix eſt: quia habens vnicum virum pro Amaſio, non dicitur meretrix. *ita Purpurat. conſilio 265. numero 11. relatus à Bertazzolo in conſil. crimin. 134. volum. 1. in vlt. addit. & Abb. in c. inter opera, in fine, de ſponſalibus & matrimonialibus,* & licet non ſit honeſta, non propterea dicitur meretrix, quia illa recipit vnum tantum, & non plures, & rapiens eam, tenetur puniri non pœna, *l. vnica. C. de raptu virginum,* cum loquatur de honeſtis mulieribus, quę eſt vera concluſio, vt l. vnica, habeat locum tantum in raptoribus fœminarum honeſtarum, non autem inhoneſtarum vt Azo, in *dicta lege vnica,* annotat, & allegat *l. virum. ff. de furt.* & hoc idem voluit *Hippol. de Marſil. in pract. §. diligenter, numero 106.* vbi multos conglomerat authores tenentes hanc opinionem, quę † quidem honeſtas in mulieribus adeo attenditur, quod ad teſtificandum 2
de virginitate admittuntur diſcretæ & honeſtæ, notat Bal. & Innoc. *in capitu. cauſam, de probation. & ampliat Bald. ibi,* quod etiam ſi eſſent nobiles naturali origine, quia meliores ſunt boni mores, quam nobilitas, vt refert Felyn.

in d.capit.cauſam de probat num.fin. Meretrix ergo
3 illa dicitur, † quæ libidinem exercet, & quæſtum corporis ſui facit, atque venalis eſt, *l. palam ff. de ritu nuptiarum, capit. meretrices, 23. quæſt. 4. cap. vidua, 34. diſtinct.* & probatur eſſe talis ex modo procedendi, quia vagatur modo huc, modo illuc, & quæ alienam domũ nunc hanc, nunc illam intrare ſeu ingredi conſueuit, ita *Ang. in l. ſi qua illuſt. C. ad Orfic.* Item ex habitu, quia quis talis præſumitur, in quali habitu reperitur, *l. item apud Labeonem, §. ſi quis virgines. ff. de iniur.* ideò rapiens virginem incedentem in habitu meretricali, de raptu non punitur, *in l. vnica, C. de raptu virg. Carer. in pract. ſua crimin. fol. 200.* Item ex loco, in quo morari vel conuerſari reperitur, *l. qui adulterium, Codic. ad l. Iul. de adult. & ſtupr.* Et ideò ſtatuto Ferrarienſi, *cap. 23. lib. 10.* cauetur, vt mulieres meretrices in locis publicis ipſis deſtinatis cohabitent, aliàs puniuntur, & rectè quidem, vt moris eſt tanti tamq; prudentis Principis Alfonſi Aeſtini II. Ducis Ferrariæ. V. Ex his circumſtantijs colligitur & facilimè probatur, aliquam non eſſe virginem, vel honeſtam, ſed meretricem, de
4 qua † meretrice d. l. vnica non loquitur, nec illius raptor pœna illius legis punitur, vt notat *Cyn. ibi ſub num. 6. gloſ. in inſtit. §. item lex, de public. iudic. Paul. Grillan. in tractatu ſuo, pæn. omnifar. coit. cap. 10. num. 25. notat gloſ. in l. 1. Cod. de his qui ad eccleſ. confug. Abb. in c. audientia, de ſentent. excommun.* Quæ mulier quotieſcunque

cauſa

cauſa quæſtus duos ad coitũ vel plures admittit, meretrix vtiq; appellatur. *Abb. in alleg. capit. inter opera, de ſponſ. & matrimon. num. fi. & in capit. decorem, de vita & honeſt. cleric. clariusq́; Io. Lupus in Rubr. de donat. inter virum & vxor. §. 4.* Ex quibus quidem opinionibus deducitur, Matthæum de Afflictis in errorem ſatis notabilem lapſum eſſe, in Conſtitutione Neapolitana 43. lib. 3. affirmantem, eam eſſe meretricem, quæ vnum tantum virum ad coitum admiſit cauſa quæſtus, *ex leg. mariti, §. qui quæſtum, ff. ad leg. Iul. de adulter. & ſtupr.* Cuius ſententia quantum deuiet à vera ratione, conſtat apertè ex eodem textu, conſideratis vi, & effectu verborũ, qui tex. loquitur tantum in marito committente lenocinium, & quæſtũ ex hoc faciente, in quo ſatis eſt, ſemel quæſtum accepiſſe. Ex quibus verbis Matthæi de Afflictis confutatur ſententia, non † ſemper tamen permittitur rapere 5
meretricem, vt non teneatur pœna l. vnicæ, & hoc procedit, quando meretrix deſinit meretricari, tunc enim illius raptus punitur pœna l. vnicæ, aut continuat, & non tenetur, *gloſ. & Doctores, in lege verum, ff. de furt.* quod colligitur ex ſignis, quia nolebat amplius peccare, *l. Imperialis Codice de nupt. ita Paulus Grillan. in tractatu ſuo de pœn. omnifar. coitus, capitu. decimo numero 26.* Nec attenditur illius meretricis aſſertio, ſcilicet quod pœnituit, vel pœnitere intẽdit, quia pœnitentiã illam verbalem oppoſiti

Hh 2 præſu-

præſumpti contradictio non admittit, ſicut non auditur, qui negat ſe poſſidere cum poſſideat, *l. non ignorat. cum ſeq. C. ad exhiben.* Huius meretricis officium venale adeo infame eſt, vt mulier ſi eſt nobilis † impudicè tamen viuens, perdit illicò nobilitatem. *Bonif. in tractat. de nobilitate, parte tertia, numero 194.* & ob adulterium commiſſum amittit dotem, dicat Alexā. Prępoſit. Cardinalis *in capitu. ex parte, de ſponſ. & matrim. numero 11. & Clarus, in §. adulterium, verſ. facta autē, &c.* quicquid velint, quin-
7 imò † nedum perdit dotem adulterando, ſed etiam alimenta, *Bald. num. 2. Salyc. nū. 3. in l. quod in vxorem C. de neg. geſt. Roman. in leg. ſi cum dotem, §. ſi maritus, ff. ſoluto matrim. numero 25. Bolognin. conſ. 23. in fine, & Dominus meus Rimināl. iun. conſil. 274. num. fi volum. 3.* & hanc eſſe commu-
8 nem, voluit *Grat. conſil. 57. num. 7. volum. 1.* † niſi vir præbuiſſet occaſionem adulterandi, & permiſiſſet, tunc enim dotem lucrari non debet, iuxta tex. *in lege cum mulier, ff. ſoluto matri-*
9 *mon.* & licet † meretrix ſe publico lupanari exhibuerit, & proſtituerit, quo caſu Decius *in lege inuitus, de regul. iur.* tenet, poſſe cogi à quocunque ſoluta mercede ad coitum, motus ex
10 eo, quod † actio iniuriarum non datur meretrici aduerſus eum, qui cauſa libidinis, eam interpellauit, ex *lege qui iniuriæ, & in lege verum, in ſecundo, ff. de furt.* cum re vera, contra Decium opinio probabilior ſit, vt voluit Zaſi-
11 us *in Rubr. ff. ſi ſeruit. vendic.* quia † non tenetur
mor-

mortale crimen committere cum quolibet, ideò compelli non poſſe, ita *Andr. de Iſern. & Afflictus in conſtitutione Neapolitan. rubr. 20.* ex quo quidem l. vnicę intellectu deciſumfuit, vt Raptor † mulieris inhoneſtæ non tamen meretricis, vt eſt illa quæ vnicum tantum habet amaſium, puniatur, non pœna dictæ legis vnicæ, ſed grauiſſimè, tamen citra mortem, 91
attenta qualitate raptoris, & mulieris raptæ. Thomas Triuiſanus, I.C.

EPITOME.

Verba dubia interpretanda ſunt iuxta mentem proferentis.

SVMMARIA.

1 *Verba quæ duplicem habent intellectum, in benigniorem partem interpretari debere ad tollendum delictum.*

2 *Delictum in dubio nunquam præſumitur, niſi probetur.*

3 *Verba dubia debent interpretari à proferente.*

4 *Verba punienda ſunt, ſi incontinenti non fuerint reuocata.*

5 *Lingua reum aliquem non facit, niſi & mens concurrat.*

DECISIO XXXIIII.

QVandoque verba proferuntur ab aliquo, quæ æquiuoca ſunt, & in bonam & malam partem verificari poſſunt,

tamen æmuli, & inimici intelligunt ea, vt volunt, non autem vt deberent, & ſic ſecretè poſtea talem proferentem denunciant, quo caſu vidi obſeruari, vt ſi verba huiuſmodi duplicem habeant intellectum, bonum ſcilicet,
1 & malum, quod in benigniorem † partem interpretantur, ad euitandum delictum, quod
2 † nunquam in dubio præſumitur, niſi probetur, *Hippol. de Marſ. conſilio ſeptuageſimo ſeptimo, numero centeſimo vigeſimo quarto*, ſeu ſaltem prola-
3 tor † verborum ea interpretatur, & non alius. *Alex. conſil. 126. volum. 1. per iex. in lege merito, ff. pro ſocio. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 1. numero 3. Dec. conſil. 599. in princip. & conſ. 189. in fi.* Et tanto minus, quando prolator verborum vidit ali-
4 ter interpretari quod dixit, † incontinenti declarat, & reuocat id quod per errorem ab alio intelligitur, *vt Roy. in de hæret. in 3. parte, c. 112.*
5 & reum † lingua nunquam facit, niſi & mens concurrat, ex Auguſtino, quem refert *Symanc. de Cathol. inſtitut. titu. 17 de defenſione reorum. numero 19. & à ſimili voluit Zanchin. de hæret. capitu. 7. num. 9.* Thomas Triuiſanus.

EPITOME.

Monachus profeſſus, Sacerdos factus, furato Calice, patena, & alijs argenteis, clauſtrum deſerit, habitum Monachalem, & nomen dimittit, Presbyteri ſæcularis habitum, & nomen ſumit; & ſic per plu-

res

res annos Miſſam celebrat, deſiſtit ob decretum de non celebrando, ſine licentia Ordinarij, quam non procurat, ne ſe Monachum detegat. Hæc omnia confeſſus eſt. Et inſuper credidiſſe ſine peccato id potuiſſe facere, credidiſſe etiam excommunicationes eſſe nullius valoris, ob animum quem habebat ad clauſtra redeundi, & poſtea credidiſſe, excommunicationes ſimpliciter nil valere, & repertas eſſe ad hominum terrorem, & recognoſcere ſuos errores, & paratum eſſe abiurare, per tempus duodecim annorum non confeſſus eſt, neque Euchariſtiam ſumpſit, An ſit quæſtioni ſubijciendus pro habendo certo reſponſo ſuper interiori eius credulitate.

SVMMARIA.

1 *Ordo votorum Sancti Officij Inquiſitionis Venetiarum.*

2 *Licentiatus ab Officio Sancto, remiſſus ad Legatum Apoſtolicum pro Apoſtaſia.*

3 *Idem remiſſus ad prædictum Sanctum Officium mandato S. D. N.*

4 *An quæſtioni ſubijciendus ſit ſuper interiori eius credulitate.*

5 *Furtum mortale peccatum eſſe.*

6 Qui aliter credit, hæreticus eſt.

7 Vſura, adulterium, periurium, & ſimilia, idem quod in furto, & num. 8. & 9.

10 Sacrilegus controuertitur an ſit ipſo iure excommunicatus.

Idem ſuſpenſus eſt ab ingreſſu Eccleſiæ, & Sacramentorum ſuſceptione.

11 Monachalis habitus temeraria dimiſſio, eſt Apoſtaſia ab ordine.

12 Vota religionis tria ſunt, obedientia, paupertas, & continentia, quorum ſingulorum tranſgreſſio obligat ad mortale.

13 Monachos poſſe liberè exire è monaſteriis, qui credit, hæreticus eſt.

14 Habitum ſuæ religionis non deferens, mortaliter peccat religioſus, etiam ſi eiectus eſſet è Monaſterio.

15 Monachalem habitum temerè dimittens, incurrit in excommunicationem latæ ſententiæ.

16 Furem, Sacrilegum, Apoſtatam & Excommunicatum, poſſe ſine peccato miſſam celebrare, qui credit hæreticus eſt.

17 Canones Eccleſiæ nil valere, qui credit, hæreticus eſt.

18 Celebrans ſciens incurriſſe in excommunicationem videtur contemnere.

19 Animus redeundi ad clauſtra non excuſat ab Apoſtaſia.

20 Remiſſio peccatorum conceditur, niſi correcto per oris confeſſionem, cordis contritionem, & operis ſatisfactionem.

21 *Monachalem habitum temerariè admittens, ipſo iure excommunicatus eſt, etiamſi animum habuerit redeundi.*

22 *Idem ſi non reaſſumpſit habitum, & rediјt ad monaſterium, non poteſt abſolui ad reincidentiam.*

23 *Animus redeundi ad clauſtra non purgat peccatum.*

24 *Abſolutio ab excommunicatione Canonis maioris quatuor requirit.*

25 *Matrimonium quod ſit ipſo iure nullum, qui contraxit, & poſteà contrahat ſecundum cum alia, mortaliter peccat, etiam ſi poſt contractũ ſecundi primum matrimonium fuerit declaratum nullum.*

26 *Iuris diuini, naturalis, & Eccleſiæ tranſgreſſio obligat ad mortale peccatum, & qui contrarium credit, hæreticus eſt.*

27 *Solutio reſponſi Calderini in tit. de Apoſtatis, conſ. 5. ibi, Ex factu intentionem ſumi.*

28 *Reo reſpondente credere ſe eſſe Apoſtatam, & excomunicatum, & debere pœnitere, & ſacramentaliter confiteri, & Eucbariſtiam ſumere ſingulis annis, Inquiſitor non poteſt ſe vlterius intromittere, ſed reliqua ad Ordinarium pertinent.*

29 *Celebrari poſſe Miſſam ſine peccato mortali ab impuro, & coinquinato peccato mortali, impium eſt quod quis credat.*

30 *Monachalem habitum poſſe dimitti per Monachum, & liberè è religione exire, ſi credatur, hæreſis eſt manifeſta.*

31 *Confeſſio vltima ſola, etſi varia à prima, ſi eſt pura, ſimplex, facto conſona, veriſimilis, ſponte facta, extra tormenta, etiã ſi ageretur de condemnando, ſatis eſt.*

32 *Confeſſus qui eſt errores ſuos purè, & ſimpliciter & dicit ſe paratum ad abiurandum, etſi res dubia eſſet, præſumi debet hæreticus ad hunc effectum abiurandi, & ſalutarem pœnitentiam imponendi.*

33 *In crimine hæreſis, tutius eſt innocentem condemnare, vt abiuret & pœnitentiam agat, quam nocentem abſoluere.*

34 *Confeſſus feciſſe homicidium ad ſui defenſum, ea non probata, quod mediantibus tormentis cogi debeat confiteri ſimpliciter, contra hanc opinionem Baldi.*

35 *Confeſſus ſimpliciter, quod torqueatur non vult Baldus.*

36 *Confeſſio qualificata præcedens, ſi poſtea pura, & ſimplex fiat, non putat Baldus exindè contrarietatem ſequi, naturæ rei conſonam.*

37 *Tormenta dantur cum res dubia eſt, non quando clara per propriam confeſſionem veriſimilem, natura rei conſonam.*

38 *Confeſſus, & pœnitens admittendus eſt ad formalem abiurationem de hæreſi, & recipiendus.*

DECI-

DECISIO XXXV.

QVidam N. iam ſunt anni 24. & vltra, quod habitum Monachalem ſuſcepit approbatæ religionis Montis Olïueti, in qua poſt annum probationis faciens ſe denominari D. Paulum, ſolennem fecit profeſſionem cum voto obedientiæ, paupertatis, & continentiæ: Demum ſucceſſiuis debitis temporibus ſuſceptis ſacris ordinibus, Miſſam celebrauit hic Venetijs in Eccleſia vna Venetiarũ, & in ea factus Sacriſta, ex ſacrario iam ſunt anni 12. furto ſubtraxit Calicem, Patenam, & alia argentea non leuia, quæ vendidit, & pretium in ſui vſum conuertit. Cumque propterea puniri timeret, clauſtrũ deſeruit, & habitum Monachalẽ vna cum nomine, quod in profeſſione ſuſceperat, dimiſit, Presbyteri ſęcularis nomen, & habitum ſumens, faciendo ſe denominari Presbyterum N. etiam poſt ipſius carcerationem, imò ſemel, atque iterum in iudicio dũ de more interrogaretur de nomine, exercitio, & habitu, impudens dixit *Michiamo N. il, mi eſſercitio è da prete, il mio habito che porto, è da prete.* Venetijs diſcedẽs, Corcyrã nauigat, & tacito quod eſſet Monachus, pluries miſſam celebrauit, tandẽ ab illius loci ordinario, collatũ ſibi Canonicatũ in Eccleſia Cathedrali acceptauit, indeq; poſtea diſceſſit litteris dimiſſorialib. obtentis veluti Canonic9

Corcy-

Coreytenſis, Cretam nauigat, Miſſam celebrat, alibi vagatus, tandem Venetias redijt, Miſſas celebrauit per annos tres, & vltra, abſque petita, & obtenta Ordinarij licẽtia à celebratione deſtitit Decreti timore Sanctiſſimæ Inquiſitionis, quo omnib. prohibebatur miſſas celebrare ſine Ordinarij licentia, quam cum conſequi non ſperaret, nec ſe Apoſtatam detegere vellet, vlterius non celebrauit.

Carceratus igitur, iuratus, & à me Vicario Reuerendiſſimi & illuſtriſſimi Patriarchæ interrogatus de plano, hæc omnia confeſſus eſt; & inſuper credidiſſe, ſine mortali peccato potuiſſe propria authoritate habitum Monachalẽ dimittere, ac etiam ſine peccato celebrare, ſciens ſe furem, ſacrilegum, & ob habitus Monachalis dimiſſionem excommunicatum.

Qua de re eum remiſi ad officicium Sanctiſſimæ Inquiſitionis, † in quo interrogan-
1 di Reos, & teſtes, & proceſſus compilandi onus ſuſtineo, & cauſas ventilandi, cum voto conſultiuo, & in abſentia Illuſtriſſimi Domini Patriarchæ cum voto deciſiuo, vna cum Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Nuncio Apoſtolico, & R.P. Inquiſitore. Aſſiſtit Nunçij Auditor, & inquiſitoris Commiſſarius, & promotor Fiſcalis, & ipſi votũ cõſultiuum dantes, omnia ſcribuntur per notarium Sancti Officij cum aſſiſtentia trium Clariſſimorum Senatorum cum ampliſſima poteſtate brachiũ ſæculare præſtandi pro executione Decretorum.

Iterum

Iterum N. iſte interrogatus, præmiſſa omnia confeſſus eſt, & confirmauit, addens, fortè inſtructus, credidiſſe, quò ad ſe excommunicationē nullius eſſe valoris, ex quo ſemper habuit animum redeundi ad clauſtra.

Tranſmiſit † interim illuſtriſſimus Nuncius Apoſtolic. integram proceſſus copiam Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Cardinali de Sabellis, ſummo Inquiſitori, qui facto verbo cum Sanctiſſimo D. N. de illius mandato reſcribit. 5

Caſum pertinere ad Sanctiſſimam Inquiſitionem, procedendumq́; eſſe ad vlteriora, & diligenter N. interrogandum ſuper neglectu excommunicationum.

Ideo iterum interrogatus poſt multas tergiuerſationes, ac diffugia, confeſſus eſt tandē, quod cum Corcyræ exiſteret, fuit ſibi dictum à quodam presbytero Dalmata, Monachum è Religione exeuntem non peccare, excommunicationeſque quaſcunque nihil prorſus valere, ipſaſque repertas eſſe ad hominum terrorem, cui ipſe N. aſſenſiſſet, & credidit, ſic eſſe, & abinde in poſterum, fuiſſe ſemper in dicta opinione, & credulitate, authoriſque nomen ſubticuiſſe, timens ſi ille ſit inhumanus, ſibi periculum imminere, recognoſcereque ſuos errores, & pœnitere, paratumque eſſe abiurare, & imponendam pænitentiam acceptare, & hanc quam poſtremò loco dixit, eſſe veritatem.

Non deſunt & alia ex proceſſu colligibilia,

ex

ex quibus deprehenditur hominis mala vita, & ex factis eius praua interior credulitas.

Fatetur etiam per dictum tempus duodecim annorum, nunquàm Sacerdoti peccata ſua cōfeſſum fuiſſe debitis temporibus, nunquàm Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſiſſe, interrogatus de cauſa, dixit. *per vergogna, eſſendo in quell' habito da Prete, che foſſe viſto à dir Meſſa in quel giorno*, & infra *mi vergognaua di eſſer viſto, come Prete inginocchioni auanti il Sacerdote.* Interrogatus de cauſa, dixit, *non sò che mi dire.* Adde quod licèt monitus fuerit ab Alberto anno 1579. ſeu 1580. de hac ſua Apoſtaſia, nihilominus continuauit miſſas celebrare: & facta temporum ſupputatione ab anno 1579. quo publicatum fuit edictum cōtra Apoſtatas ad annum 1585. quo publicatū fuit Decretum Sanctiſſimæ Inquiſitionis contra miſſas celebrantes abſque Ordinarij licentia, apparet, quod dictus N. miſſas celebrauit hic Venetijs per annos quatuor, & vltrà, licet Fur, Sacrilegus, Apoſtata, & conſequenter Excommnicatus eſſet, neque in tanti temporis curſu aliquem peritum conſuluit.

Modo licet confeſſus, & paratus ſit dictos ſuos errores abiurare, ijdem Patres, qui primo iudicarunt caſum non ſpectare ad ſanctum officium ſubſiſtunt, eorum opinionem non explicant.

Non deſunt qui credant fundaſſe eorum primam ſententiam in conſilio V. Calderini, in titulo de Apoſtatis, nunc autem ab eadem apertè

apertè recedere honeſtum nõ videri, neq; determinationem Sanctiſſimi D.N.impugnare, † idcircò mediam viam tenentes, cenſent N. 4
hunc, quæſtioni ſubijciendum pro habendo certo reſponſo ſuper interiore illius credulitate, & an verum dixerit in præcedentib. conſtitutis, an in hoc poſteriori, in quo purè, & ſimpliciter factum, & intentionem confeſſus eſt; Hoc mihi iuridicum non videtur, ni cenſerent deueniendum ad tormenta ſuper non confeſſis, & pro habẽda vlteriori notitia complicum; Et cum viſum fuerit Reuerendiſſimo Patriarchæ iterum integram proceſſus copiam tranſmittere prædicto ſupremo Inquiſitori, vt facto verbo cum Sanctiſſimo D.N. decernat quid agendum.

Ne ego videar pro munere meo à tantis viris ſine ratione diſcedere, ouero diſcrepare, & nunc diſſentire, vt temporis anguſtia, & meæ quotidianę occupationes patiuntur, conſiderabo, & ob oculos ponam aliqua, quę fortè aut rationem decidendi demonſtrabunt veritatem melius indagandi.

Furtum faciens decalogi pręceptum tranſgreditur, ibi NON OCCISOR ERIS, FVR, MAECHVS, &c. furari † enim ſe- 5
cundum *Doctor. Thomam ſecunda ſecundæ quæſtionis ſexageſima ſexta, articulo ſexto,* eſt peccatum mortale, cum per illud homo inferat nocumentum proximo in ſuis rebus, quod contrarium eſt charitati, & conſequenter peccatũ

eſt

eſt mortale quod aggrauatur per circumſtantias, ſicuti in ſacrilegio.

Rectè igitur *D. Antoninus in ſua Summa, parte 3. tit. 1. cap. 15. ſub rubr. de furto, §. 2. & 3.* inquit, huius præcepti tranſgreſſionē obligare quem ad peccatum mortale; quo ſtante, licèt huiuſmodi ſola transgreſſio non faciat quem hære-
6 ticum, hæreticus † autem erit credens furari non eſſe peccatum, ſecundum *Bonifacium Vitallin. in Clementina Vnica, §. fin. num. 92. de vſur. & tradit Caſt. aduerſus hæreſes, in verbo, reſtitutio.*

7 Hoc idem videmus † in vſurario, nam etſi vſuras exercere non ſit heræticum, hæreticus tamen eſt, credens vſuram facere non eſſe peccatum, ſecundum *Zabarellam, in d. Clem. num. 8. Vitallin. num. 89. Imola, nume. 24. 28. & 29. & Ancharan. in §. ſanè, num. 2. & 3. latius explicat Caſtro vbi ſuprà, lib. 14. in verbo, Vſura.*

8 Idem videmus in † credente adulterium, vel fornicationem non eſſe peccatum, nam, etſi adulterari, & fornicari, per ſe non ſit hæreticum, credulitas tamen quod non ſit peccatum, facit eum hæreticum, vt tradit idem *Vitallin. vbi ſupra, num. 92. & latius explicat Caſtrus aduerſus hæreſes in verbo coitus, lib. 7.*

9 Idem † in periuro, periurium inquam non facit periurantem hæreticum: hæreticus tamen eſt, qui credit periurare non eſſe peccatum, ſecundum *Bart. in l. cunctos populos, nu. 10. C de ſum. Trinit. & latè Caſtro, vbi ſuprà in verbo, Iuramentum.*

Dum

Dum igitur N. iſte credebat ſine peccato mortali miſſas celebrare, impiè credebat, quod fur, & ſic in peccato mortali exiſtens, ſine peccato celebrare poſſet.

Adde quod N. iſte ſurripiendo iſtas res ſacras è loco ſacro, incidit in verum, & proprium ſacrilegium, *c. quiſquis §. ſacrilegium, 17. quæſt. 4. & ibi Turrecrem. num. 5.* ponens exemplum in ſurripiente calicem è ſacrario, & graue eſſe peccatum dicit, imò ſpeciale ob ſpeciales rationes grauitatis.

Sacrilegus † inquam (etſi controuertatur an ſit ipſo iure excommunicatus) ſuſpenſum tamen eſſe omnes concedunt, & ab ingreſſu eccleſiæ priuatim veluti excommunicatione minori innodatum, & à ſuſceptione ſacramentorum ſuſpenſum, *citato capit. quiſquis, 17. quæſt. 4. & tradit idem Turrecremata, cap. indignè, 12. quæſt. 2.* 10

Simplici inquam excommunicatione alligatus licitè eccleſiam intrare non poteſt, etiamſi in ea non dicantur diuina, quemadmodum olim non licebat impuro, & immundo, niſi cauſa prædicationis audiendæ, qua audita ex ea recedere tenetur, ſecundum *Petrum de Palude in 4. Sentent. diſtin. 18. quæſt. 4. in princ.*

Acceſſit † monachalis habitus temeraria dimiſſio, & ſic ab ordine Apoſtaſia, cum nemo ignoret tria † eſſe Vota Religionis, vt mox dicemus, ſcilicet obedientiæ, paupertatis, & continentiæ, quorum ſingulorũ tranſgreſſio ob- 11 12

 ligat

ligat tranſgredientem ad mortale, vt tradit idem *Turrecrem. ſuper Regula S. Benedicti*: quē ſecutus eſt Antoninus *in ſua Summa p.3.tit. 16. cap. 1. §. 6. & 2.* quod vberius diſcutit, & contrarium aſſerere hæreticum eſſe tradit *Caſtro, aduerſus hæreſes, in verbo votum*; vota enim hæc ſunt regulę ſubſtantialia, quę eſt in præcepto, quod tranſgredi mortale peccatum eſt, *cap. relatum, & ibi hoc notat Io. And. ne clerici, vel monachi.*

13 Liberam enim qui † tribuit monachis poteſtatem exeundi è Monaſterijs, hæreticum cenſeo, cum ipſo impio Luthero, huius falſæ opinionis authore, vt præclarè explicat Caſtro, *vbi ſuprà in verbo Monachatus.*

Hæreticus ergò N. iſte eſt, qui cenſuit, & executus eſt, non eſſe peccatum mortale propria authoritate habitum Monachalem dimittere.

14 Religioſus † enim eſt adeò aſtrictus deferre habitum ſuæ Religionis, vt ſi illum in publico non deferat, mortaliter peccet etiam ſi eiectus eſſet, nec Religionem inueniret, in qua recipiatur, cum in omnem caſum honeſtè viuere teneatur, ac regulariter, ſecundum *Antoninum vbi ſuprà §. 3. in fine cap. 5.*

Videmus enim quod iniuſtè excommunicatus etiam ſi faciat omne poſſe ſuum pro impetranda abſolutione ab iniuſta excommunicatione, & in foro conſcientiæ tutus ſit, ſecùs in foro exteriori, donec fuerit ſecum diſpenſatum ſecundum *Petrum de Palude, in quarto Sentent.*

rent. dicta diſtinct. 18. quæſtione quarta in ſecundo ef- ſectu.

Adde quod † temerè habitum Monachalem dimittens, incurrit excommunicationem latæ ſententiæ, *capit. vt periculoſa, ne Clerici vel Monachi, libro ſexto.* Ligatur enim ſententia Canonis incidens in factum damnatum, *capit. ſecundo & tertio 23. quæſtione 1. argum. capit. duo, 96. diſtinctione.* 15

Qui ergò credit Furem, Sacrilegum, Apoſtatam, & conſequenter Excommunicatum, poſſe ſine peccato Miſſam celebrare, hæreticus eſt, vt inferius dicetur. 16

Ex tot grauibus peccatis, & tàm diuturnis, ex tot transgreſſionibus, & propterea incurſas irregularitates, ex tàm diuturna inſordeſcentia, exoritur manifeſtus neglectus poteſtatis Eccleſiæ, ac ipſius N. interior praua intentio ſumitur, cum hæreticus ſit, qui ex contemptu Romanæ Eccleſiæ, vel Summi Pontificis tranſgreditur præcepta Sedis Apoſtolicæ, & ea ſeruare contemnit, quaſi videatur contemnere claues Eccleſiæ, *capit. de libellis, 20. diſtinctione capit. nulli fas, 19. diſtinctione, Zanchin. de hæreticis, capitu. ſecundo numero duodecimo. gloſſ. in dicto capit. nulli*, dicens quod etſi tranſgreſſio non faciat quem hæreticum, licèt tranſgreſſor peccet, † hæreticus tamen eſt, qui dicit, vel credit Eccleſiam Canones condere non poſſe, ſeù illos nihil valere, *capit. primo, duodecima diſt. cap. violatores, viceſimo quinto* 17

quæſt.1.c.ſi quis dogmata, 25. quæſt.2. gloſ.in capitulo generali, in verbo inhibentes, de elect. lib.6.

Contemptus Excommunicationis hoc in caſu manifeſtus eſt. Confitetur inquam N. ſcire dimittentem habitum Monachalem † incurrere Excommunicationem, adhuc tamen ipſe ea innodatus, ſcienter celebrauit, quo caſu celebrare cenſetur in cõtemptum Excommunicationis, & perſeuerando videtur feciſſe ex obſtinatione, & contemptu, ita notãter *Geminian. in capit. conſulendo, 8. diſtin.* cum ille ex contemptu peccare videatur, & contumaciter vilipendere, qui obſtinatè perſeuerat in malo, ſecundum eundem *Gemin. in c. qualis, poſt gloſſ. ibi, in verbo Blaſphemias, 25. diſt.* Aſtipulatur Felynus *in capitulo primo, numero vigeſimo ſecundo, de conſtitut.*

18

Præmiſſis non refragatur Calderini Reſpõſum, vt in alio loco opportunè dicetur, vnde adhuc perpendere nequeo, qua ratione etiam ante ſummi Pontif. determinationem, potuerit dici caſum hunc non pertinere ad officium Sanctiſſimæ Inquiſitionis.

Sed bene res ſe habet, quod N. iſte, ne dum operibus oſtendit ſe contempſiſſe Canones, ſummorum Pontificum decreta, & ipſius Eccleſiæ claues, verum, vt aiunt, ore rotundo confeſſus ipſe eſt, ſe per multos annos crediſſe, ſine peccato mortali habitum monachalem propria auctoritate dimittere, quod manifeſtè hæreticum eſt, vt *ſuperius diximus, authori-*

thoritate Caſtri, aduerſus hæreſes, in verbo, Monachatus, Confeſſus quoque eſt, ſine peccato mortali Miſſam celebrare potuiſſe.

Conſideret pius, & Catholicus Iudex, quã impium ſit credere, peccato mortali irretitum, & excommunicatum ſine peccato tantum ſacrificium peragere poſſe.

Non enim † diffugium illud, ipſum N. ex- 19
cuſabat, quod ſic crederet, quia habebat animum redeundi ad clauſtra, ſimile de quo meminit *Zanchinus de hæreticis dicto capitulo ſecundo, numero octauo*. Quod ſacerdos quidam, dum fornicaretur, & quoditidiè celebraret, credebat ſe licite facere, ex quo credebat, cum ſe pararet ad Miſſam per appoſitionem ſacrarum veſtium, ceſſarent peccata ſua, ita quod remaneret mundus, donec ſtaret ſic paratus, quem hæreticum eſſe concludit Zanchin.
Quia † Romana Eccleſia tenet peccatorum 20
remiſſionem non concedi, niſi correcto, *capitulo defleat peccator, extra de reg. iuris*. Et habebatur de pœnitentia *diſtin. 1. per totum*, ad quam correctionem exigitur oris confeſſio, cordis contritio, & operis ſatisfactio, *cap. perfecta*.

Et ibi notatur de pœnitẽtia, *diſt. 3*. Vbi ergò furti confeſſio? Vbi confeſſio ſacrilegij? Vbi reſtitutio, ſiue ſatisfactio? pręſertim dum Corcyræ eſſet, quo tempore fatetur, quod neſciebat in totum, vel in partem factam eſſe aliquam reſtitutionem, ſiuè ſatisfactionem, quę nec & poſtea facta apparet, ſaltem integrè.

Confictus inquam animus ad clauſtra redeundi N. non excuſat, cum contrarium ex propria ipſius confeſſione colligatur, dum dixit, ſuperſediſſe redire ad religionem ob fratris caccrationem, & illius peragenda negotia.

In omnem caſum dico, ex eo ipſum N. non excuſari, cùm etſi deſiderant doctores, An quis iudicari debeat Apoſtata, vel fugitiuus etiam ſi per multum tempus, & ad longinqua vagatus fuerit ſine habitu monachali, niſi oſtenderit animum depoſuiſſe redeundi ad
12 clauſtra; Vnanimes † tamen concludunt, per temerariam habitus Monachalis dimiſſionem, quem excommunicatum eſſe ipſo iure, vt cenſuit *Antoninus in dict.a ſua Summa, parte tertia, titul. decimo ſexto, §. viceſimo primo ad finem, cap. quinto.*

Aſtipulatur Tabiena, *in verbo Apoſtaſia, numero decimo ſeptimo, & ſuperius dictum eſt*, quod procedit etiam, ſi ille habuit animum redeundi ad Religionem, & habitum reaſſumendi, cum adhuc excommunicatus eſſet in mundo quo ad Eccleſiam militantem, non enim abſolui poterit, niſi ſimpliciter, quod fieri non poterat, quia deerat oris confeſſio, & ſatisfactio; deerat ſuperioris Prælati abſolutio, in qua à iure eſt certa præſtituta forma, *capit. ex tenore cap. cum deſideres, & cap. ſuper eo, & ibi gloſſ. prima de ſententiis excommunicat.* Dicens, quod in vni-

in vniuſcuiuſque abſolutione qui incidit in Canonem, ſeruandam eſſe formam à iure traditam.

Neque † abſolui poſſe ad reincidentiam, ſi non reaſſumpſiſſet habitũ, & redijſſet ad Monaſterium, cenſuit *Sotus in quartum Sententiarum, diſtinctione vigeſima ſecunda, quæſtione ſecundo, articulo tertio, poſt Petrum de Palude, deſuper citatum.* 22

Ob talem enim perſeuerantiam ſcilicet ad clauſtra non redeundi, non purgatur peccatum, & transgreſſio, cum requiratur, vt ante dictum eſt, contritio, confeſſio, & ſatisfactio, & in his certa ſit data forma. 23

Quatuor enim † in huiuſmodi abſolutionibus à maiori Canonis excommunicatione ſeruanda ſunt, quorum meminit *Plouius in ſuo tractatu de Excommunicatione, §. conſequenter. numero 16. & 17.* 24

Primum ſcilicet, vt ille iuret ſtare mandatis Eccleſię, licèt id non ſit de ſubſtantia abſolutionis.

Secundum, requiritur Satisfactio.

Tertium; vt abſoluatur per eum, qui tulit ſententiam, cum Pſalmis, & orationibus, ac verbis formalib. à iure ſtatutis in abſoluẽdo.

Quartum vt illi præcipiatur, ne in futurum in ijdem reincidat.

Idem videmus in eo, qui vi, metuque † matrimonium contraxit, quod licèt nullũ ſit ipſo iure, ſi tamen nõ præuio iudicio Ec- 25

cleſiæ, quas propria authoritate cum alia contrahat, mortaliter peccat, etiam ſi poſtea in iudicio primum matrimonium declaretur nullum extitiſſe, & ſecundo loco contractum validum eſſe pronuncietur, *capit. veniens, el primo, de ſponſ. verſic. cæterum & nos mandamus, capitul. veniens, de regular.* illa ratione: quia non deſinit propterea, quod ille non fuerit tranſgreſſor & non fecerit contra interdictum Eccleſiæ, & ideo mortaliter peccauit, & pœnitentiandus eſt, vt cenſuit *Hoſtienſis, numero vndecimo, & duodecimo, in capitulo fraternitatis, de frigid. & maleficiat. Idem Ioan. Andreas, & Alex. Neuus, numero octauo, in capitulo Apoſtata, de ſponſalibus, Henricus Boich. in capitulo ad audientiam, numero 10. 11. & 12. eod. tit. de frigid. & maleſic. Butrius, in cap. ad id quod, num. 8. eod. tit. de ſponſalibus, & reſpondit Leoniſſa inter matrimonialia, conſ. 49. nu. 3.*

26 Cum igitur † transgreſſio iuris diuini, aut naturalis, aut Pontificij, & ſic Eccleſiæ obliget ad mortale peccatum, *Clem. 1. de conſangu. & affinitate. Et ibi Guilielm. Laudun. Ioan. Lignanus. Zenzelinus, Imola, numero 3. & Ioan. Colonienſis, idem Abb. in cap. 1. de conſt.* relinquitur, quod qui contrarium credit, hæreticus eſt, cum de fide Catholica gignat falſas opiniones, vel ſequatur, quandoquidem, vt mox dicemus, etſi furtum facere, vſuram exercere, non ſit hæreticum, hæreticus tamen eſt, qui credit vſuram facere, furari, vel fornicari, non eſſe peccatum, *citata Clementina vna, de vſuris, & ibi Gloſſ. Imola, num. 8. & cæteri vnanimes.*

Nec

Nec hæc noſtra † concluſio perturbari po- 27
teſt per Reſponſ. Calderini *in tit. de Apoſtatis conſ. 5.* Diaconus eſt profeſſus. Quinimò comprobari in illius concluſione, in cæteris: illud nimis alienum eſt à caſu noſtro, ibi, ex factis intentionem ſumi quæratur, hic autem, de intentione, atque credulitate ex propria oris cōfeſſione planè liquet; non enim in iſto controuertitur, an furari ſit hæreſis, vel ne, quod dimittere habitum Monachalem ſit hæreticum, ſeu celebrare in peccato mortali, vel in Excommunicatione, quemadmodum in caſu Calderini, in quo quærebatur ad dimiſſio habitus Monachalis, & immixtio in ſæcularibus negotijs, per longum temporis ſpatium in quo miſer ille abſtinuerat ab omni ſacramentorum perceptione, licet non in cōtemptum faceret, vel ne, illum eſſe hæreticum, & ſic caſum pertinere ad Inquiſitionem, & cum à facto illo excluderetur interior praua intentio, & credulitas, reſpondit Calderinus, dari propterea Inquiſitori in caſu illo poteſtatem interrogandi, quid ipſe crediderit ſuper illis; Et † ſi reſponderit, ſe credere eſſe 28
Apoſtatam, eſſe Excommunicatum, & de his debere pœnitere, & ſacramentaliter confiteri peccata ſua, & Euchariſtiam ſumere ſingulis annis, vlterius non poſſit Inquiſitor ſe intromitterre, cum reliqua ad Ordinarium pertineant.

Iam vides Calderinum concludere contra

N.qui iudicialiter confeſſus eſt ſe credidiſſe ſine peccato habit Monachalem ſe dimiſiſſe, nonne hoc eſt dicere, ſe nõ Apoſtatã. Rurſum negat N.ſe credidiſſe propterea fuiſſe, & eſſe excommunicatum. Ergò ex Calderini ſenten tia caſus noſter pertinebat ad Sanctiſſimam Inquiſitionem; vnde vix me continere poſſum, quin deplorem hęc infelicia tempora,
29 Rectè igitur Sanctiſſi. D. N. Reſpondit, caſum pertinere ad ſactum Officium. Adde, † quod N.negabat, cum fur eſſet, & Sacrilegus, ac Apoſtata, & conſequenter Excommunicatus, ſe cum peccato mortali Miſſam celebraſſe; verbum manifeſte impium, quod licitè quis credat ab impuro, mortalique peccato coinquinato ab Apoſtata tantum ſacrificium peragi poſſe ſine peccato mortali.

Nunc vbi dubitari poſſit non video, cum N.iterum de commiſſione Sanctiſſimi D. N. quod ſub conditione, adiectione, ſeù qualitate confeſſus fuerat, poſtea purè & ſimpliciter faſſus eſt.

Prius dixerat ſe credere non includi in Excommunicatione, eaque non alligatum, ex quo habebat animum redeundi ad Religionem, quod diffugium illum non excuſare, ſatis ſuperius probatum eſt.

Nunc autem reſpiciens purè, & ſimpliciter confitetur, quod inſtructus à presbytero
30 illo Dalmata abinde in poſterum ſemper † credidit Monachum dimittere poſſe habitum Mona-

Monachalem, & è Religione liberè exire, quod hæreſis eſt manifeſta, ſuperius explicata, & confutata per Caſtrum.

Inſuper de plano purè, & ſimpliciter confeſſus eſt, abinde in poſterū ſemper credidiſſe, Excommunicationes nihil valere & illas repertas ad terrendos homines, Notum eſt in huius Sancti Officii veneranda congregatione plurium Dalmatarum morem dicendi eſſe. Excommuniationes non tranſire mare, nonne igitur prædicta duo manifeſtę ſunt hæreſes, impię blaſphemiæ, à Caſtro confutatæ, in verbo Monachatus, & in verbo Excommunicatio?

Cur igitur procraſtinatur concors relatio danda Sanctiſs. D. N. nec dubia proponuntur, vt diſcuti poſſint? Non enim perfectè attingi poteſt, atque explicari ratio decidendi, niſi cognita ratione dubitandi.

Occurram tamen quibuſdam tacitis obiectionibus, vt feci circà conſilium Calderini.

Forte dicent, quod cum de hæreſi huius N. non conſtet, niſi ſola † eius confeſſione, & in 31
ea ille fuerit varius, non poſſe dici verè, & propriè hæreticum, neque ipſum teneri ad formaliter, vt hæreticum abiurare. Quis dicit hoc? Non etiam ipſe N. qui hos ſuos errores confeſſus eſt, deteſtatur, deplorat, cupit, & optat, quod vtinam iam decem anni carceratus ipſe extitiſſet, nè in tot errores incidiſſet, pœnitet, paratum ſe eſſe dicit ad abiurandum, & pœnitentiam accipiendam. Et licèt

Et licèt non negem, pertinere ad bonum Iudicem, ex officio fauere Reorum innocentiæ, hoc tamen in caſu vix continere poſſum, quin aliud dicam, quod perpendere poteſt ex ſe ipſo. Ex prędictis quisque videtur confeſſionem huius N. puram & ſimplicem eſſe, factoque conſonam, veriſimilem, naturæ rei non repugnare, ſpontè factam extrà tormenta. Cum igitur illa ſit conſentanea ipſis factis, de quibus conſtat, & anteacta eius vita peſſima fuerit, ſola confeſſio etiam ſi ageretur de ipſum condemnando, ſatis eſſet, per notata *per gloſſ. Bald. Ang. et. & alios communiter, in l. 1. Cod. de confeſſis*, & in terminis hæreſis, tradit Ponzinib. *in ſuo tractatu de Lamiis, num. 70. & 71. & Vmbertus in ſuo iudiciali, in verbo confeſſio verſic. nota etiam, de qua re latè ſcripſi quæſt. Neocaſtrenſ part. 2. & in qua. Virela.* Sed hoc in caſu non tractatur de condemnãdo ipſum N. vti relapſum, non vti hæreticum, impœnitentẽ negatiuum, ſed de eo,
32 qui † errores ſuos purè & ſimpliciter confeſſus eſt, & paratum ſe eſſe dicit ad abiurandum, quo caſu etſi res dubia eſſet, prout eſt clariſſima, adhuc præſumi deberet hæreticus ad hũc effectum abiurandi, & ſalutarem pœnitentiam imponendi, textus eſt *in cap. literas, de præſumptionibus*, ita notanter dicit *Laudunus in Clementina 1. de vſuris, quem ibi ſequitur Imola, num. 10. idem Laudunus, in Clem. 1. de hæreticis, vbi Zabarella, in §. verum, num. 1. & Imola, num. 19. quibus aſtipulatur Squillacenſis, de fide Catholica, cap. 34.* præclarè

clare dicens; Tutius † eſſe in huius hæreſis 33
criminis materia innocentem condemnare, vt ille abiuret, & pœnitentiam agat, quàm nocentem abſoluere, idem *Vmbertus in verbo hæreticus, verſic. ſimiliter, ad finem*; quæ verba prius dixerat Stephanus Prouincialis in *eadem Clem. 1. §. Duro mihi, verſ. verum de hæretic.*

Non deſunt, qui ſuſurrent Reuerendiſſimum Nuncium eſſe in opinione, quod N. iſte quæſtioni ſubijciendus ſit, pro habendo certo reſponſo ſuper ipſius interiori credulitate, ex quo primo qualificatè confeſſus eſt, demũ purè, & ſimpliciter, fortè motus ex dictis per *Baldum in citata lege prima, numero 45. C. de confeſſ.* quem poſt alios ſecuti ſunt *Roias de hæreticis, numero 180. & ſequentib. & Simanc. in ſuo Enchiridio, tit. 29. numero decimo, & in ſuis Catholicis Inſtitutionibus, eod. tit. de confeſſis, numero decimo nono.* Dicebat Bald. poſtquam diſputauerat an † con- 34
feſſus feciſſe homicidium ad ſui defenſionem ea non probata, deberet haberi pro ſimpliciter confeſſo, an vero pro purè negante. Quod ſi Iudex vult cautius procedere, nè incidat in opiniones Doctorum, mediantibus tormentis, cogat ipſum ſimpliciter confiteri, quod poteſt, quia habet plus quam indicia.

Dixi meam opinionem nedum non perturbari ex Calderini Reſponſo, Verum comprobari, quod ſuperius clarè oſtendimus; Item dico de doctrina Baldi: nam etſi illa iuridica non ſit, & viam aperiat iudicibus fraudes commit-

committendi pro ſaluandis Reis à debita pœna, vt latè concludit Ferratius, cautela quinta, & propterea in practica non ſeruari teſtatur *Boſſius, titul. de confeſſis numero 28. & Iulius Clarus. in practica criminali, §. fin. quæſtio. 55. verſiculo forte poſſet.* Et hac via indirecta, & non neceſſaria de facili concludi poſſit, & adhiberi quæſtionem, vbi locus nō eſſet, & ſic purgari indicia, imò debilitari plenam concludentem probationem, de qua re latè diſputaui *in dicta quæſtio. Virola.* Cum quæſtionis remedium ſit ſubſidiarium *leg. milites, Codice de quæſtione l. edictum, & ibi Bart. ff. eodem tit.* Hinc cauti Iudices, ne teneantur in Syndicatu, cū Reos, aut confeſſos, aut conuictos quæſtionibus ſubijciunt, ſcribi faciunt proteſtationem in actis, quod non intendunt eum torquere ſuper his, de quibus ille eſt conuictus, vel confeſſus, ſed tantum ſuper alijs, ſeù pro habenda vlteriori notitia complicum: quod etiam cenſuit *Iulius Clarus vbi ſupra, quæſt. 64. verſicul. veritas, & Vmbertus in dicto Iudiciali, in verbo iudicium, verſiculo exiſtente.*

35 Poſtremò dico, admiſſo, Baldi dictum iuridicum eſſe, adhuc ex eo comprobari noſtram opinionem, dicebat Baldus, ne Iudex incidat in Docto. opiniones, cogatq; reum mediantibus tormentis ſimpliciter fateri: non ergo vult Bal. quod vbi Reus ſimpliciter confeſſus eſt torqueatur, nec Bald. putat ob præcedentem rei qualificatam confeſſionem, ſi poſteà

poſteà ſimpliciter, & purè confiteatur, exindè contrarietatem ſequi, quinimò licere Reo poſt negationem, ſeu qualificatam confeſſionem, ſimpliciter, & purè confiteri, & ita paſſim ſeruatur: nec vnquàm in tanta, & per tot annos chartarum reuolutione, contrarium legi, nec de hoc dubitari audiui. Tunc † ad 36
tormenta deuenitur, cum res dubia eſt, non autem quando clara, & aperta eſt, idque per propriam confeſſionem, veriſimilem, naturæ rei conſonam, vt & ipſe Simanchas deſuper citatus, & alij omnes.

Concludo tandem, ſaluo ſemper meliori iudicio, præſertim Sanctiſſimi D. N. ſupremiq; tribunalis Sanctiſſimæ Inquiſitionis ne via aperiatur fraudibus, hunc N. confeſſum, † & 37
pœnitentem, admittendum ad formalem abiurationem de hæreſi, & iuxtà Eccleſiæ formã conſuetam recipiendum, & vltrà pœnas, ſiue pœnitentias ſalutares, in aliorum exemplum cogendum ad recipiendum habitum Monachalem, & in arctum carcerem ſui Monaſterij detrudendum per annos plures, ſeù condemnandum ad remigandũ in compedibus per annos tres, & vltrà, & poſtea ad clauſtrum redeundi.

Non omittã, quod alium Religioſum profeſſum, in carceribus huius Sanctiſſimi Officij habemus, qui dimiſſo habitu per plures annos chirurgiã exercuit in habitu ſeculari, quẽ comprehendi feci & interrogatus, dixit, ſe credere

licitè,

licitè, & ſine peccato mortali potuiſſe dictum habitum ſuę religionis dimittere, habuiſſe tamen aliquem ſcrupulum, quod propterea venialiter peccaſſet. Conſiderētur deprecor hæc infelícia tempora, quibus permulti cum Luthero ſentientes, credunt licere è Religionib. propria authoritate exire, habitumq́; Religionis dimittere poſſe, & ad ſæculũ liberè redire.

Deſiderius Guido, I. C. Anſculanus Prothonotarius Apoſtolicus, Vicarius Generalis Venetiarum.

EPITOME.

An pro relapſo habeatur, qui non adimpleuit pœnitentiam, ſibi ſententia abiurationis iniunctam, licèt inquiſitus de relapſu interim decedat ſacramentáliter confeſſus, adeò vt eius cadauer tradi debeat Eccleſiaſticæ ſepulturæ.

SVMMARIA.

1 *Non adimplens pœnitentiam, quando pro relapſo, & fictè conuerſo puniri poſſit.*

2 *Pœnitentia non impleta, quando dicatur tendere contra hæreſim.*

3 *Veniens contra ſuam abiurationem directè, vel indirectè, pro relapſo haberi debet.*

4 *Fugiens è carcere aſſignato poſt abiurationem, pro relapſo, & fictè conuerſo habetur.*

5 *Hæreticus quis dicatur, ne dum verbo, ſed etiam facto.*

6 Volun-

6 *Voluntas facto magis, quam verbo declaratur.*

7 *Viſitans hæreticos poſt abiurationem, cenſetur relapſus.*

8 *Item ſi permittat ſe viſitari ab eis.*

9 *Correlatiuorum etiam in pœnalibus idem eſt iudicium.*

10 *Dubius in fide hæreticus eſt.*

11 *Relapſo non denegantur Sacramenta pœnitentiæ, & Euchariſtiæ.*

12 *Cui conceditur quod eſt plus, conceditur & quod eſt minus.*

13 *Cui communicatur viuo, communicatur & mortuo.*

14 *Excommunicatus ſi non eſt denunciatus, non eſt euitandus.*

15 *Extrema vnctio, & ſepultura denegatur relapſo.*

16 *Sepultura eſt quies corporis, & non animæ.*

17 *Abſolutio in foro pœnitentiæ, non prodeſt in foro fori.*

18 *Abſolutus quo ad Deum, non dicitur abſolutus quò ad Eccleſiam.*

19 *Hæreticus poteſt damnari poſt mortem.*

Item & excommunicari, quamuis illa excommunicatio non ſit hodie neceſſaria, cum ſit ipſo iure excommunicatus, num. ſeq.

20 *Sepeliens hæreticum, debet illum proprijs manibus exhumare.*

DECISIO XXXVI.

QVidam formaliter de hæreſi abiurauerat, inquiſitus de relapſu, obijt in

carceribus Sancti Officij ante ſententiam diſſinitiuam latam poſt abiurationem ab eo habitam. Dubitatum fuit an illius cadauer tradi deberet Eccleſiaſticę ſepulturæ. Pro cuius reſolutione in primis diſcuſſum fuit, an ex his, de quibus in proceſſu idem N. conuictus eſſet de relapſu, & primo pro parte fiſci tenentis affirmatiuam, dicebatur quod ſic.

Primò, quia ipſe N. non impleuerat pœnitentiam ſibi iniunctam, confitendi ſ. peccata ſua & ſumendi Euchariſtiam certis ſibi ſtatutis temporibus, imò cum in infirmitatem incidiſſet, & ad confitendum quamplures eum hortati fuiſſent, vt nonnulli atteſtabantur, illud facere diſtulit (& prout nonnulli alij dicebant) facere omnino recuſauit.

Tum quia permiſerat ſe viſitari à quodam alio hæretico, eumq; quamuis ſciret eſſe talem Inquiſitori non denunciauerat, contra formam ſuæ abiurationis.

Vnde ſiue vera eſſet illa opinio ſimpliciter,
1 quod † non adimplens pœnitentiam ſibi impoſitam, cenſeretur impęnitens, ac fictè conuerſus, & relapſus, ſecundum annotata per *Imolam, in Clemen. 3. de hæret. num. vigeſimo tertio* qui dicit ita tenuiſſe Matthæ. per illum text. ibi, niſi abiuratis prius ſpontè erroribus pœnituerint, & ſatisfactionem exhibuerint competentem, *& per textum in capitulo ad abolendam de hæreticis, Abb. poſt Hoſtienſ. & Ioan. And. in capitulo literas, numero ſexto verſic. quæro, de præſumptione*

ption. & Ioan. Nicol. Arelan. in tract. de hæretic. notabili 30. incipien. inter cætera, numero primo vbi allegat Zenzel. Calderinum, & Frideric. de Senis, conſil. 157. incipien. Alexan. Epiſcopus, num. 5. Clarum eſt, ipſum eſſe impœnitentem, & relapſum, licèt contrarium teneat *Dec. Conſil. 137. numero. 4. volum. 1.*

Siue dicta opinio † tanquàm nimis dura intelligenda ſit de non implente pœnitentem, quæ tenderet contrà hæreſim, prout eam ſic intelligit *Ioan. Cald. in dicto cap. literas relatus per Vmb. in ſuo opere iudiciali in verſiculo pænitentiam,* adhuc dicebatur omninò impœnitens, & fictè conuerſus, vel relapſus, ex admiſſione dicti hæretici, & conuerſatione cum eodem, & ex illius non denunciatione, quandoquidem ei iniunctum fuiſſet, vt cum illo non conuerſaretur, ſed quod illum ſtatim denunciaret, & ita in abiuratione promiſerat, quæ quidem iniunctio tendebat contrà hæreſim, *vt ibi per eoſdem Calderin. & Vmbert.* 2

Nam veniens contrà eius abiurationem directè vel indirectè, pro relapſo habendus eſt. *Gemin. & Phil. Franc. in cap. accuſatus, §. idem quoque, de hæreticis in ſexto.* 3

Propterea † fugiens è carcere, in quo poſt illam condemnatus extitit pro relapſo ac impœnitente habetur, *Archid. Ioan. Andr. Gemin. & alii, in c. vt commiſſi, §. 3. de hæret. in 6. Felynus in capitulo excommunicatus, el ſecundo. de hæreticis* 4

circa medium, & Ioan. Nicola. Arela. in dicto ſuo tract. de hæret. notabili 6. incipien. non recedant.

5 Dicitur enim quis hæreticus † non ſolum verbo ſed facto. *Ioan. de Imola in Clement. vnica, §. ſane, in gloſſa, in verbo pertinaciter, de vſur. numero vigeſimo tertio.*

6 Cum † voluntas facto magis declaretur, quam verbo, *l. Paulus, ff. rem ratam haberi, l. dolum cum alijs, ff. de dolo.*

7 Item quia † ſicut poſt abiurationem, quis viſitando hæreticos, cenſetur relapſus, *d. c. accuſatus, §. ille quoq;*, pariter cenſeri debet, per-
8 mittendo † ſe ab alio viſitari, cum correlati-
9 uorum † idem ſit iudicium etiam in pœnalibus, vbi ineſt eadem ratio, *vt ſic Abb. in ca. 1. de locat. num. 13. Felyn. in cap. fin. de iud. num. 8.*

Propterea cum ipſe fateatur prædictum hæreticum ipſum reprehendiſſe, quod exiſtens tam perfectus in eorum religione, abiuraſſet, & quod abiurando malè feciſſet, & ob reprehenſionem huiuſmodi, ac ſuaſiones ſibi factas à dicto hæretico, quod ſteterat anceps, an deberet confiteri, & ſumere Euchariſtiam, & hac de cauſa non confeſſum fuiſſe, nec ſumpſiſſe Euchariſtiam, apparebat formaliter relapſum dubitando, an bene, val male feciſſet
10 abiurando, † nam dubius in fide, hæreticus dicitur *iuxtà plenè notata in cap. 1. de hæretic.*

Ex qua etiam confeſſione, ſatis conuincebatur ob omiſſionem pœnitentiæ, confitendi, & ſumendi Euchariſtiam, de impœnitentia, ac

tia, ac ficta confeſſione, ſeu relapſu, poſtquam eam omiſerat ex conſequentia prioris erroris, vt dicitur *in d. cap. accuſatus, §. ille quoque, de hæret. in ſexto.*

Ex alia vero parte dicebatur, illius cadauer omninò tradi debere Eccleſiaſticæ ſepulturæ,
ex eo, quia † non denegantur taliter relapſo, 11
Sacramenta Pœnitentiæ & Euchariſtiæ, *vt in capitulo ſuper eo, de hæret. in ſexto,* & † ſi concede- 12
batur ei id, quod eſt plus, pariter concedi debere quod eſt minus, *regula cui licèt, & quod ibi notatur, de regul. iur. lib. 6.*

Item quia, cui † communicatur viuo, com- 13
municandum eſt & mortuo, *capit. ſanè, el. 1. 24. quæſt. 2. c. à nobis, de ſententia excommunicatio.*

Item quia non fuerat in eum lata ſententia adhuc ſuper relapſo, ſicque † non erat denun- 14
ciatus, & propterea minimè euitandus, ſecundum declarationem factam aliàs *in conſtit. Conſtant. & vltimo loco in Concilio Lateranenſi, de qua per Summiſtas, in verſicul. excommunicatio.*

Præmiſſis hincinde allegatis non obſtantibus, deciſum, ac declaratũ fuit, cadauer minimè ſepeliendum eſſe: quia licèt ipſis relapſis humiliter pendentibus non denegentur
duo Sacramenta prædicta, † Extrema tamen 15
Vnctio, & ſepultura denegantur, *Lap. Ioan. Andre. & Gemin. in verſic. quæro quid de alijs Sacramentis, in dicto c. ſuper eo, & ibi etiam Franc. in vlt. notab. de hæret. in 6.*

Papa enim ibi intendit prouidere ſaluti

16 animæ, non autem † corporis, cuius quies eſt ſepultura, vt inquit *Gemin. in cap. ſtatuendum, c. 2. eod. tit.*

17 Neque illa † abſolutio à Sacerdote obtenta in fore pœnitentiali, ſuffragatur ſibi in foro Eccleſiæ aperto, vt *Abb. in cap. accuſaſti de accuſat. numero ſecundo.*

18 Et † abſolutus quo ad Deum, non dicitur abſolutus quò ad Eccleſiam, cui ſatisfacere tenetur, *Iuxtà notata in dicto cap. à nobis & prout inquit tex. cum deſideres de ſententia excommunicationis.*

19 Et cum † contra ipſum licet poſt mortem poſſet, & deberet omninò ferri ſentētia de relapſu, *cap. ſane 24. el 2. quæſt. 2. gloſſ. in d. capit. à nobis, in verſic. mortuos, de ſententia excommun. cap. 2. de præſcript. in ſexto l. 4. Codic. de hæret, Arch. Franc. & alii. in cap. filii. in principio, de hæret. in 6.*

20 & poſt † mortem hæreticus excommunicari poteſt, & licet hodie non ſit neceſſaria, cum ſit excommunicatus ipſo iure, ita *Gundiſſal. in ſuo tract. de hæret quæſt. 22. numero 6.* nulli dubium quod ea lata extumulandum eſſet illius cadauer, ſi Eccleſiaſticæ traditum eſſet ſepulturæ, & Curiæ ſæculari tradendum & comburendum, illiusque cineres vento relinqui deberent, propterea nullatenus Eccleſiaſticæ ſe-

21 pulturæ interim tradi debebat, nè poſteà † cogerentur, qui tradidiſſent, manibus proprii extumulare, *iuxta tex. in cap. quicunq., de hæret. in 6. & ibi Doctores omnes.*

Liuiu

Liuius Paſſarus I.C. Cremonenſis, Prothonotar. Apoſt. Aud. Gen.

EPITOME.

In abiuratione de vehementi, non rectè apponitur, quod ſi abiurans incidat in aliam vehementem, habeatur pro relapſo.

SVMMARIA.

1 *Qui abiurauit de formali hæreſi, ſi poſteà incidat in vehementem ſuſcipionem, non habetur pro relapſo, fallit tamen, vt num. 2.*

3 *Capitulũ literas de præſumptionibus, non corrigitur per §. ille quoque, capitulo accuſatus de hæretic. in 6.*

4 *Correctio legum in quantum fieri poteſt, euitanda eſt.*

5 *Lapſus in hæreſim poſt abiurationem, vel purgationem de vehementi, facit quem relapſum.*

6 *Vehemens ſuſpicio poſt abiurationem de formali, non facit quem relapſum, & quare num. 7.*

8 *Nullus de relapſu condemnari poteſt, niſi de vno vero lapſu conſtiterit.*

9 *Clauſula de qua in forma abiurationis de vehementi, poſita per Vmbertum in ſuo opere iudiciali, quod ſi incidat in aliam vehementem, habeatur pro relapſo, non rectè apponitur.*

10 *Nullus eſt dominus membrorum ſuorum.*

DECISIO XXXVII.

FVit certa die reſolutũ, vtꝗ abiurauit de formali hęreſi, ſi poſteà incidat in

vehementem ſuſpicionem, non poteſt vti relapſus condemnari, tex. eſt ad literam, *in capit. literas de præſumpt.*

2 Niſi † admittat aliquod factũ propter quod Canones voluerunt eum haberi pro relapſo, *vt in cap. accuſatus, §. ille quoq;, de hæretic. in ſexto, & in cap. vt commiſſi, eod. tit.*

3 Et quamuis *Ioan. de Imol.* † *in d. cap. literas, in 3. notabili,* dicat, ſed hodie dic, *vt in §. ille quoq;*, nó ſequitur tamen diſpoſitionem illius textus in ea parte, in qua determinat, neminem ex vehemẽti ſuſpicione de tanto crimine damnan. corrigi, ſed ſolum reſpectu caſus *in d. cap.* expreſſi, qui poſteà cõprehẽſus fuit *in §. ille quoq;*

Nullus enim Doctor dixit dictum textum correctum eſſe, nec correctio præſumenda erat, niſi de ea expreſſè conſtaret, † imo ſemper
4 euitanda in quantum fieri poterat, *l. præcipimus, C. de appellat. cap. cum expediat, de elect. in ſexto.*

Et licèt vbi præceſſit abiuratio, vel purga-
5 tio de vehementi, ſi † ſequatur lapſus in hæreſim, habeatur quis pro relapſo, *c. ad abolendum,*
6 *&c.* Secùs † tamen eſt, vbi præceſſit abiuratio de formali, & ſequitur vehemens ſuſpicio, vt *d. cap. literas.*

7 Et ratio † diuerſitatis videtur eſſe: quia in primo caſu præſumitur, quod tẽpore, quo abiurauit de vehemẽti, vel ſe purgauit, eſſet hæreticus, & quod fateri noluerit, ſed mentiri, vt ibi.

In ſecundo verò cùm confeſſus fuerit ſpontè crimen, & abiurauit, præſumitur, quod verè redie-

redierit, & cum pœnituerit, quodq́ue zelo orthodoxæ fidei mentitus non fuerit, vt inquit *tex. in d. cap. literas*, propterea cum per confeſſionem, & pœnitentiam crimen in eo abolitũ ſit, qui denuò eum lapſum eſſe prætendit id apertis probationibus, vel iuris prę́ſumptionibus probari debet, *l. fin. Cod. de probat. l. qui accuſare, cum aliis, Cod. de eden.*

Multo minus igitur haberi debet pro relapſo, qui de vehementi ſuſpicione abiurauit, vel ſe purgauit, & poſteà incidit in aliam ſimilem ſuſpicionem, cùm vt aliàs dixi, † nullus de 8
relapſu condemnari poſſit, niſi de vno vero lapſu conſtiterit, *dicto §. ille quoque, cap. accuſatus, de hæretic. in ſexto, & ibi omnes not.*

Vnde reſpondendo ad ea, quæ ex aduerſo opponi poſſent, dico ex præmiſſis ſatis apparere, non rectè in abiuratione de vehementi, apponi † clauſulam illam, quam apponit in 9
forma ſimilis abiurationis. Vbertus *in ſuo opere iudiciali, folio 573.* videlicet quod ſi incidat in aliam vehementem, habeatur pro relapſo, cũ iuſtum non ſit, vt quis ſe obliget ad eam pœnam, quã de iure minimè ſubire tenetur, præſertim corporalem, & vltimi ſupplicij.

Nullus enim dominus † eſt membrorum 10
ſuorum, *l. liber homo, ff. ad l. Aquil. l. non tantum ff. de appel. & relat. & ibi notant Doctores omnes.*

Liuius Paſſarus, I. C. Cremonenſis, prothonotar. Apoſtolicus Aud. Gen.

EPITOME.

Dictum teſtis de auditu ab eo, qui aſſeruit ſe fuiſſe aliàs hæreticum, facit ſemiplenam probationem.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio extraiudicialis de crimine facit ſemiplenam tantum probationem.*

2 *Crimen hæreſis conſumatur intellectu, & voluntate.*

3 *Voluntas probatur per verba, quæ ſunt notæ paſſionis hominum.*

4 *Voluntas talis eſſe præſumitur, qualem verba prolata indicant.*

5 *Hæreticus qui alias fuit, præſumitur hodie, niſi de reconciliatione probetur.*

6 *Verba enunciatiua in ijs, quæ ab animo enunciantis dependent, plene probant, & inducunt nouam diſpoſitionem.*

7 *Confeſſio extraindicialis in crimine hæreſis differt ab alia, quæ fit de alijs criminibus.*

8 *Dictum de auditu a tertio, facit præſumptionem multo magis de auditu à principali.*

DECISIO XXXVIII.

FVit mihi hæc quæſtio propoſita, vocatus à Sancto Officio, & vt fideliter quid ſentirem ‹ nam proferrem impoſitum, cuius relatio fuit infra ſcripti tenoris, & pro ea vocarunt patres, & vnanimes concluſerunt iuxtà relata.

Quod

Quod dictum N. teſtis † ſemiplenam ſemiplene tantum conſtitueret, prout idem N. inquiſitus contendit, *ex not. per gloſ. in lege capite quinto, ff. ad leg. Iul. de adult. & ſtup. Bart. & alios, in lege admonendi ff. de iureiuran.* adhuc ſi omnino terminanda venit, nihilominus, vt tã ipſa cauſa quam ipſe inquiſitus, videat, quibus de cauſis motus ſim ad ita ſtatuendum, has fuiſſe rationes, videlicet. 1

Quod crimen † hæreſis cum intellectu, & voluntate conſumetur, vt Calderin. *in conſilio quinto, numero ſecundo, de hæret. & Ioan. Nicol. Arelatan. in notabili ſuo 9. numero 2.* 2

Voluntaſq; † probetur per verba, quæ ſunt animi paſſionũ notæ, vt inquit Phyloſophus, *in primo de Interpretat. quem citat Baldus in lege de quibus, ad finem, C. de leg.* 3

Et talis † præſumatur eſſe voluntas illius qualem verba prolata indicant, *l. Labeo, ff. de, ſupell. leg. gloſ. in lege fulcimus, §. ſed his, qui, verſ. animus, ff ex quibus cauſis in poſſeſſio. eat. Bart. in lege ſi in electione, ſub numero tertio, ff. de leg. primo, iuxta illud Horat. in poet.* 4

Forma enim natum prius nos intus ad omnem.
Fortunarum habitum iuuat, vel impellit ad iram.
Poſt offert animi motus interprete lingua.

Modicum nobis intereſſe videbatur, quod quis † aſſeruerit ſe eſſe hæreticũ, vel alias fuiſſe, cũ præſũmeretur adhuc eſſe, niſi de reconciliatione doceret, ſecundũ *Bar. in le. ſiue poſſidentis, in fin. ff. in prima lectura, & in ſecunda numero 6.* 5

ver-

verſi. veniamus ad quæſt. C. de prob. propterea quod teſtis N. taliter deponendo diceretur deponere de directo ſuper ipſo crimine, & probare ipſum N. inquiſitum non modo fuiſſe, ſed eſſe hæreticum, ſicque ſemipleuam faceret, *iuxta not. in alleg. l. admonendi.*

6 Item quia † in dependentibus ab animo, & voluntate alicuius, ſufficit enũciatio ipſius, & ex enũciatione inducitur plena probatio enũciati, etiam quod de enunciato aliter nõ conſtet, & perinde enunciatũ accipitur, ac ſi tunc dictum fuiſſet. *Bart. & alii, in leg. gerit, num. 14. & 15. ff. de acquir. hæredit. & in l. Iulius, §. eum qui, ff. de conſt. per Iaſ. in l. ex his verbis, colum. 2. verſic. eſt limitus. C. de inoffic. teſt. in authen. Si quis in aliquo, C. de eden. Felyn. in c. ex parte, el 1. col. 5. de reſcript.*

7 Vnde † confeſſio extraiudicialis in crimine hæreſis non eſt ſimilis illi, quæ fit de crimine requirente ad illius eſſe actum exteriorem, vt homicidium, vel aliud ſimile.

Quod ſi ipſe N. inquiſitus, adhuc ſuæ opinioni hærere voluerit, non inficiabitur, quin dictum ipſius N. teſtis magnam afferat præ-
8 ſumptionẽ contra dictum inquiſitum, quia † ſi dictum de auditu ab alio, hanc præſumptionem inducit. *Alex. in conſ. 77. num. 5. vol. 1.* multo magis eam inducere debet de auditu ab ipſo. *Authen. multo magis, C. de ſacroſanc. eccleſ.* Liuius Paſſarus, I. C. Cremonenſis, Prothonot. Apoſtolicus Auditor Generalis.

EPITO-

EPITOME.

Vehementer ſuſpectus de hæreſi poſt purgationem Canonicam effectus, non poteſt vti relapſus condemnari, & brachio ſæculari tradi, ſed vel torqueri, vel de vehementi duntaxat damnari.

SVMMARIA.

1 *Teſtis ſingularis, licèt ſpectatæ fidei, non probat.*
2 *Teſtis fidei detrahitur ob dictum cōtrarium extraiudiciale.*
3 *Teſtis ſingularis conuincitur per duos teſtes.*
4 *Teſtis ſingularis in criminalibus, nec ſemiplenam facere videtur.*
5 *Teſtis non integer in criminalibus non admittitur ad condemnationem.*
6 *Teſtes inimici in criminalibus non admittuntur.*
7 *Teſtes omnes infames in crimine hæreſis, non admittuntur, niſi cum tormentis, & ita demum, ſi non adſint ſuſpiciones, quod mentiantur.*
8 *Sortilegia, quæ dicantur ſapere hæreſim manifeſtam.*
9 *Contrarietas teſtium facit eſſe locum quæſtioni.*
10 *Item reuocatio depoſitionis facta.*
11 *Quæſtio à quo incipi debeat, arbitrio iudicis relinquitur.*
12 *Iurato dicto magis quàm extraiudicialiter facto ſtandum eſt.*
13 *Inter duo dicta contraria etiam iurata in cauſa fidei ſtatur ei, quod illius fauorem concernit.*

14 *St*[illegible]

14 *Statur regulariter vltimo dicto in tormentis.*

15 *Teſtis directo deponens ſuper maleficio, facit ſemiplenam.*

16 *Semiplena probatio. & vltra, facit quem vehementer de hæreſi ſuſpectum.*

17 *Standum eſt dicto magis veriſimili.*

18 *De relapſu vero vel interpretatiuo cōdēnari non debet, niſi de vnico vero lapſu conſtiterit.*

DECISIO XXXIX.

DVbitabatur in Sācto Officio, an N. inquiſitus de relapſu, haberetur pro tali, adeo vt tradi poſſet Curiæ ſæculari, & habita per me diligenti & matura diſcuſſione, ita ab illis Illuſtriſſimis Patribus requiſito, fui huius voti, ipſum inquiſitum non eſſe conuictum.

Verum contrà nonnullos teſtes, & contra eundem cum proteſtatione tamen locum eſſe quæſtioni, quod ſi quæſtione omiſſa ex cauſa probabili, videretur cauſam expediendam eſſe ex proceſſu hactenus facto, eundem inquiſitum reddi vehementer ſuſpectũ de hæreſi, & non conuictum.

Et in hanc eandem deuenerunt ſententiam ijs potiſſimum rationibus, quia ſuper primo articulo de verbis, quæ prætenduntur prolata contrà Sanctiſſimum Altaris Sacramentum, non adeſt niſi presbyter Nicolaus,
1 qui tanquam † ſingularis, etſi eſſet maximæ, & ſpectatæ

& ſpectatæ fidei cum non conuincit, *lege iuriſiurandi, C. de teſtibus, c. cum veniens, & capitulo licet vniuerſis, eodem titulo* & eius fidei † detrahitur aliquo modo, tum ex cedula, quamuis extraiudicialiter, & abſque iuramento poſt ipſius examen cōfecta, in qua contrarium eius, quod depoſuerat, & poſtea depoſuit, atteſtatus eſt, ſecundum notata *Abbat. in capitulo per tuas, ſub numero vndecimo, verſiculo & hoc faciunt, de probat. per Bartol. in lege eos, verſic. & ideo pro declaratione, ff. de falſ.* cum ex † dictis duorum teſtium ab ipſo abductorum, aſſerentium inquiſitum minime talia dixiſſe, ex not. *in cap. cum tu, de teſt. in ca. cum Ioan. de fide instrument. in lege vndecima, §. creditum, ff. ſi certum petatur, & in cap. cum contingat, de offic. deleg.* 2 3

4 Et alter † teſtis Ioan. pariter ſingularis ſit, *d. c. veniens, & c. licet vniuerſis*, qui in criminalibus nec ſemiplenam facere videtur, *Cyn. & Angel. in l. quiſquis, C. ad ad leg. Iul. Maieſt. contra hæreticum. Alexan. in conſ. 100. n. 6. lib. 1.* & cōfeſſus, quod falſum impinxit eidem inquiſito, ob odiū in eū conceptum, à cuius dicto cum originem habeant aliorum teſtium ſuper hoc articulo, depoſitiones, nullam prorſus fidem facere, ſatis perſpectum eſt.

Item quia ſuper ſecundo articulo de verbis tàm impiè in Saluatorem noſtrum, & beatam Virginem (vt prætenditur) prolatis, licèt de illis teſtificentur idem presbyter Nicolaus, & Michael, ſintq; conteſtes, ob idq; conuincere videan-

5 videantur inquiſitum, nihilominus † cum dictis Nicolaus non ſit omninò integer, ſed patiatur exceptiones de quibus ſuprà, propter has ad plenam condemnationem admitti non debet, *capit. teſtimonium, & quod ibi not. de teſtib.*

6 Michael † verò cum ſit inimicus capitalis, qui in cauſa etiam fidei, prout in alijs, omninò repellitur, *capit. per tuas, & capit. licèt Heli, de Sym. cap. cum P. & C. cum oporteat, de accuſ. Guid. in tract. de hæret. quæſt. 13. num. 13.* non conuincunt eundem inquiſitum.

7 Et quamuis dicatur teſtes † etiam patientes exceptiones admitti in cauſa fidei, illius fauore, id ſanè intelligendum eſt, vt admittantur cum ſuis qualitatibus aliàs de iure requiſitis, ſcilicèt cum tormentis, vbi de iure illis locus eſt, vt per eundem *Guid. in d. tract. & cap. num. 11. & 15. & per Veneſr. in conſil. 27. num. 2. per Pariſ. in conſil. 2. num. 83. vol. 4.* & quatenus non adſint ſuſpiciones, quod mentiantur, *cap. in fidei fauorem de hæret. lib. 6.* quarum aliquæ inficiari nō poſſunt, ſtante illorum duorum teſtium atteſtatione, & cedula ab eo confecta, quin adſint contrà Nicolaum præter id, quod ſuppoſita inimicitia alterius teſtis, ſingularis remanet in hoc illius depoſitio.

Nec ex eo quod Michael recuſauerit deponere tempore, quo erat eiuſdem inquiſiti amicus, & ſuaſus poſteà à ſuo confeſſore depoſuerit, videtur depoſitio illius admittenda, ad effectum condemnationis, cū facta fuerit poſt inimicitiam contractam.

Item

Item quia reſpectu ſortilegiorum non probatur de aliquo ſortilegio concludẽter, ſaltem tali, quod ſapiat hæreſim manifeſtã, non enim hic † adeſt inuocatio aliqua Dæmonis, ad ſci- 8
endum futura, ſuffumigatio, vel adoratio, aut cultus aliquis ei præſtitus; nec caracteres aliqui cum nominibus ignotis, aut abuſus Sacramentorum, vel ſimilia, quæ hæreſim dicuntur ſapere manifeſtam, iuxta not. per *Abb. in c. 2. de ſortil. & per Gemin. & alios, in cap. accuſatus, §. ſanè, de hæret. in ſexto Oldr. conſil. 210.*

Et tanto minus cenſeri debet relapſus, poſtquam de nullo priori vero lapſu conſtat, vt infra dicetur.

Quia nonnulla concurrunt inter presbyterum Nicolaum, & alios teſtes ab ipſo adductos. Item contra ipſum inquiſitum, tum ex eius dictis, tum ex depoſitione alterius teſtis, qui nullam patitur exceptionem, quæ tendere plurimum videntur ad veriſimilia reddendum dicta per ſupradictos teſtes, quamuis minus idoneos, arbitrati ſunt poſſe de teſtibus, item de ipſo reo iuridicè ſumi quæſtionẽ pro veritate omnimoda reperienda, & hæc inter alia: huiuſcemodi ſunt † contrarietas inter i- 9
pſum presbyterum, & adductos pro conteſtibus ab eo, quæ nulli dubium eſt, quin faciat locum eſſe quæſtioni. *Aymon. conſil. 17.* ſiue incipiendo ab ipſo Nicolao ob numerum ipſorum conteſtium. Item † ob reuocationem ab 10
ipſo factam, *Bartol. in d. l. eos,* & eo in dictis ſuis

perſiſtente, contra ipſos teſtes procedendo, ſi-
11 uè etiam à teſtibus ipſis inchoando, † quod in-
quirentis iudicio ex his quę ipſe magis ſcire poterit, relinquendum putant. *Bartol. in lege fi. num. 6. ff. de quæſtion*, vtrumque enim ritè, & rectè fieri poſſe non ambigunt.

Nam contra Nicolaum ex prædictis iſdictis clarum eſt contrà alios verò cum ceduliſ re-
uocationis, ſiuè atteſtationis contrariæ ſit ſine iuramento, primum verò, & ſecundum ipſius
12 dictum, eo † allatum iurato dicto, & coram iudice facto, non eſt quidubitet, quin magis ſtari debeat, *Bart. in dicta lege eos, & Abb. in dicto*
13 *capitul. per tuas de probat.* præſertim † in cauſa fidei, in qua ſancitũ eſt inter duo dicta iurata, ſtandum eſſe dicto, quod ipſius fauorem concernit, *dicto cap. accuſatus, §. licèt.*

Nec abeſt à veriſimili, quod presbyter Nicolaus in his, quæ circa primum articulũ deponit, veritatem dicit, ipſi autem teſtes adducti eam opprimant, vnus enim ex ipſis teſtibus inquit, in eo colloquio habito occaſione edicti, habitam fuiſſe mentionem panis, licet dicat, vt pauperibus daretur, quod ad propoſitum edicti ab inquiſito impertinenter dictũ fuiſſet; vnde potius ſuſpicandum, eam panis mentionem factam fuiſſe occaſione edicti, & ſic propoſitum, ad quod deponit presbyter Nicolaus, maximè cum alter ex conteſtibus de ea nihil prorſus dixerit.

Item cum vnus teſtis integer, & omni excep-

ptione maior deponat, inquiſitum ſibi inter alia dixiſſe, quod talia de Sacramento altaris, & de Beata Virgine, ac Saluatore Noſtro prædictis dixerat, ioci cauſa, quis † inficiabitur ex 14
huius teſtis depoſitione veriſimilia non reddi, & coadiuuari, quæ idem Nicolaus teſtificatus eſt, & pariter Michaël, iuxta *not. per Bald. in capitulo licet tam, & ibi Dec. numero decimo ſexto de probat.* ex conſequenti magnam ſuſpicionē non oriri ſuppreſſionis veritatis ab ipſis conteſtibus, ex ore namque ipſius inquiſiti, valde de hoc ſuſpecti redduntur, & taliter, vt quæſtioni ſubijci poſſint, præſertim de quæſtione de Nicolao ſumpta in dictis per eum perſiſtere, *iuxta not. per Bart. in lege prima. §. quæſtioni. & in l. ſed & ſi, ff. de adult.*

Et ſi nil aliud emergeret ex quæſtione huiuſmodi, quod ſpeciē immutaret, vel ſi nō videretur cōtra teſtes taliter procedendū, quod ipſi omnino faciendum conſulant, adhuc de inquiſito quæſtionem ſumi poſſe nō inficiantur, quandoquidem de præmiſſis ſimul iunctis valdè cū de hęreſi ſuſpectū reddi iudicēt.

Inquirunt enim depoſitionem N. teſtis facere † ſemiplenam probationem contra eum, 15
cum ex illa crimen hæreſis probetur directò, *gloſ. in lege ſi quis, C. ad leg. Iul. maieſt. lege maritus, & ibi Bar. ff. de quæſt. Bal. in l. ſi. C. famil. hercíſ.* ex eaq; vt dictum eſt, admodum veriſimilia reddantur teſtificata ab ipſis presbytero Nicolao, & Michaele quamuis inimico, ſicq; negari non

 poſſe,

16 poſſe quin † adſint plura ſemiplenam probationem, & vltra conſtituentia, propter quæ vehementer ſuſpectus cenſeri debet.

Quibus coadiuuare dicunt, quod inquiſitus defitetur colloquium interueniſſe cum prædictis Nicolao, & Michaele ſuper ſecundo articulo, & quamuis dicat non eo modo, vt ipſi deponunt. Fatetur tamen presbytero Nicolao dixiſſe, oſtendendo librum Roſarij, quem ſupponit neſcire, quiſnam liber eſſet. Veriſimile enim non eſt, quod ipſe neſciret illum eſſe librum Roſarij, & ita non eſſe pro-
17 hibitum, † ideo magis veriſimile ſit, quod talia, de quibus teſtes deponunt, & ipſe alteri teſti N. dixiſſe confeſſus eſt, protulerit, ad idque aſtruendi lenocinio eiuſdem libri vſus ſit, *vt notat Bald. in l. 1. num. 9. C. de ſeru. fug. c. quod non eſt veriſimile de pœn.*

Et licet ex præmiſſis vehementer ſuſpecto habeatur, ad effectum, vt de eo quæſtio ſumi poſſit, ſolita proteſtatione de non preiudicādo Sancto Officio in his, de quibus eſt conuictus, vt ſententia de vehementi proferri poſſit, non autem de relapſu, cum certiſſimi iuris
18 ſit † neminem damnari poſſe antè, vel poſt abiurationem niſi de vno verè lapſu plenè conſtiterit. *Gem. Franc. in d. §. ille quoque.* Liuius Paſſarus. I. C. Cremonenſis Prothonotarius Apoſtolicus, Auditor Generalis.

EPITOME.

Intellectus l. Vnicæ, C. de rapt. virginū.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Mulier ſiue volens, ſiue non, quatenus rapta fuerit, Raptor tenetur pœna l. vnicæ, C. de rapta virg.*

2 *Violenta perſuaſio habetur loco raptus.*

3 *Raptus non committitur niſi cum vi, non ad conuincendum animum raptæ ſed ipſiuſmet perſonam.*

4 *Raptus committitur in nolentem.*

DECISIO XL.

LEx vnica, *C. de rapt. virg. & l. Raptores C. de Epiſc. & cleric.* tenet expreſſè, quod ille dicatur Raptor, qui mulierem honeſtam vi, de loco ad locum conduxit, caſibus libidinis exercendæ, vt ſupra latius dixi in hoc eodem libro Criminalium Deciſionũ, ſed quia mulier rapta, modo fingit † noluiſſe ſe rapi, 1
modo non, lex prędicta, *C. de rapt. virg.* decreuit, vt talis Raptor pœna illius legis teneatur, ſiue mulier fuit volens, ſiue non, & cum ipſa tranſeunt Doctores omnes ibi, & non ſolum volunt ibi Doctores, vt tali pœna teneatur qui rapuit, ſed etiam qui † violenta perſuaſi- 2
one mulierem induxerit ad permittendum ſe rapi, quaſi quod talis perſuaſio habeatur pro coactione, *l. 3. §. ſi. quis volentem, ff. de lib. ho. exhi. Dyn. in capitu. ſcienti, de reg. iur. in 6.* Sed † quia ra- 3
ptus verè non dicitur niſi quando vis adhibita fuit, quæ committitur in perſonam, *vt l. itaq.*

fullo, in principio, vbi gloſ. de hoc, ff. de furt. & latius dixi ſuprà lib. 2. Dec. 17. num. 5. ergò non fuit vis,
4 & ſic nec raptus, & propterea Raptus nõ † committitur in volentem, quia ceſſat vis, & Raptus abſque vi non datur. Nec obſtat ſi dicatur, quòd vis intelligitur illata patri, ſi atribus, conſanguineis &c. vt enumerat *l. vnica, Cod. de raptu. virg.* quia reſpondetur, quod iniuria facta filiæ intelligitur facta & patri, *§. 1. & 2. Inſtit. de iniur.* quia filia mediante, pater, vel frater iniuriantur, ſed ſi filia non fuerit iniuriata, erunt adhuc iniuriati pater, frater, & conſanguinei? nequaquàm. Ideo quando in raptu non interuenit vis probabilis, (cum ſit quid facti) intelligitur ſponte recedere, *argum. ex notat. per Dec. in lege vt vim, ff. de iuſt. & iure, num. 1.* & ſic ipſa mulier infamat familiam, non ille, qui amore ductus, eam ad ſe venientem recepit, ita *tex. in capit. lex illa. 27. quæſt. 2.* Thomas Triuiſanus, I.C.

E P I T O M E.

Intellectus l. Vnicæ, C. de raptu virginũ.

S V M M A R I A.

1 *In grauioribus delictis punitur affectus, non ſecuto effectu.*

2 *Raptus inter delicta atrociora ſeu grauiora connumerari debet.*

3 *Raptus, copula non ſecuta, non punitur pœna Raptus.*

DECI-

DECISIO XLI.

VEriſſima hæc eſt iuris regula, quod in grauioribus, vel atrocioribus delictis punitur † affe- 1
ctus non ſecuto effectu, *leg. ſi quis non dicam rapere, C. de epiſcop. & cleric. Gloſ. ſecunda in lege qui ex mente, ff. de furt. & in lege cogitationis, ff. de pœn. & in l. prima §. hæc verba, ff. quod quiſque tur.* quia in delictis voluntas ad actum deducta conſideratur, & non exitus, *lege Diuus, & l. prima §. Diuus, ff. ad leg. Cornel. de ſicar, & leg. is qui cum telo, Codic. eodem tit.* præſertim quando deuenitur ad actum proximum, vt in hoc caſu, in quo mulier ducta alibi fuit, *d. l. is qui cum telo, Codice ad leg. Cornel. de ſicar. l. aut facta, § euentus, ff. de pœnis,* quæ ſi non abducta fuiſſet, ſed tantùm Raptor tentaſſet eam rapere, attentatum illud puniretur tamquàm raptus, *l. ſi quis non dicam rapere, Cod. de epiſcop. & cleric.* In caſu poſtea Raptus, & ſic in atrocioribus, vt dixi *lib. 2. deciſ. 25. num. 5. & 26.* His ta- 2
mẽ non obſtantibus Raptus nõ punitur pœna raptus, niſi copula ſit ſecuta, quia finis definitionis Raptus eſt, propter libidinem † exercen- 3
dã, ideò ceſſante fine delicti, tollitur delictũ, quia ſpectatur effectus, non affectus *l. 1. §. fin. ff. quo quiſque tur. vtit. in ali. ſtat. Iacob. de Beluiſ. inter conſil. crimin. diuerſ. conſ. 9. numero decimo volum. 1.* & minus hoc dicẽdum eſt, cũ *in l. vnica C.*

7 *Benignior interpretatio in pœnis habenda.*
8 *Reus potius de vulnere quàm de morte debet in dubio condemnari.*
9 *Sanctius eſt, nocentem abſoluere, quam Innocentem condemnare.*
10 *In obſcuris potius abſoluere quam condemnare debemus.*
11 *Alteratio legis, dicitur abrogatio.*
12 *Quando duæ leges concurrunt, à Potentiori lata, ſeruanda eſt, vtpotè lata à Summo Pontifice, & non ab Ordinario alicuius ciuitatis.*

DECISIO XLII.

IN vna de Cluſono Criminali Bergomenſ. diœceſis. fuit dubitatum an Dominus Plebanus de Cluſono poſſet acrius puniri, quā decretum extitit à Sacro Cōcil. Trident, ob non factam reſidentiam per nonullos menſes. Et prima facie dicebatur quod ſic, nam generi per † ſpeciem dero- 1
gatur, *cap. generi, de regul. iur. in ſexto*, quia etſi decreta Sacri Concil. imponant certam pœnam, contra non reſidentes, Ordinarius tamē in conſtitutionibus ſuis Synodalibus pœnam hanc ampliauit, † grauiorem conſtituit, quod 2
facere potuit, quia hoc modo non tollit decreta Concilij, nam ſumma † maior minorem 3
comprehendit, *l. 1. §. ſi ſtipulanti mihi, ff. de verborum obligat. l. diem proferre, §. ſi plures ff. de recept. arbit.* vnde dicitur, ſi res pluris eſt, vtique tan-

 ti eſt,

piant. Item in obſcuris, potius † abſoluere, quàm condemnare debemus, *leg. fauorabiliores, ff. de reg. iuris,* & tandem in vniuerſo iuris tam Ciuilis quam Criminalis corpore, ſemper in dubijs pro reo iudicatur, reo fauetur, & rei iura defenduntur, non poteſt (vt ſupra dictum eſt) Ordinarius moderare legem à ſuperiore ſuo ſtatutam ad fauorem præſertim reorum, quibus iura fauent, & ipſorum ius iura fouent, multo minus ipſam poterit, cum in dubijs pœnæ potius ſint molliendæ, quam exaſperandę, *lege interpretatione, ff. de pœnis.* Vltrà quod, talis alteratio, † eſt abrogatio ipſius legis, quia ſi lex Concilij ſtatuit pœnam priuationis medietatis fructuum, & lex Synodalis omnium fructuum, tollitur (ob non obſeruantiam) lex Concil. & ſeruatur lex Synodalis: & ſic Ordinarius per indirectum abrogat legi Concilij, & Summorum Pontificum, quod † minimè cenſendum eſt, & ideo ſententia Ordinarij Bergomen. fuit reuocata, & reformata in melius, & deciſum fuit iuxta formam hanc Concil. Trident. & non alias puniri dictum plebanum. Thomas Triuiſanus. I.C. 10 11 12

EPITOME.

Quo caſu ſententia ciuiliter obtenta, aperiat viã criminaliter eam reuocandi.

SVMMARIA.

1 *Mulier renunciare poteſt Hypothecæ ſuæ dotis potius vni quam alteri.*

2 Muli-

2 *Mulier poteſt pluribus de rebus vel bonis mariti ſibi pro dotibus ſuis aſsignatis, renunciare.*

3 *Dos mulieris tuta debet eſſe.*

4 *Renunciatio quando obſtare videatur mulieri.*

5 *Mulier in contractibus ſibi præiudicialibus debet moneri, & vulgari ſermone eidem declarari vis & efficacia clauſularum Inſtrumentorum, alias ſi non ciuiliter, criminaliter auditur ad recisſionem ſimilium contractuum.*

DECISIO XLIII.

DVm lego & relego doctiſſimas Aduocatorum allegationes, illud mihi euenire video, quòd dum vnum pondero, aliquid intelligere videor, ſi ad alterum accedo, de ea re minus ſcire experior. Veritatis igitur indagandæ gratia, experiamur, an dicere poſſimus, nos non eſſe in caſu, in quo mu-
1 lier renunciauerit † Hypothecæ ſuę dotis, vni, alteri verò non, quo caſu rectè forſan controuerteretur ſuper potentia vel impotentia cædendarum, de quo per *Iac. de Arena, Cyn. Butrig. Bar. Bal. Alberic. Salyc. & Caſtren. in l. iubemus, C. ad Velleian.* reiecta opinione *Vberti de Bobio, Alberti Papienſis, Spec. in tit. de renunc. & concluſ. §. 1. verſ. ſed pone, & Io. Fabri, in ead. l. iubemus*: Siuè verius nos eſſe in cauſa in qua mulier renunciauit
2 primis nedum † N. & N. emptoribus certæ rei de bonis mariti ſibi pro dotibus ſuis obligatis, ſed etiam N. alterius rei poſteriori emptori,

qua

qua de re videtur pro N. & N. caſus in allegata *l. iubemus, vbi Salyc. nu. 3. Caſtren. nu. 5. & in authen. Siue à me, eo tit. vbi Iacob. de Arena, num. 1. & idem Iacob. in l. Mauia, §. vlt. ff. ſol. matr. Iac. de Belaſio, in Authen. vt in omnibus, ante nupt. dot. collat. 5.* concludentes rectè per mulierem renunciari iuri Hypothecæ ſuarum dotium, ſi ipſius viro illo tunc, cętera bona † ſuperſunt, ſuper quibus ſua 3
dos tuta ſit. Quæ bona tunc viro ſuperfuiſſe videntur cõſtare per poſteriorem venditioné factam ipſi N. & hoc ſatis eſſe N. & N. quicquid poſtea euenerit, tanto magis culpa, & facto ipſius mulieris conſentientis, & renũciantis in cęteris alienationibus, ſuis iurib: quandoquidem ſi in prima renunciatione fuiſſent in bonis mariti tot iocalia, quę ad dotem ſatis eſſent abſque bonis ſtabilibus, adhuc ipſi mulieri † 4
videretur poſſe dici, renunciationem ſibi obſtare, per doctrinam *Pauli de Caſtro. in citata leg. iubemus, numero 5. verſic. ſed ponamus*; hæc Dominus meus Deſiderius Guido affirmabat, quod quidem viderentur procedere in cauſa Ciuili: non autem in hòc iudicio, in quo mulier querelauit Aduocatum ſuum, qui primitus à parte N. & N. acceptauerat aureos 25. vt poſteà ipſi mulierculæ conſuleret renũciare &c. mandando per Notariũ adhoc bene antea inſtructum, apponi clauſulas generales, & particulares, & non apponi † ſolitas ex traditis *per Hip-* 5
pol. de Marſ. ſingul. 16. incipien. Quotidie fiunt con-

tractus

tractus, &c. & ſic reuocata fuit renunciatio illa. Thomas Triuiſanus, I. C.

EPITOME.

An ſummus Pontifex cauſam alicui committendo decidendam ſecundum formam iuris, intelligat de Canonico, vel Ciuili tantum excludendo Statuta, vel Conſuetudines?

SVMMARIA.

1 *Ius ſecundùm quod delegatus à Papa iudicare debet, eſt ius Canonicum.*

2 *Ius ciuile, appellatione iuris à Papa propoſita venit, & ipſum æquè principaliter cum iure Canonico.*

3 *Appellationis iuris veniunt Statuta & Conſuetudines.*

4 *Argumentum à lege, ad Conſuetudinem, & ſtatuta, valet.*

5 *Conſuetudo & ſtatutum loci commiſſi delicti, non iudicii vel cauſæ commiſſæ, ſeu delegatæ, attenditur.*

6 *Conſuetudo licèt ſit praua, iniuſta, & temeraria, tamen excuſat à pœna temporali.*

7 *Conſuetudo excuſat à pœna.*

8 *Laurentius Maſſa à Secretis Sereniſſimi Dominii Venetiarum laudatur.*

DECI-

DECISIO XLIIII.

EX ſpeciali reſcripto Sanctiſſimi
Domini Noſtri Papæ, fuit com-
miſſa cauſa Illuſtriſſimo, & Re-
uerendiſſimo Domino Marcello
Aquauiua Archiepiſcopo Hy-
druntino, tunc Nuncio Apoſtolico Vene-
tiarum, in qua erat clauſula, vt ſecundũ formã
Iuris, & ſacrorum Canonum diſpoſitionem,
N. puniret, quatenus culpabilis extitiſſet: in
qua dubitatũ fuit, pro diſcuſſione huius cau- 1
ſæ quodnam Ius ſeruandum eſſet? Pro vna
parte dicebatur, quod Ius Canonum tan-
tum, † quia qui delegat, eſt Summus Ponti-
tifex, cui facta eſt delegatio, & cuius cauſa
delegatur, ſunt perſonæ in ſacris conſtitutæ,
ergo ſecundum Canones iudicium formabi-
tur, & terminabitur; *Dixi ſupra Dec. quinqua-
geſima octaua lib. 1. numero decimo.*

Alij verò dicebant, quod etiam ſecundùm 2
Ius † Ciuile teneatur procedere: quia Reges
Pontificibus pró æternis, & Pontifices Re-
gibus pro temporibus indigent, *cap. quoniam.
diſtinct. 10.* cæteri verò allegabant, quod ne-
dum iuxta Canones, & Ius Ciuile, ſed etiam
ſecundum Statuta Municipalia, & Conſuetu-
dines teneatur iudicare, quia appellatione 3
Iuris † veniunt Statuta, & Conſuetudines,
notat *Abb. in Rubric. de Conſuetudinibus numero
tertio & in capit. primo num. 4. vt lite pendente
&c. vbi gloſ. ac in capitulo Cumana, ſuper gloſ. hoc
iure*

iure extra, de elect. notat Felyn. in capitulo licet cauſam, vbi Decius, de probat. Argumentum liquidè
4 † de Lege ad Statuta, & Conſuetudines, valet, notat *Euerar. in Topi. iuris, in hoc proprio ſuo loco num. ſi.* quia Conſuetudo, & Statutum æquiparantur, *l. magiſtratus, ff. ad municipal. l. ſemper, ff. de iure immu. Bart. in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iure.* Sed præmiſſis his dubitabatur adhuc, quę
5 conſuetudines vel Statuta attendēda eſſent, loci, ſ. cōmiſſi delicti, vel loci delegationis factæ, cum ex allegatis *ſub numero tertio*, videatur obſeruandas eſſe conſuetudines loci, vbi Iudicium terminatur, nihilominus contrarium fuit deciſum: nempe, Conſuetudines attendendas, quæ ſeruantur in loco commiſſi
6 delicti; primo, quia Conſuetudo † licet ſit praua, iniuſta, & temeraria, tamen excuſat à pœna temporali, ita *gloſ. in cap. cum venerabilis, de Conſuedut. & ibi latè Abb. Roma. conſilio 466.* excuſat enim talis Conſuetudo † à pœna, ita latè tenet
7 *Thom. Grammat. deciſ. 50. nu. 5.* poſt eos ab eo ibi allegatos, & ſic in ſimili cauſa iudicauit Clar. Domin. Laurentius Maſſa à Sæcretis Sereniſſ. Dominij Venetiarum, ſenior propè Decanus, qui à Sereniſſimo Princ. Venetiarum ſæpè ſæpius in cauſis ad Serenitatem ſuam immediatè ſpectantibus delegatur, cuius intelligentia, Religio & integritas, ſparſim typis commemoratur.

Thomas Triuiſanus, I. V. Doct.

EPI-

EPITOME.

Dictum vnius teſtis non excuſat accuſatorem à condemnatione expenſarum.

SVMMARIA.

1 *Dictum vnius teſtis excuſat accuſatorem à condemnatione expenſarum.*

2 *Dictum vnius teſtis facit quem torqueri.*

3 *Dictum vnius teſtis non excuſat accuſatorem à condemnatione expenſarum.*

4 *Tortus vbi quis fuerit ne quicquam tamen confeſſus, abſoluitur.*

5 *Tortus & non confeſſus beatus homo dicitur.*

DECISIO XLV.

DIxi ſupra *Deciſ.26.libro primo, numero fin.* quod dictum vnius teſtis, non liberat quem ab expenſis factis; modo quæritur, an dictum ſimiliter vnius teſtis excuſet accuſatorem: in qua dicebatur, quod ſic: primo,† quia voluerunt Arno.*in problema. 66.* 1
*& Hippol.de Marſil.ſingul.27.*Secundo,† quia di- 2
ctum vnius teſtis, probat ad irrogandam torturam, not.*Bar.in lege ſi quis, Co.ad leg. Iul.Maieſt. numero primo, Abb.in capitulo at ſi clerici, de iudic.numero decimo quarto, gloſ.in lege ſexta, C. ad leg.Iul. Maieſt.capitulo finali de iniureiuran. Abb. in capitulo 1. de depoſit. numero ſexto,* ergo ſi plenè non probat, ſaltem ſemiplenè, & taliter, quod reus ſi liberatur, punitur ſaltem tortura, & ſic vide-

tur dictum vnius liberare quem à condemnatione expenſarum. His tamen non obſtantibus, contrarium fuit deciſum; primo ex au-
3 thoritate † Thomæ Grammat. *Deciſ. 34. numero 3.* & per eum ibi allegata. Secundo, quia
4 tortus, † & nihil confeſſus, debet cenſeri purgatus, quaſi quod puram veritatem dixerit. *Boer. Deciſ. Burdeg. 63. vol. 1.* & de communi atteſtatur. *Abb. in lege edictum, ff. de quæſtion. Iacob. de Beluiſ. in pract. crim. in tit. de quæſt. verſ. & ſic ex prædictis.*
5 Nam † tortus & non confeſſus, beatus eſt homo, qui ſe omnino tenere potuit in tormentis, quoniam abſoluitur, & melior quam ante accuſationem reputatur, refert idem *Grammat. Deciſ. 96. numero tertio*, propterea tenebitur talis accuſator ad condemnationem expenſarum, & ſic lata fuit ſententia. Thomas Triuiſanus.

EPITOME.

Confeſſio qualificata in criminalibus, ſemper in totum debet acceptari cum ſua qualitate, vel in totum reſpui, non autem diuidi, & pro vna parte acceptari, & alia non.

SVMMARIA.

1 *In criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores.*

2 *In delictis difficilimæ probationis ſtatur indiciis & præſumptionibus.*

3 *Nulla maior probatio, quā propria oris confeſſio.*

4 Con-

4 Confeſſio inducit notorium.

5 Confeſſio dubia non nocet reo confitenti, quando aliter non appareat de delicto.

6 Confeſſio rei eſt valida ad condemnandum.

7 Reus ſponte confitendo, mitius eſt puniendus.

8 Confeſſio dubia pro reo ſemper interpretatur.

9 Confeſſio qualificata poteſt diuidi, & pars acceptari, & altera pars reſpui.

10 Confeſſio qualificata in criminalibus debet in totum acceptari, vel in totum reſpui, nec diuidi poteſt.

11 Confeſſio qualificata ſcindi non poteſt.

12 Communis opinio contra Alex.

13 Confeſſio cũ qualitatibus excuſatoriis ſuper proceſſu informatiuo litis conteſtationẽ non inducit.

14 Reconciliatio Octauiani Vulpellij refutatur.

15 Confeſſio qualificata, differt ab excuſatione confeſſionali.

16 Confeſſio qualificata diuiditur, & ſtatur pro ea parte pro qua adſunt indicia, vel præſumptiones.

17 Confeſſio qualificata facta ad vnum effectum, effectum contrarium operare non debet.

18 Confeſſio conditionalis, nil ponit in eſſe.

19 Reus qualificatè confitendo, nunquam verè dici poteſt confeſſus.

20 Delictum non præſumitur.

21 Confeſſionis ſeparatio duplex eſt.

22 Separatio legis, quæ dicatur.

23 Lex præſumit dolum in homicida.

24 Separatio confeſſionis hominis, quæ dicatur.

25 *Saparatio confeßionis hominis, quæ ſe habet vti cauſa, & effectus diuiſibilis eſt.*

26 *Confeßio qualificata tanquã connexa diuidi poteſt, & pro parte acceptari, & pro parte reſpui poteſt.*

27 *Cautela Lanfrãci de Oriano pro declaratione cõfeßionis qualificatæ.*

28 *Tortura poteſt repeti iuxta qualitates indiciorum.*

29 *Confeßio qualificata diuiditur, niſi incontinenti fiat.*

30 *Confeßio qualificata non diuiditur, ſed qualitas concernens factum diuerſum à confeßione diuiditur.*

31 *Confeßio qualificata diuiditur ſæpe ſæpius in cauſis ciuilibus.*

32 *Confeßio qualificata in criminalibus nunquam diuiditur, ſed cum ſua qualitate accipitur vel reſpuitur.*

DECISIO XLVI.

QVotidiè in Curia dubitatur, an probationes in criminalibus ſint concludentes ad imponendam pœnam reo, necne? cum veriſſimum ſit, vt in ſimilibus
1 cauſis † requirantur probationes luce meridiana clariores, iuxtà *tex. & Doctores, in lege finali, C. de probatio.* & nihilominus in delictis, quæ ſolent committi in abſcondito, ſufficiunt in-
2 dicia, † & præſumptiones: vt dixi ſupra in *ma-*

teria

teria adulterij. libro ſecundo, Deciſ. 21. numero ſecundo, tertio, & ſequent. Nihilominus ad tollendas difficultates, Iudices maleficiorum conſueuerunt reos ſtrictè interrogare ac conſtituere, vt in his, quæ ſuperſunt probari, rei ore proprio fateantur, quia nulla eſt maior probatio, † quam propria oris confeſſio, quæ in 3
iudicio facta, inducit † notorium, ita *Thom.* 4
Gram. Deciſ. 31. numero octauo, Dominus meus Riminal. iunior, conſil. 127. numero primo, volum. 2. Curtius iunior, conſil. 191. numero 13. volumin. 3. Crauet. conſilio 175. numero primo, Riminal. Senior conſil. 531. numero ſexto, volumine tertio, ſed quia confeſſio reorum quandoque dubia, aliquando verò qualificata extitit: & de confeſſione dubia ali- 5
qui voluerunt, vt ipſa non præiudicet reo confitenti, quando aliter non appareat de delicto *Thom. Gramma. Deciſio 2. numero 38.* & tamen confeſſio huiuſmodi, vt idem voluit Grammat. valida ad condemnandum in *Deciſ. 34. numero 58.* licet eo caſu reus mitius veniat puniendus, ſi ſponte † delictum non confeſſus fuerit, 6
prout ſic conſuluit *Dominus meus Riminaldus iunior conſilio 245. & 37. volum. 2.* & tunc confeſſio dubia † in fauorem rei ſemper interpretatur. 7
idem *Dominus meus Riminald. iunior, conſilio 66. volum. 6. nu. 13. & conſilio 88. numero quarto. volum. 1.* his tamen propoſitis, clamitant Doct. vndiq; an confeſſio qualificata debeat cum qualitate acceptari, ſeù diuidi amodò, vt confeſſio acceptetur à fiſco cõtra reum, & qualitas adiun-

cta ab ipſo fiſco reſpui poſſit, adeo vt qualitas à reo probari debeat, & non probando, tanquam confeſſus condemnari de delicto poſſit.

9 Pro parte affirmatiua, vt confeſſio ipſa diuidi poſſit, & pars † acceptari, & altera reſpui, prout voluit *Alexan. conſilio 87. colum. 1. verſic. & benè aduertatis, Angel. conſil. 304. incipien. Viſa dicta ſcriptura, in fine, Roman. conſilio 346. Natta conſilio 365. num. 2. Vulpel. conſil. 44. num. 4. Dominus meus Riminal. iunior, in rubr. Cod. qui admitt. num. 152. & conſ. 395. numero 27. 28. & 39. volum. 4. & Rim. ſenior, conſil. 287. num. 14. Bald. conſil. 79. numero 1. vol. 2.* & ſic prima facie ex auctoritatibus præfatorum Iuriſconſultorum videbatur dicendum, confeſſionem huiuſmodi qualificatam diuidendam eſſe.

10 Ex altera verò parte dicebatur, quod non: prout † voluit *Bartol. in lege Aurelius §. idem quæſiit, de liber legat. Cyn. & Bald. in leg. 1. C. de confeſſ. & idem Bald. in lege ſecunda, de don. ante nuptias, & in lege ſi quidem, C. de tranſactio. ac in lege prima, §. editiones. C. de edend. gloſ. in lege, ſi quidem, C. de exceptio. Salicet. in l. fin. C. de confeſſ. tex. ſingularis in hoc, in lege qui ſoliduum, ff. de legat. 2. Corneus conſil. 170. & conſilio 220. volum. 1. Alexand. conſil. 132. colum. 4. verſic. præterea reſpondeo, volumine quinto, Archid. in capitulo primo, de confeſſ. in ſexto, Cardin. & alij, in capitulo bona, el. ſecundo, de poſtulat. prælat. vbi Abb. & Anton. de Butr. ac Ioan. de Imola. numero. 10. idem Abb. in capit. cum veniſſent, de inſtitut. Riminal. ſe-*

nior, conſilio 562. numero 5. Alexan. conſil. 2. num. 22. lib. 4. Paul. de Caſtro conſil. 31. numero 8. Vulpel. conſ. 94. numero 10. Marc. Mant. conſil. 13. num. 14. volumine 2. Dominus meus Riminal. iunior. conſ. 683. num. 31. 32. & 35. volum. 5. lateq; conſilio 127. per totum, volum. 2. Andr. Sicul. conſ. 34. num. 6. volum. 3. Pariſ. conſ. 52. numero 39. volumine 3. Hippolit. de Marſil. conſ. 228. & late Bertazzol. conſilio 2. num. 6. conſ. 27. num. primo, conſ. 31. numero vndecimo & duodecimo, conſilio 54. numero 4. conſ. 67. num. 6. conſ. 122. num. 14. & conſilio 199. num. 14. libro 1. Quia confeſſio iſta † non poteſt ſcindi, vt quis 11
partim confiteatur. Idem *Bertazzol. conſilio. 449. numero ſecundo libro ſecundo, & Alexand. in notabili caſu, conſilio octuageſimo numero quarto volumine ſeptimo, Menochius conſilio 221. 45. volumine tertio, Angel.* qui hanc eſſe † communem opi- 12
nionem voluit, *in conſilio 107. contra ipſum Alexan. in dicto conſilio 37. dicit Riminaldus iunior d. conſilio 127. num. 17. volum. 2.*

Et ne dum confeſſio ipſa qualificata probat ipſam confeſſionem abſolutè, ſed ipſam qualitatem adiectam, vt ſupra dictum eſt, quinimo confeſſio huiuſmodi cum qualitatibus excuſatorijs ſuper proceſſu informatiuo, nec litis † conteſtationem inducit, *Vulpell. con.* 13
1. num. 4.

In tanto Iuriſconſult. opinionũ vaſtitate, & varietate, pro illorum concordia eductæ fuerũt diſtinctiones, & ſiquidẽ prima fuit diſtin-

14 ctio † *Octau. Vulpell. in conſilio 44. numero 6.* quo in loco annotat, quod confeſſio diuidi non poſſit, quando ſcilicet Reus non per modum confeſſionis, ſed excuſationis facta proponit: quaſi quod vellet inferre, quod ſi Reus de delicto conuictus fuerit, & ipſe à delicto ſe defẽdendo fateatur illud, ſed principaliter allegauerit excuſationem, tunc nõ dicitur confeſſio
15 † qualificata, ſed excuſatio confeſſionalis, & non ꝓbando excuſationẽ, remanet conuictus & confeſſus, quia eſt differentia inter confeſſionem qualificatam, & excuſationem confeſſionalem, & ideò diſtinctio hæc, cùm nihil ponat in eſſe, nullatenus venit attendenda.

Alii alio modo pro reconciliatione prædicta hanc diſtinctionem attulerant, vt confeſſio qualificata diuidi non poſſit, quando præ-
16 ſumptio † non eſt contra confitentem, notat. *Alexan. conſilio 19. numero tertio, libro ſeptimo, Riminal. ſenior, conſ. 364. nume. 5. Crauet. conſilio. 150. numero 5. & Blanc. pract. Crimin. fol. 150. numero 42.* quaſi quod vellent inferre, quod pro ea parte inclinandum ſit, pro qua adſunt indicia vel præſumptiones, ſed reus indiciatus de crimine illud fatendo, ſed cum qualitate defenſionis reijcitur qualitas, ſi non probetur, & ſtatur confeſſioni ſtantibus indicijs præcedentibus, & ſic eo caſu confeſſio qualificata diuiditur. Cui reſpondetur, quod ex hac confeſſione qualificata reus adhuc non eſſet puniendus, niſi ex alijs indicijs, & prę̨ſumptionibus;

bus præcedentib. nā ex qualitate defenſionis habet in ſe implicitā negatiuā, vt niſi coactus fuiſſet ꝓ defenſione ſui, Titiū non occidiſſet, *argum. leg. fin. §. de doli exceptio. Bald. in l. prima, C. de ædil. act. cap. exceptionem, de regulis iuris in ſexto,* alias confeſſio ipſa qualificata ad vnum † effe- 17
ctum contrarium operaretur, *contra l. non omnis, ſi certum petat. l. legata inutiliter, ff. de alimen. legat. l. quod fauore, C. de legib.* Vltra quod talis con feſſio conditionalis dicitur, † quæ nihil po- 18
nit in eſſe, *lege prima, §. ſi quis ſimpliciter, ff. de verb. oblig. Aret. in l. 1. ff. de vulgar. & pupillar.* Ideò reus qualificatè confitendo, † nunquam dici po- 19
teſt confeſſus niſi aliunde probetur, cum delictū † non præſumatur, *lege merito ff. pro ſocio.* 20

Tertiam diſtinctionem attulit *Andr. Sicul. cōſil. 54. numero vigeſimo volum. 3.* dicens, quod ſeparatio duplex † eſt, legis ſcilicet, & homi- 21
nis, ſeparatio legis dicitur, † quando quis 22
fatetur homicidium, ſed ad ſui defenſionem feciſſe aſſerit, tunc enim lex ſeparat hanc confeſſionem, & illam diuidit, præſumendo † do- 23
lum in homicida, allegat *legē primā, C. ad leg. Cornel. de iniur.* ſeparatio autem † hominis, aut eſt 24
circa ea, quæ ſe habent ſicut cauſa, † & effectus vel alias ſunt connexa, † & ideò poſſunt ſeparari, & tunc Iudex poteſt acceptare partem, & partem reſpuere, allegatque *l. publica, §. finali, ff. depoſit.* & quod notatur *in lege ſiquidem, ſecundum Cyn. C. de exceptio.* quæ iura modo allegata, non alterant confeſſionem qualificatam, inclinant

ſiquidem contra Reum, non ratione confeſſionis, ſed indiciorum, vt ex ipſis colligitur, &
27 ideò Lanfranc. † de Orian. *in c. quoniam contra, in verſic. confeſſionis, de probatio.* dat cautelam quod Iudex habita tali confeſſione ponat, Reũ ad torturã pro declarãdis illis verbis, ad ſui defenſionẽ, &c. Ideo ratione confeſſionis non poteſt
28 Reus puniri, ſed ratione indiciorum; † ſemel & bis torqueri, iuxtà *l. repeti, vbi Doct. & præſertim Marſil. ff. de quæſt.* Aliam tradit diſtinctionẽ Dominus meus Riminal. iunior *d. conſ. 127. num. 11. vol. 2.* vt confeſſio qualificata diuidatur, niſi
29 fiat † incontinenti, & hoc affirmat de cõmuni opinione, ibidẽ, *ſub nu. 12.* hoc enim veriſſimũ eſt, quia Reus confitendo homicidiũ ſimpliciter, & poſteà ex interuallo addẽs qualitatẽ defenſionis, qualitas nõ attẽditur, & ſtatur confeſſioni, ſed verè non poteſt dici hęc cõnfeſſio qualificata, ſed mera cõfeſſio. Aliã paulo infra
30 loco citato, hoc eſt, *in cõ. 127. n. 23.* tradit idẽ D. meus diſtinctionẽ, q; ſi † aduerſatiua adijcit nõ qualitatẽ, ſed aliud factũ diuerſũ, & ſeparatũ, tunc confeſſio poteſt diuidi, prout exemplificat *Abb. & Imola, in d. c. bonæ, el. 2. verſ. ſi cõfiteor, &c.*

Prędictę diſtinctiones pro reconciliatione tantorũ virorum reuera non concludunt, niſi
31 in cauſis † ciuilib. *vt Dom. meus Rimin. iun. d. conſ. 127. ſub num. 11. & 32.* & vt voluit, & conſuluit Natta *d. conſ. 365. vol. 2.* loquendo & ipſe de cauſis ciuilibus: ſed in criminalibus, hæc vera re-
32 manet concluſio, vt confeſſio † qualificatá nullatenus

latenus diuidi poſſit, quæ etiam eſt communis opinio, contra Alex. *in d. conſ. 87. vol. 1.* & ita ego obtinui in vna Dn. Paulinæ de Rubeis Venetiarum, coram Reuend. Dn. Arciepiſcop. Raguſino, Dn. Hieronymo Mattheuccio.

EPITOME.

Oſculum luxurioſum quod dicatur.

SVMMARIA.

1 *Oſculum luxurioſum operatur, vt mulier amittat dotem.*

2 *Oſculum ad effectum vt luxurioſum dicatur, quid requiratur.*

3 *Oſculum non omne luxurioſum dicitur.*

4 *Oſculum luxurioſum dicitur, quando prouenit à muliere.*

5 *Maior caſtitas exigitur à muliere, quam à viro.*

6 *Oſculum luxurioſum dicitur, quod à viro infertur mulieri conſentienti.*

DECISIO XLVII.

ADulterium quod comittitur ſui natura in locis latebroſis, & occultis, à ſolo cum ſola, tantũ eſt quaſi delictum improbabile, ideò lex contentatur habere coniecturas, & præſumptiones proximiores delicto, ideò volunt Doctores vbique vt mulier propter oſculum † luxurioſum amittat 1
dotem ſuam, ita poſt alios voluerunt Dominus meus Riminaldus iunior, *conſilio*

155. *nu.*

155. num.4. & Clarum, in §. adulterium, verſic. ſcias etiam, vbi allegat Baldum, *in cap. tuæ, num.4. de procur.* atteſtantem de communi. Ad effectum
2 tamen vt luxurioſum † dicatur, oportet vt iuuenes ſint, non autem valdè diſparis conditionis, ratione ætatis potiſſimum, nam vnus annorũ 60. cum vna ætatis 15. & econtra, ceſſat effectus luxuriæ in ſene, licèt appetitus ſit ardens, & ideo luxurioſum dici non poteſt. Nec oſculum luxurioſum datur manibus, ſeu ad gutur, vel in frontem, & minus ad genas, quia in ſimilibus locis dantur oſcula ob reuerentiam, amorem filialem, vſum ciuitatis, in ſignum magnæ lætitiæ, & ſic abſque fine adulterandi, propterea † non ſemper luxurioſum dicitur, quemadmodũ ſi dederit oſculum oculis, ad os, vel mammillas, tunc luxurioſum dicitur, quia amans amore concitatus, & ebrius,
3 tangit ore ſuum locũ, vbi ſpiritus maior reſidet, & ideo tale oſculũ luxurioſum dicitur,
4 & eſt illud quod prouenit † à muliere in virũ amaſium, & ita voluerunt *Bald. in d. c. tuæ, num. 4. de procurat.* vbi atteſtatur de communi. *Bero. in Rubric. de Iudic. nu. 22. & cæteri Doctores omnes, allegati per Clarum, in d. §. adulterium verſic. ſcias*
5 *etiam*, quia cum maior caſtitas † in muliere exigatur, quam à maſculo, vt notat *tex. & gloſ. in c. debitum de bigamis, Ioan. de Anan. in c. tanta eſt, de Symon. num. 5.* ideò luxurioſum abſque dubio dicitur & licèt Dominus meus Riminal. iun. *d. conſil. 155. num. 57.* teneat, quod concluſio

hæc

hæc procedat, etiam † quando vir oſculum mulieri dederit, pro qua allegat *Crot. in l. 3. numero 13. ff. ſolut. matrim. Dec. & alios, in Rub. C. de iudic.* tamẽ debet intelligi, vt mulier conſentiat deoſculari, alias luxurioſum minimè cenſebitur, vnde per illuſtris Dom. meus Eques Baptiſta Guerinus, nobilis Ferrarienſis in Tragicomedia ſua nunquam ſatis commendata dicebat. 7

,, *Bocca baſciata à forza*

,, *S'l baſcio ſputa, ogni vergogna amorza.*

Ideo N. deoſculata in itinere ab N. propter quod oſculum fuit ad triremes condemnatus, ab eximio Domino Deſiderio Guidone I. C. celeberrimo, per triennium fuit ipſa abſoluta ſuper amiſſione ſuę dotis in accuſatione à viro ſuo petitæ. Thomas Triuiſanus, &c.

EPITOME.

Regularis etiam ſi apoſtatat, & atrocius delinquat, perdit priuilegium fori, ſed Iudex Eccleſiaſticus propter hoc non perdit iuriſdictionem ſuam in eum, & locus eſt præuentioni.

SVMMARIA.

1 *Profeſſio Regularis non ante annum ſextumdecimum completum emittatur, & per annum prius ſteterit in probatione Regulæ, alias profeſſio nulla eſt.*

2 *Profeſſio per vim omiſſa, infra qui que annum pro-*

feſſa

feſſo reclamante, facit ipſam nullam declarari, alias elapſo quinquennio non auditur vlterius.

3 Pœna Apoſtaſiæ grauis, & grauior, ac grauiſſima eſt, iuxta diuerſarum Regularum conſtitutiones.

4 Statur iuramento pro quantitate damnum paſſi.

5 Regularis dimiſſo habitu ſuo regulari, & ingerens ſe in enormibus, delictaque atrociora committendo, perdit priuilegium fori, & num. 7.

6 Regularis apoſtata, ſordidus, & criminoſus, perdit priuilegium cap. ſi quis ſuadente diabolo.

8 Facilius perditur priuilegium fori, quam priuilegium Canonis.

9 Iudex ſæcularis præueniendo, remanet Iudex.

10 Sublato fundamento cætera corruunt.

11 Regularis eo quod profeſſionem emiſit, exemptauit perſonam ſuam, adeo vt ſæcularis in eam nullam habeat iuriſdictionem.

12 Regularis profeſſus gaudet beneficio Canonis, quod detinere non poſſit.

13 Iudex ſæcularis ſi inchoauit proceſſum, vel protulit ſententiam contra poſtea factum regularem, non deſinit eſſe Iudex.

14 In delictis quo ad pœnam imponendã, attenditur temp. cõmiſſi delicti, nõ proferendæ ſententiæ.

15 Ex ſuperuenienti priuilegio quis eximitur à iuriſdictione ſæculari.

16 Trina monitio requiritur antequam quis intelligatur amiſiſſe priuilegium ſuum.

17 Alexandri de Neuo cõfutatur opinio, ex conſ. 59.

18 Iudex ſæcularis ex indultu Apoſtolicis habet au

the-

thoritatem in clericos, & monachos.

19 *Caracter imprimitur in animam, & ideò indelebilis eſt.*

20 *Regularis criminoſus in odium ſui, duos ſortitur Iudices.*

21 *Summus Pontifex ſuper bigamia diſpenſat.*

22 *Clericus ſemper eſt clericus, etiamſi contrahat matrimonium.*

23 *Bulla in Cœna Domini, ligat omnes impedientes, vel vſurpantes iuriſdictionem Eccleſiaſticam.*

DECISIO XLVIII.

QVidam N. Anno ætatis ſuæ 15. ingreſſus eſt Religionem approbatam Regularium, & aſſumpto habitu Regulari illius Regulæ, anno ſequenti hoc eſt 16. ætatis † ſuæ completo, iuxta formam *Sacri Concilii Tridentini c.15. Seſſ. 25.* profeſſionẽ regu- 1
larem emiſit, & ſic profeſſus permanſit in Religione per anños ſex continuos, adeo vt etſi reclamare voluiſſet, locus reclamationi nõ erat, ſtante † quinquennio iam elapſo, prout ſtatuit Sancta Synodus *in Sac. Conſil. Trident. c.19. Seſſ. 26.* 2
certa die accerſitus Venetias, abſcõdit ſe à ſuo conſocio, qui ſecum erat, & ingreſſus quandã domum quorundum ſuorum affinium, dimiſit habitum Regularem, & aſſumpſit habitum ſæcularem, & altera die conductus fuit pro famulo in domo N. cum quo permanſit per totum carniſpriuiũ & quadrageſimã, ſubſequentem pluries ipſe N, famulus petijt licentiam

à ſuo

à ſuo Domino abeundi, Dominus verò ſemper recuſauit, ſtante fidelitate, & diligentia ipſius famuli, tandem occaſione hebdomadæ Sanctæ in qua quilibet Chriſti Domini Noſtri fidelis peccata ſua confiteri tenetur, confeſſus Apoſtaſiam in qua reperiebatur ipſe N. Regularis, ſic in ſe reuerſus, conſulendo animæ ſuæ certa die diſceſſit de domo domini ſui, cũ quo permanebat, & in continenti ac retro tramite ad ſuum monaſterium ſe contulit, & habitum quem dimiſerat reaſſumpſit, & nomen quod ſibi mutauerat reacquiſiuit, ſed quia Apoſta-
3 ſiæ † pœna iuxtà illius Regulam grauis eſt, & antequàm Apoſtatæ pœnam prior aſſignet, facit ipſum in arcto carcere permanere per tres menſes, & poſtea pœna imponitur: ideò illico incarceratus fuit: interim Dominus ægrè ferens diſceſſum dicti ſui famuli, & credens ab eo diſceſſiſſe animo tamen, & intentione ad alium ſe transferendi, rabie & vindicta quadã ductus, finxit ſibi furto ſubtractam fuiſſe certam pecuniarum ſummam, & ſic coram iudicibus ſæcularibus ſtante fuga ipſius N. (nulla obtenta nec petita licentia) receſſi, conuo-
4 cauit, & iuramento † Domini, de damno paſſo, *iuxta Cyn. in l. ſi quando, Cod, vnde vi, cap. ſin. de his, quæ vi metuſuè cauſa fiunt, & dixi alias hoc eodem lib. Dec. 26. num. 17. & 18.* fuit bannitus, ita vt ſi captus fuerit, debeat deſeruire in triremib. pro remige in compedibus per annos quinque continuos, tandẽ peracta pœnitentia, ipſe N. Regula-

Regularis ignarus omninò totius huius ſucceſſus de mandato ſuperiorum acceſſit ad ciuitatem Venetiarum, indutus habitu ſuo Regulari, & incontinenti à Curia ſæculari captus fuit, ſubortaque controuerſia penes Sereniſſimum Principem, & illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum Dominum Nuncium, Dominum Hieronymum Mattheuccium ſuper competentia fori, Audito Excellentiſſimo Domino Petro Paulo Rutilio, tunc Fiſcali Sereniſſimi Dominij, & me, tunc Fiſcali præſibati Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini Nuncij, multa pro vtraque parte deducta, & allegata fuerunt, & primò idem Dominus Petrus Paulus Rutilius meus, vti Pater obſeruandiſſimus, dicebat, dictum Regularem fore & eſſe ſub iuriſdictione iudicis ſæcularis, ex multis, præſertim *ex † tex. capituli primi, de Apoſtat.* cuius verba hæc ſunt formaliter. Clerici 5 qui relicto ordine clericali, & habitu ſuo in Apoſtaſia tamquam laici conuerſantur, ſi in criminibus comprehenſi, teneantur, per cenſuram Eccleſiaſticam eos non præcipimus liberari, & tex. ibi generaliter loquitur, ſi text. non prohibet, ergò Iudex ſæcularis abſque alio poteſt ipſos punire. Vlterius clericus faciens ſe laycum, & reiecto habitu clericali † immiſcens ſe enormitatibus, perdit priuilegium 6 etiam, *cap. ſi quis ſuadente diabolo,* adeo vt qui eũ percuſſerit, vel interfecerit, ex eo Canone nõ incidat in Excommunicationem, *capitulo cum*

non ab homine. §. 1. de ſentent. excommun. cap. 1. de apoſtat. & cap. perpendimus, de ſenten. excommun. & licèt textus allegati videantur inclinare quò
7 ad † priuilegium fori, vt in his terminis, voluit *Alex. de Nauo, conſ. 59. num. 6.* quia facilius perdi-
8 tur priuilegium fori, quam † priuilegium Canonis, voluit idem *Alex. loco citato, num. 15.* quinimò clericus poſt delictum commiſſum factus, & ſic poſt præuentam iuriſdictionem
9 Iudicis ſæcularis, † non eximitur à iuriſdictione ſæculari, ſed adhuc ab eo Iudice ſæculari poteſt puniri, *leg. ſi quis poſtquàm, & leg. vbi captum, de iudic. & capit. penult. de foro competẽt. Ioan. And. in cap. prima de obligat. ad ratiocin. Bartolus in lege 1. ff. de pœnis*; Et hæc quidem eſt communis opinio. Ex altera parte ego dicebam, quod tempore comiſſi aſſerti delicti, erat Regularis profeſſus & propterea, omnia iura ſuprà alle-
10 gata corruere, tanquam ſublato † fundamento rationum ex aduerſo allegatarum, quia à principio emiſſæ ſcilicet profeſſionis, perſona i-
11 pſius Regularis † fuit exempta à iuriſdictione ipſius Iudicis ſæcularis, ita voluit *Angel. de Caſtro inter criminal. diuerſ. conſ. 37. numero 3. tom. 2.*
12 & gaudet beneficio † Canonis, quod detineri non poſſit per Iudicem ſæcularem, idem *Ang. de Caſtro, loco citato, num. 3.* & licet Clericus vel Regularis poſt delictum commiſſum, de quo à
13 Iudice ſæculari fuit inchoatus proceſſus, † vel lata ſententia, non examinetur à iuriſdictione ſæculari, *lege ſi quis poſtea, ff. de iudiciis*, vbi gloſ.

gloſ. exponit *de cleric. l. cum puella, ff. de iuriſd. omnium iudic. Abb. in c. veniens, de eo, qui furtiuè ord. num. 3.* quia † in delictis, quò ad pœnam imponendam, ſemper attenditur tempus commiſſi delicti, non autem tempus proferendę ſententiæ, *lege prima ff. de pœnis, vbi Doctores, & l. iniuriarum æſtimatio, ff. de iniur. l. doli, §. fi. ff. de ſeruo corrupto. leg. ſi quis, verſ. fin. Cod. ad leg. Corn. de falſo,* nihilominus ſi proceſſus non eſt inchoatus, vel lata ſententia tempore ingreſſus, ex tali † ſuperuenieti priuilegio eximitur à iudicio ſęculari, *Ioan. de Imola, conſ. 118. & 119.* & hæc opinio tanquàm magis communis ſeruatur. At in caſu noſtro tẽpore ingreſſus nullũ erat commiſſum delictũ, ſed longè poſt, ideò à Iudice Eccleſiaſtico non ſæculari iudicari debet, 14 15

Additur tamen, quod Regularis, vel clericus non perdit priuilegium ſuum Regulare, vel Clericale, etiam ſi apoſtatet, niſi poſt trinam † monitionem à ſuperiori ſuo factam, *cap. fin. de vita, & honeſt. cleric. cap. in audiente de ſententia excommunic. capit. ſi contingit. el 2. de ſententia excommun, & à ſimili voluit tex. iuncta gloſ. in cap. ſi Iudex laycus, in fine, eodem titulo lib. ſexto. ita latè voluit Ludou. Gomeſ. in capitulo ſecundo numero 64. de conſtitutione libro ſexto, Abb in capit. fina. de vita, & honeſt. cleric. Gem. in c. ad Apoſtolica, de re Iudic. in eodem lib.* Nec † obſtat conſ. Alex. de Nęuo 59. quia minus verũ eſt, quod in eo allegatur: quia cleric. etiã ſi incedat ſine habitu, & tonſura, & 16 17

agat vt laicus, depreheſus in criminibus enormibus, debet adhuc puniri à Iudice Eccleſi-
18 aſtico, licet ex enormitate delicti poſſit, & † Iudex laicus ipſum punire, ex indultis nempè
19 Apoſtolicis; quia caracter † impreſſus in anima (vt clericalis) non deletur ex delicto commiſſo, ſed ad pœnam, & in odium ſui, Eccleſia, & ſummi Pontifices permittunt, & ſic relaxant certo modo priuilegium clericis conceſſum, ſed non propter hoc volunt, vt Prælati, & Ordinarij non poſſint (ſi præueniunt cum in tali caſu teneat prçuentio) eos punire, & ideo talis clericus, ita non enormiter
20 viuens, vt facilius puniatur, duos † habet Iudices, Eccleſiaſticum, & ſæcularem, vnum ratione ordinum in anima impreſſorum, & ſic indelebilium, & ſæcularem ratione ſceleris, & delicti, & illius efficitur Reus, cuius fuit præuentio; dicat Alexan. de Næuo Vicentinus, quicquid velit, cum quotidiè ſic practicetur.

Nec illius ſecunda concluſio vera eſt, quia
21 eſſet tollere Summo Pontifici facultatem † diſpenſandi ſuper bigamia, & ſic impium dictum eſt, notat. *Abb. antiq. in capitulo ſuper eo, de bigam. numero tertio, & Io. de Anan. ibi, numero pri-*
22 *mo*, cum ſemel clericus † ſit, etiam ſi contrahat matrimonium, & adhuc retinet priuilegium, *toto tit. de cleric. coniugat.* & Iudex ſæcularis intromittens ſe in puniendis exceſſibus clericorum, vel Regularium, (niſi tamen in atrociο-
25 ribus, & ſua fuerit præuentio) neſcio an † bulla San-

la Sãctiſſimi Domini noſtræ Papæ in Cœna Domini legi conſueta, eos ab excommunicatione,& Anathematis pœna excipiat: quod vtique credo negatiuè. Sereniſſimus tamen Princeps, & vniuerſum ampliſſimum Collegium,habitis informationibus tenoris ſupradicti,ſponte certa die remiſit ipſum N.Regularem ad Illuſtriſſimum Domin.Nuncium,& ſic ego pro certis indicijs etiam leuioribus eũ leuiter torturaui,& tandem ab eximio Domino meo I.V. Conſul. Domino Anteo Claudio Auditore Generali tunc,fuit abſolutus. Thomas Triuiſanus,&c.

EPITOME.

Qui teſtes non admittantur in criminalibus.

SVMMARIA.

1 *Teſtes duo probant in criminalibus.*

2 *Teſtes duo neceſſariò requiruntur in criminalibus, tamen plures non excluduntur.*

3 *Teſtis vnus ſupplet defectum alterius.*

4 *Teſtis vnus non probat.*

5 *Teſtis vnus probat contra inducentem.*

6 *Teſtes qui affirmatiuè non deponunt non probant.*

7 *Teſtes non probant,niſi declarent locum, & tempus commiſſi delicti.*

8 *Teſtes plus probant deponendo in ſpecie, quam in genere.*

9 Teſtes non reddendo rationem dicti, vel depoſitionis ſua, non probant.
10 Teſtes allegantes conteſtes negantes ſeſe interfuiſſe, non probant.
11 Teſtis primo dicens vnum, poſtea vero deponens aliud non probat.
12 Teſtes de iudicio non probant.
13 Teſtes viles, & pauperes non probant.
14 Teſtes contrarij non probant.
15 Teſtis nō confeſſus, & communicatus, non probat.
16 Ancilla producentis non probat.
17 Amicus valdè intrinſecus, non probat.
18 Teſtis habens effectionem cauſa, de qua tractatur, non probat.
19 Teſtes vtilitatem percepturi in ſingulari, non probant.
20 Teſtibus illis magis credendum eſt, qui bonis mouentur rationibus.
21 Teſtis non probat quando tempus eſt de ſubſtantia, tempus non probando.
22 Teſtis attinens & cognatus repellitur à teſtimonio.
23 Teſtis quando non probet de his, quæ vidit in tenera ætate.
24 Teſtis qui extraiudicialiter prius rem narrauit examinatus, non probat.
25 Teſtis inimicus non probat in criminalibus.
26 Inimicitia ex quibus oriatur.
27 Teſti non creditur aſſerenti ſe falſum dixiſſe precibus alicuius.
28 Teſtes falſi licet emendati, non probant.

29 Te-

29 Teſtis falſum commiſit, qui iuratus in primo examine veritatem occultauit.

30 Tempus iuramenti an depoſitionis ſit ſpectandum in teſte de cuius habilitate quæritur.

31 Teſtes periuri, & falſarii non probant.

32 Teſtis deponens non veriſimile, non probat.

33 Teſtibus potius iudicantibus, quam certificantibus non eſt credendum.

34 Teſtis vir, & vxor facilius conſpirare poterunt, & falſum concorditer deponere.

35 Inimicitiæ capitales ex quibus probentur.

36 Teſtes de auditu non probant.

37 Teſtes de auditu faciunt præſumptionem.

38 Teſtes de auditu probant contra producentem.

39 Teſtes non probant de ſuo intereſſe, & de ſe exonerando.

40 Teſtis poſt teſtimonium poteſt recipere munus à producente, ſicut licet iudici poſt latam ſententiam, nec propterea ſententia, vel depoſitio reſpectiuè poteſt dici venalis.

41 Teſtes qui non conueniunt in verbis non probant.

42 Teſtes de credulitate non probant.

43 Teſtis inter certas perſonas receptus, non facit indicium contra alium.

44 Falſos teſtes inducens, & falſa inſtrumenta producens, vnica pœna tenetur.

45 Minus eſt vti falſo quam fabricare falſum.

46 Teſtis deponens falſum, etſi nulli noceat, tamen eſt puniendus.

47 Teſtis etiam in articulo mortis non probat contra inimicum.

48 Teſtis

48 *Teſtis inimicus non probat, etiam in criminibus exceptis.*

49 *Teſtis non probat etſi veritas aliter haberi non poteſt, ſi erat inimicus.*

50 *Teſtis inimicus contra inimicum cum tortura non probat.*

51 *Teſtis infamis, & mala fama, non probat.*

52 *Teſtis pro ſua eccleſia non probat.*

53 *Teſtis domeſtici probant alicuius innocentiam.*

54 *Teſtis falſum deponens plus peccat quam falſo vtens.*

55 *Teſtis pro parte falſus, eſt in totum reijciendus.*

56 *Socius criminis ne dum probat, ſed nec indicium facit ad inquirendum.*

57 *Teſtis mandatarius non probat contra mandantem.*

58 *Teſtes mediatores non ſunt idonei teſtes.*

59 *Teſtes vnus ex confeſſione extraiudiciali, nec indicium quidem facit.*

60 *In dubijs ſemper fauetur Reo.*

DECISIO XLIX.

ISta difficultas in cognoſcendis, & finiendis cauſis criminalibus conſiſtit circà habilitatem, vel inhabilitatē teſtium, qui aut ætate, inimicitia, infamia, intereſſe vel plus quam ſciunt, vel minus, aut parū fideliter deponunt, obſeruaui tamen dici in Curia; teſtes infraſcriptos contra reum non eſſe examinandos, & forte examinatos delictū

non

non probare, duo quidem † teſtes nedum cõcludenter probant in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, *c. in omni de teſt. & atteſt. leg. vbi nu. ff. de teſtibus*, & poſt omnes Iuriſconſultos quos hic referre non intendo, ita voluit *Bertazzolius, conſ. crimin. 543. num. primo, & tex. eſt in l. iuriſiurandi, C. de teſtibus, cap. veniens, il. primo, & cap. licet vniuerſis, in fine eod. titu. & idem Bertazzol. con. 349. numero quinto, & conſilio 452. numero decimo*, & licet duo teſtes neceſſario requirantur, nõ propter hoc tamen reijciuntur alij † ſi examinantur, quinimò licet nõ ita integri, excedentes numerum regularem, probant, *gloſ. in lege 3. §. eiuſdem, in verbo numerus, ff. de teſtibus, Hyppol. de Marſil. conſilio ſexageſimo octauo, numero 29. & con. 113. nu. 33. Ioan. de Amicis, in conſilio octauo, num. trigeſimo ſeptimo, & conſil. 25. numero 3. conſil. 52. numero 3. & 4. & conſil. 59. numero 20. Crot. in tractatu de teſtibus, numero 193. Doctores, in leg. 1. §. ſi ſtipulanti, ff. de verb. obligat. Bertazzol. conſilio 483. numero 3.* & vnus † ſupplet inhabilitatem alterius, iuxta notata *per Bald. in l. ſi quis ex argentariis, §. cogentur. ff. de eden. Alex. conſ. 56. incipien. Viſo proceſſu, col. 4. verſic. poteſt reſponderi, vol. 2. & late, Ioan. de Amicis, conſ. 120. numero decimo*, ſed teſtis vnicus † tantum, abſque dubio non probat, ex notatis ſupra, ſub numero primo, nihilominus contra † producentem concludenter probat in ciuilibus, iuxta textum, *in lege Theopompus, ff. de dote praallegata. & ibi Bart. & cæteri Doctores, & lege cum precum ff. de liber cauſ. Baldus in lege in*

Nn 5 bona

Margin numbers: 1 (line 1), 2 (line 11), 3 (line 23), 4 (line 29), 5 (line 31).

bonæ fidei, numero 8. de iureiur. n. Cæphal. conſili. 65. numero 55. & conſ. 82. numero 47. libro primo. vbi de communi, Dominus meus Riminald. iun. atteſtatur *conſil. 362. numero 64. conſil. 209. numero 30. libro 2. & conſ. 86. numero 20. volum. 1. & conſil. 258. numero 14. libro 3. idem Cæphal. conſil. 141. numero 16. libro primo, Pariſ. conſilio 23. numero 1. libro 4.* & late Deſiderius Guido, qui ſupradictos omnes, & alios quamplures allegat, *in cõſilio 15. num. 13.* ſic etiam & in criminalibus militat hæc concluſio, *lege ſi quis teſtibus C. de teſtibus, Cæphal. conſilio 65. numero 55. Crauet. conſ. 201. numero ſeptimo, Bertazzol. conſilio 19. numero primo,* Thobias Nonius, *conſilio 111. numero 4. Bertazzol. conſilio 406. numero 5.* ideoque probaret cõtra eum, contra quem fuerat inductus, probat tamen concludenter contra producentem, ita *Crauet. conſ. 201. n. 7. Socin. iun. con. 69. nu. 12. volu. 1. Bertazzol. con. 499.* & hæc eſt ratio: quia dicitur approbatus ab eo, à quo fuit inductus, *l. ſi quis teſt. C. de teſt. Boer. Dec. 345. nu. 3. & ſequent.*

6 Teſtes tamen qui † affirmatiuè non deponunt, non probant, ita *Crot. in tractatu de teſtibus numero 313. poſt Angel. in lege ſciendum, ff. de verbor. obligation.* Item non probant, ſi de tempore de-

7 licti non deponunt, quando † dictum tempus eſt de ſubſtantia, ita Bertazzol. longã Doctorum authoritatum enumerationem *in con-*

8 *ſilio 379. numero 18.* & debent deponere † in ſpecie, quia melius probant quam in genere. *Ber-*

9 *tazzol. con. 372. nu. 6.* quia † probãdo factum, vel deli-

delictum in genere, dicitur non probare, & hæc eſt communis opinio, vt per *Crot. in tract. de teſtibus, num. 322. verſic. 7. ſit concluſio Ruyn. conſ. 44 nu. 9. & in conſilio 67. numero 15. vol 2. Ioan. de Amicis, conſilio 127. numero 1.* & quam dicit magis cõmunem, & veriorem, Vaſqu. *in tract. de ſucceſ. Cre lib. 1. §. 4. numero 45. Clar. pract. crim. §. fin. q. 53. verſicul. dixi etiam,* & eam etiam dicit communem Soarez. *in theſauro recept. ſent. in verbo teſtes ſingulares, num. 55. Bertazzol. conſilio 298. nu. 10.* Itẽ teſtis allegans † conteſtem, negantem ſe interfuiſſe, non probat. *Bal. in. c. cum cauſam, de teſtib. numero. 17. Thom. Gramm. conſ. 26. numero 20. conſil. 31. numero. 7. & 8. & con. 38. numero 28. relat. à Bertazzol. conſ. 359. numero 27.* Item dicens vnum, poſteà vero † deponens aliud, non probat; hæc regula militat primo in ciuibus, vt dixi *lib. 1. deciſ. 11. numero 14.* Sed etiam in criminalibus, vt voluit *Hyppol. de Marſil. in ſing. 212. & in l. eos. numer. 17. ff. ad leg Cornel. de falſ. Alciat. in tracta. præſumpt. reg. 2. præſumpt. 29 nu. 7.* Item & teſtis qui deponit de ſuo † iudicio, in criminalibus non probat. *Angel. in lege ſciendum, ff. de verbor. obligat. Alex. conſ. 74. & conſ. 147. vol. 2. Pariſ. cõſil. 104. numero 37. 1. volum.* & eſt communis ſecundum Curtium iuniorẽ, *in conſ. 348. nu. 2.* Itẽ & viles, † ac pauperes teſtes in criminalib. repelluntur à teſtimon. notat *Thom. Gram. conſ. 58. numero 11. Natta, conſ. 315. num. 7. & 11.* Item nec teſtes † contrarij probant, *Bertazzol. conſ. 359. numero. 21.* vbi allegat *capit. cum tu cum ibi notatis, de teſtib.*

10 11 12 13 14

de teſtibus, & Crot. de teſtib. num. 331.1. notab. quia
ita contrarij non poſſunt concordari, *Bart. &*
alii, vbi Dec. num. 8. in l. 2. §. creditum, ff. ſi cer. pet.
Bal. & Salic. in l. parentes, C. de teſtib. Claud. Seyſſel.
in rep. l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. Marſ. ſing. 59. Boer.
Dec. 165. num. 7. Bertazzol. conſ. 530. num. 2. & conſ.
15 *558. num. 12.* Item de confeſſus & † ex communi-
catus non probat, *cap. omnis vtriuſq; ſexus, de pœn.*
& remiſ. Pariſ. conſ. 58. num. 83. vol. 4. Bertazzol.
16 *conſ. 398. nu. 4.* Item † ancilla producentis non
probat, tradit Alex. *in conſil. 150. incip. In cauſa, &*
lite, col. 2. Dec. conſ. 133. col. 4. verſ. præterea. Crot.
in tract. de teſtib. num. 124. Thom. Gram. conſ. 26. nu.
17 *30. Aug. Bero conſ. 191. num. 36. 1. vol.* Item † ami-
cus valde intrinſecus querelantis, non probat
contra querelantem, *Alex. conſ. 50. vol. 2. Gram.*
Voto 22. num. 9. Rau. in §. pater, in Inſtit. num. 39. de
teſtam. Natta, conſil. 95. num. 13. quia talis teſtis
18 dicitur habere † affectionem cauſæ, & ideò
non probat, tũ ratione patriæ, *c. accedens. il pri-*
mo, vt lite non conteſt. vbi Bald. num. 1. tum etiam
nimię amicitiæ, rationemq; latius deduxi *in lib.*
de modo & ord. crim. proced. inter Regulares, c. 6. de
19 *accuſat. num. 2.* Item quod teſtes † vtilitatem
percepturi in ſingulari, non probent: in ciui-
libus iam oſtendi iudicatũ fuiſſe, *in Dec. 35. nu.*
7. lib. 1. in criminalibus vero, ita voluerunt
Affli. *dec. 400. num. 8. & Ruyn. in conſ. 12. num. 9.*
vol. 2. Pariſ. conſ. 138. ad fin. volum. 4. Item teſti-
20 bus, qui † bonis non mouentur rationibus,
credendum non eſt: *ita BertaZzol. conſ. 373. nu. 4.*

Item

Item teſtis non probat, quando tempus eſt de ſubſtantia, † tempusq́; illud nõ probat, *c. ex tenore, vbi Felyn. num. 3. ff. de teſtib.* Item teſtis † attinens, & cognatus querelantis, non eſt idoneus teſtis, ita conſuluit *Bertaz. vbi allegat. Boſ. in conſ. 398. num.* 5. Item ſi teſtis deponat de his, quæ vidit † paruulus, & non exceſſerit infantiam, vt à contrario ſenſu probat *gloſ. & Bart. in l. 3. §. l. Iuliæ ff. de teſtib. Alberic. in teſtib. in tit. quando repellãtur teſtes ratione defect. perſonæ, §. videndũ eſt, num. vndecimo, Grot. in ſapè alleg. tract. de teſtib. nu. 194. Felyn. in cap. cum nobis, num. 9. & ibi Pariſ. qui dicit comm. num. 10. de præſcript. Cagn. poſt alios in iur. l. 2. §. impuberes, vbi reprobat Dec. nu. 23. ff. de reg.* & ſic etiam de cõmuni atteſtatur *Bertazz. conſ. 547. num. 9.* Item teſtis, qui extra iudicialiter prius rem narrauit, † examinatus poſtea non probat, vt latè Hippol de Marſil. *in l. eos num. 17. ff. ad leg. Cornel. de falſ. & in ſingul. 212. Bertazzol. conſ. 414. num. 2.* Item inimicus † teſtis repellitur à teſtimonio *c. repelluntur, & cap. cum P. de accuſationib. Hippol. de Marſil. conſ. ſecundo numero 43. & conſilio 103. numero 35. leg. primo §. præterea, ff. de quæſtion. Grammat. conſ. 38. nu. 11. & 12. & conſ. 45. num. 17. & conſ. 46. num. 5. & ſequent.* Vbi ampliat, etiã ſi Inimicitia ſit orta ex verbis iniurioſis, vt *num. ſequenti.* Inimicitia hæc enim † capitalis probatur ex ſurreptione bonorum, & ex minis. *Thom. Grammat. conſ. 57. num. 7. & 8. Rol. à Val. conſ. 63. num 2. volum. 2. Abb. conſ. 72. num. 12.* & de verbis iniurioſis, *Bald. in cap. veniens, in*

21
22
23
24
25
26

ff. de

ſi.de iureiura. Grammat.dicto conſ. 57. numero 7. Rolan.conſ. 24. num. 38. lib. 1. Calcan.conſ. 63. incipien.Ventura, numero 2.& Bertazzol. conſ. 283. num. 22. & ex alijs cauſis ſuprà per me deductis in *Deciſ. 28. numero 4.& ſequẽt.inter criminal. hoc eodem lib. ſecundo.* Item teſtis deponens ſe falſum
27 dixiſſe † precibus alicuius non probat, ita *Fulgoſ. conſ. 173. Dec. conſ. 189. numero 8. verſiculo ſecundo, hoc idem lateq; Bertazzol. con. 351. num. 8.* ac aſſerenti ſe ſubornatũ, non creditur, notat *Grammat. conſ. 35. numero 30. & ſequent. & conſ. 44. numero 10. Pariſ. conſ. 164. numero 50. volumine 4. Curt. iun. conſ. 170 num. 8. Plot.in lege ſi quando, num. 144. Cod. vnde vi, numero 794.* Item & te-
28 ſtis falſus † licet emendatus, non probat, notat Feyln.*in capitulo teſtimonium, numero 19. verſic.3.concluſ.de teſtib.& atteſt.*Item teſtis, qui in
29 primo examine veritatem † occultauit, tanquam falſus, non probat. *Cal. in cap. 1. col. 2. in princ. ſi de inueſt. inter dom. & vaſal. lis oriat. cum alius trad. per Marſ. in rubr.ff.ad leg. Corn.de fal. num. 8.* Item teſtis qui iuratus tempore quo habilis
30 erat, ſi vero deponit † tempore inhabili, quia erat infamis factus, ſeu alias inhabilis, nõ probat, *Abb.in capi.teſtimonium,de teſtibus,num.38.* Sed & quod in habilis etiã tempore iuramenti, nõ probet, voluit *Alex.conſ. 78. in 1. volumine & conſ. 150. volum. ſexto,* hic tamen ſeruatur vt teſtis infamis, vel tempore iuramenti, ſeu depoſitionis nullatenus probet non obſtantibus quibuscunq; diſtinctionibus à Nello traditis, *in*

tra-

tractat. de Bannitis. in prima parte, tertii temp. numero 16. Item teſtes periuri, & falſarij, nedum 31
probant, ſed nec faciunt indicium ad torturam, vel ad inquirendum, conſuluit Fulgoſ. *conſilio 107. & con. 173. & Dec. conſ. 189. numero octauo,* & eſt communis ſententia, vt tradit Alciat. *in declamatione impreſſa, cum lib. paradox. & diſputation. pagin. quinta & ſexta.* Item teſtis deponens non † veriſimile, non probat, tan- 32
quam de falſo ſuſpectus, *lege ob carmen, §. ſi teſtes, ff. de teſtibus Abb. in capitulo quia veriſimile, vlt. not. præſumptionibus, Crauet. in conſilio 115. numero duodecimo & Natta conſilio 666. numero vndecimo.* Item teſtibus magis iudicantibus, † quam 33
teſtificantibus, non eſt credendum, *lege teſtium, Codice de teſtibus, Bartolus & alii, in lege prima ff. ſi cert. petat. idem Bartolus in lege ſolum, Codice eodem, Bertazzol. conſilio 283. numer. vigeſimo primo* & quia vir † & vxor in vna, & eadem cauſa e- 34
xaminati facilius conſpirare poſſunt, & falſum concorditer deponere, voluerunt Domini Auditores pro tempore exiſtentes, parũ probare, *argumen. ex notatis in §. pater, Inſtitut. de teſtament. relat a Bertazzol. conſilio quadrageſimoſeptuageſimonono num. ſecundo,* habetur enim tam vnus, quam alius pro inimicis capitalibus, quæ inimicitia capitalis † probatur ex 35
eis, quæ ſupra notaui, *ſub numero vigeſimoſexto.* Item teſtes de auditu, † licèt probent confi- 36
nia in ciuilibus, prout notat *Bert. con. 366. nu. 14.* in criminalib. non probant, *arg. c. licèt ex quadã, de teſt.*

*de teſtib.Hyppol. de Marſ. conſ. 20 numero 5.& conſ. 411.num. 8.arg.l.damus C.ad leg.Cornel.de falſ.Crauet.conſilio.46.numero decimo, Plot: in le.ſi quando, C.vnde vi,numero 716.in fi.& 718.*faciunt nihilominus
39 † præſumptionem, *Roman.ſing.341. incipien.Teſtimonium,Felyn.in capit.tam litteris, prope finem,de teſtibus, Dec.conſil. 272.numero tertio,* &
40 plenè † probant contra producentem, *Cephal. con.65.num.55.Bertazzol.conſil.483.num.2.& conſilio 484.num.8. Crauet.conſ.201. numero 7.Pariſ. conſ.50.num.6.1.volum.Socin.iun.conſ.69. nume.12. 1.volum.* teſtis tamen non probat de ſuo † intereſſe,& de ſe exonerando,ita voluit *Berrazzo. in conſ.499.num.17. vbi allegat Bart.in l. deferre, §. idem.decreuerunt. ff. de iure fiſci,* non poteſt tamen
41 teſtis recipere † munus à producente, ante depoſitionem, poſt teſtimonium poteſt recipere munus,ab ipſo producente, ſicuti licet iudici poſt latam ſententiam, nec propterea eo caſu ſententia vel depoſitio reſpectiuè poterit dici venalis, *Hyppol. de Marſil. in lege prima in principio,numero 5.& 6.ff.ad leg.Corn.de falſ.& ſingulari 190.incipien.iudices.*
42 Nec teſtes, qui conueniunt † in his verbis non probant, *Ruyn.conſilio centeſimo quadrageſimo nono,numero trigeſimo primo, volum. 4. Rol. à Val.conſilio trigeſimo tertio numero vigeſimo,& ſeq.volum.2.* Et hi qui de credulitate † deponunt,non probant,gloſ.& Doctores,*in leg.teſtium,C.de teſtibus, Bertazzol. conſilio 148.numero octauo, Alex.conſilio ſeptuageſimo quarto,viſo teſtamento, num. ſexto, 1. vol. & idem* Bertaz-

Bertazzol.conſil.184. numero 6.conſilio 521. numero 44.conſilio 348.numero 2.& conſil.518.numero octauo. Item teſtis inter certas † perſonas receptus 43
non facit indicium contra alium, *Doctores omnes,in leg.ſecunda, vbi Dec.numero 44. C. de eden. & Canoniſtæ, in cap. cauſam quæ , vbipræſertim Felyn.de teſtibus*: ideo qui teſtes ſimiles inducunt, non probant, & aliquando pœna merentur puniri, quia inducere falſos † teſtes, vel falſa 44
inſtrumenta producere , etſi vnica pœna tenentur , nihilominus puniuntur, ita notat *Bertazzol.conſil.520.num. tertio, qui allegat. Marſ. conſilio 24. num. 19. & ſequent. & conſil. 30. numero decimoſexto*,quamuis minus ſit vti falſo † quã 45
fabricare falſum, vt Marſ. locis modo citatis, ſicuti & ille, qui deponit falſum, plus peccat, quam falſo vtens, ita Bertazzol. (vltra ſupra modo allegata) *in conſilio 555. numero fin. Cyn. in l. 2. Cod.de fide inſtrum.*& licèt teſtis deponens † falſum in eo, in quo non conſiſtit ſubſtan- 46
tia negotij,non debeat puniri de falſo, prout plures citat,& allegat *Grammat.conſilio 79. numero 15.& in deciſ.43.& deciſ. 60. numero 16. Crauet. conſ.46.in principio*, nihilominus non punitur ordinaria,ſed extraordinaria pœna,*lege penult. C.ad leg.Corn. de falſ. Marſil.conſil. 111. & conſ. 120. numero 24.Plot.in lege ſi quando C.vnde vi numero trecenteſimooctauo.* Item teſtis inimicus non probat contra inimicum † etiam in articulo 47
mortis,*lege tertia,§. ſi quis moriens. vbi Igneus,ff.ad Senatuſconſult.Syllan.Bald.in lege ſecunda,C.de Ca-*

lum. Gramm. conſ. 42. num. 7. & conſ. 70. num. 2. & 3. Rolan. à Valle conſ. 24. num. 25. Crauet. conſ. 41. numero ſecundo Grat. conſ. 52. numero 28. volum. 2. niſi exculparet offendentem, *Bald. in l. 1. Cod. de legat. num. 33. Marſil. conſ. 17. num. 10. & conſ. 71. num. 34.* præſertim ſi extant inditia pro dicto illius, *Abb. in capitulo dudum il 2. de electiõ. num. 19. Bald. in l. transſigere, Codice de tranſact. num. 26. Crauet. conſ. 6. num. 62. Io. de Amic. conſ. vlt num. 45. not. Hyppol. de Marſil. in lege 1. §. præterea ff. de quæſt. numero 7.* quia inimicus non probat et-
48 iam in criminibus † exceptis, *ita Marſil. dicto conſ. 20. num. 27. & conſ. 65. num. 20. Grammat. Voto 3. num. 3. & Voto 11. num. 17. & conſ. 45. num.*
49 *16.* ac etiam procedit quando veritas, † aliter haberi non poteſt, *Bert. conſ. 528 nu. 6.* & etiam
50 cum † tortura, *vt text. in lege prima §. præterea, vbi*
51 *Marſil. in principio, ff. de quæſtion.* Item teſtes † infames, & malæ famæ non probant, *Gramm. Voto 34. numero 8. & conſ. 46. numero 23.* Item te-
52 ſtis deponens pro ſua † Eccleſia non probat, *Bertazzol. conſ. 544. num. 1.* Admittuntur tamen
53 teſtes † domeſtici ad probandum alicuius innocentiam, *Bertazzol. conſilio 148. numero 20.* Sed redeundo vnde diceſſimus, teſtis depo-
54 nens † falſum, plus peccat, quam falſo vtens, vt ſupra dixi *ſub numero 45.* tamen falſitas hæc
55 adeò lus odio proſequitur, vt ſi teſtis pro † parte falſus, in totum eſt reijciendus, *lege ſi ex fal-*
56 *ſis, Codice de tranſaction.* Socius criminis † non facit indicium, nec ad inquirendum, vt vo-

lit

luit *Bertazzol. conſ. 556. numero 9. & ſeq.* licet in criminibus exceptis faciat indicium ad torturam. *Idem Bertazzol. eodem conſ. 556. num. 8. & conſil. 538. numero 3. & 5. & conſ. 559. numero 4. Pariſ. conſ. 53. numero 15. volumine 4. Ruin. in conſ. 19. numero 5. conſ. 146. ac 147. volumine quinto, Marſil. pract. criminali, §. diligenter numero 59. & ſingul. 209. incipien. Socius criminis.* In aliis vero criminibus non exceptis, non faciunt indicium ad torturam contra ſocium, & eſt communis. *Dec. conſ. 539. num. 9. Fulg. conſ. 136. in fin. verſiculo nouiſſimè verò. Ioan. de Anan. conſ. 59. columna ſecunda, Alexand. conſ. 132. in fin. volumine 1. Cornel. conſ. 53. volumine primo, Aret. in conſ. 71.* quia ſocius criminis facit & ſe infamem, & ideo non probat. *tex. cum gloſ. in lege ob carmen, in principio, vbi Doctores de teſtibus.*

Item mandatarius † nō probat contra mandantem *Bald. conſ. 429. incipien. An mandatarius, verſiculo 3. Caphal. conſ. 113. numero 9. Ioan. de Anan. conſ. 59. numero 2. Pariſ. conſ. 151 numero 4. & ſeq. Hieron. Gabriel. conſ. 183. num. 3. Burſat. conſ. 192. numero 4. Petrus à Plaza, in Epitome delictorum, 6. capitulo 15. numero 18. Carer. practic. criminal. in principio numero 123. & in §. quinto numero 101.* 57
Item teſtes † mediatores, non ſunt idonei teſtes, *Alexand. conſ. decimo octauo volumine quarto, columne quarta & quinta, Ruyn. conſ. 99. numero 5. volum. quinto, Socin. iun. conſ. vndecimo numero 17. volumine ſecundo, Cranet. conſil. 281. numero quarto,* 58

Oo 3 Cret,

Crot.in tract.de teſt.num.176. Item teſtis vnus de
59 † confeſſione nedũ nõ probat, ſed nec indiciũ facit ad torturam, *Blanc. in repet.ſi.ff.de quæſt.nu. 206.Lud.Carer.in pract. crim.in princip. num. 21.* &
60 hæc regula eſt generalis, vt in dubijs ſemper † faueatur Reo contra fiſcum. *Bart.in l.non ſolum. §.ſed vt probari,ff.de nou.oper.nunc. Roman. conſ.68. nu. 8. & Gramm.inter conſ.7.nu.fi.& idẽ in deciſ. 8. nu.5.* Thom. Triuiſanus I.C. Aduocat. Fiſcalis.

EPITOME.

Venenum cum multiplex ſit, oportet vt ſit ex mala ſpecie,& Reus dederit accuſari, alias venenum allegare fuiſſe exhibitum, eſt perinde, ac ſi venenum non reperiretur in rerum natura.

SVMMARIA.

1 *Reus non poteſt condemnari, niſi ſit confeſſus, vel legitimè conuictus.*

2 *Reus non poteſt facere eſſe delictum illud, quod non eſt.*

3 *Tenetur fiſcus probare in veneficio, duo, primum. quod venenum fuerit datum, ſecundum quod ſit malum.*

4 *Triplicem inueniri ſpeciem veneni.*

5 *Venenum aliud bonum. aliud malum.*

6 *Venenum nunquid malum ſit? ante omnia debet probari.*

7 *Ex leui cauſa quis torqueri non debet.*

8 *Indicia ad torturam, debent eſſe ſufficientia, certa, probabilia, & vero ſimilia, adeò quod Iudex ſit quaſi certus.*

9 *Teſtes*

9 *Teſtes de auditu nullum faciunt indicium ad torturam.*

10 *Fama ſola non facit indicium ad torturam.*

11 *Fama vehemens facit indicium ad torturam.*

12 *Fama habens originem ab honeſtis viris, facit indicium ad torturam.*

13 *Teſtis amicus offenſi querelantis non facit indicium ad torturam.*

14 *Socius criminis non facit indicium ad torturam.*

15 *Teſtes facientes indicium ad torturam, debent eſſe integri.*

16 *Dolus non committitur contra perſonam non maleuolam.*

17 *Suſpicio quæcunque tollitur ex frequentatione Sacramentorum.*

18 *Bona vita & fama, arguit innocentiam rei.*

19 *Fama bona probata, facit ceſſare præſumptionem doli.*

20 *Fama bona probata, purgat indicia etiam ad torturam.*

DECISIO L.

IN vna de Salodio Criminali, in qua mihi demandatum fuerat, vt fideliter referrem, viſo proceſſu, &c. quid iuris eſſet ſtatuendum, in qua agebatur, an N. le veneficio accuſatus, eſſet confeſſus, conuictus, indiciatus, & ſic torturæ ſubijciendus vel omninò abſoluendus? Retuli vt infrà: & ſuper elatione mea fuit abſolutus; dicebam ſiquidẽ,

 quod

quod accuſatus non poterat condemnari, niſi
1 eſſet † confeſſus, vel legitimè conuictus, *capit. nos in quenquam, cap. prohibentur, in fine, 2. quæſt. 1. l. qui ſententiam, C. de pœnis. Hyppol. de Marſil. conſilio 15. numero ſecundo*, vbi multa congerit, & talis reus confitendo delictum, reum delicti non ſe conſtituit, niſi delictum ſui natura ſit delictum, quia ad ipſum non ſpectat facere deli-
2 ctum illud, † quod non eſt delictum, *vt Hyppol. de Marſil. in lege prima, §. prima, numero 33. ff. ad lege Cornel. de ſicar.* vbi de veneficio ſpecialiter loquitur; ſic etiam in propria materia loquitur Thom. Gramm at *Deciſ. ſecundo numero 37. & 38. & latè in conſilio Crimin. 36. numero 5. Ant. Gomez. in tractatu crimin. in tit. de delict. capit. 3. numero octauo*, & propterea tenebatur accu-
3 ſator † duo probare in capitulis ſuis: primum, quod venenum fuerat datum: ſecundũ, quod erat venenum malum, notat Alexan. *conſil. 202. numero 4. libro ſecundo, incipien. Super themate. Paul. de Caſt. in conſ. 299. numero 2. & 3. vol. 2.* quia tri-
4 plicem † veneni ſpeciem inueniri voluit Pract. Conradi, *li. 1. cap. 9. in titulo, de venefic. nume. 3. & Enchirid. rerum crimin. cap. 74. numero 3. & ſequen.*
5 Nam venenum eſt aliquando † etiam bonum, & non ſemper malum, *lege qui venenum, ff. de verborum ſignificat. & l. quod ſæpè, §. veneni, ff. de contrahen. emption. & latè Alexan. d. conſ. 202. nu. 4. lib. 2.*
6 Venenum nunquid † malum ſit? in primis, & ante omnia videndum eſt: & accuſator probare tenetur, tanquam fundamentum inten-

tio-

tionis ſuæ, ita conſuluit *Lud. Cat. inter diuerſ. crim. in conſ. 99. volum. 1. nume. 8. & 9. ac 11. Clar. in pract. crimin. quæſt. 4. in principio.* Ideo hic reus, nec confeſſus, & minus conuictus dici poteſt, nec indicia contra eum exiſtentia ſunt talia, vt ex ipſis contra eum ad torturam deueniri 7
poſſit: ex leui enim cauſa quis † torqueri non debet: *Bart. in l. leuia, ff. de accuſat. num. 12. Brun. in tract. de indic. in principio. Notat Capyc. deciſ. 126. numer. 1. Crauet. conſ. 41. num. fin.* ſed ex graui cauſa, 8
& tunc indicia debent † eſſe ſufficientia, certa, probabilia, & veriſimilia, adeo quod Iudex ſit quaſi certus, ita textus ad literã, *in l. miles, §. oportet C. de quæſtion. Bald. in conſ. 259. num. 1. & in conſil. 77. incipien. Ad euidentiam, num. 1. volum. 3. Pariſ. conſ. 163. numero 15. & ſequent. volu. 4. Rolan. à Val. conſ. 24. numero 23. & ſequen. volum. 1. Crauet. conſ. 6. numero 12. Hyppol. de Marſ. in practica crimin. in §. diligenter, numero 29. & latè in conſ. 20. numero 2.* 9

Cum autem teſtes ſint tantum de † auditu, nullum faciunt indicium ad torturam, *cap. licèt ex quadam, de teſtibus, Baldus ad propoſitum, in conſ. 415. numero 1. in fine incipien. Quidam fuit interfectus. vol. 5. Marſil. conſ. 20. nu. 6. & 15. conſ. 31. nu. 8. & ſequen. conſ. 76. nu. 8. & ſequen. conſ. 88. nu. 9. con. 116. numero 6. Capol. conſ. 1. numero 2.* Nec aſſerta allegata fama, † probata vt dicitur, facit indici- 10
cium ad torturam, vt voluit *Crauet. dicto conſ. 41. numero ſexto,* & de communi atteſtatur *Bertazzol. conſ. 225. numero 4.* Nec fama quam teſtes probant, eſt † vehemens, & ſic non facit 11

indicium ad torturam, vt ſingulariter voluit *Bartol. conſ. 191. num. 2.* Nec conſtat, quod talis
12 fama habuerit originē † ab honeſtis perſonis: nam tunc bene facit indicium ad torturā, notat *Bal. in c. 1. §. item ſi vaſallus de controuerſ. inueſt. in vſib. feud. in vlt. col. Salyc. in l. ea quidem, poſt Bald. ibi in materia famæ, C. de accuſat.* Sunt etiam ali-
13 qui teſtes amici † offenſis querelantis, qui nullum debent facere indicium, *Plot. in leg ſi quando*
14 *C. vnde vi, num. 141.* Nec ſocius † criminis facit indicium ad torturam, prout de communi atteſtatur *Bertazzol. conſilio 225. num. 18. in fine,* & ſuprà proxima deciſ. oſtendi, *nu. 56.* qui teſtes
15 † facientes indicium ad torturam, debent eſſe integri: *ita Bertazzol. conſil. 39. num. 15.* Vltrà quod etiam non apparet de aliquo intereſſe, ſeu odio, ex quo C. ductus veneno necaret
16 ipſum querelantem, dolus enim † non ſolet committi, niſi aduerſus perſonam maleuolam. *Cornel. conſil. 63. numero 9. verſic. & ex quo actum. volum. 3.* vel aliqua alia cauſa, vt *Crauet. conſil. 6. num. 22.* vltrà quod inquiſitus eſt Sacer-
17 dos, & ex frequentatione † Sacramentorū tollitur quæcunque praua ſuſpicio, notat *Bartol. in l. non ſolum. §. 1. num. 3. ff. de iniur. Ant. Galeat. conſil. 110. numero 29. volum. 1. inter conſil. criminal. di-*
18 *uerſ.* immò ex qualitate bonæ † vitæ probata, tollitur quæcunque præſumptio in contrarium exiſtens. *Thom. Grammat. voto 36. numero 13. latiſſimè Bertazzol. conſilio 208. num. 18.* Fama bo-
19 na probata facit † ceſſare præſumptionem do li, *Sa-*

li, *Salyc. in leg 1.numero 4.C.ad leg. Cornel. de ſicar. Dom. meus Rimin. iun.conſil.145. vol.2. Capol.conſil.31.præſumpt.9.* Quinimo purgat & indicia † ad torturam, *Angel.in lege Milites, C.de quæſtion. Dec.conſil.175. quaſi circa finem.Idem Dominus meus Riminaldus dicto conſilio 145.numero 44.* Thomas Triuiſanus, I.C.& Fiſci Promotor.

EPITOME.

Quilibet tenetur reuelare delictum in cauſa hæreſis, nec vllo modo poteſt ſe excuſare.

SVMMARIA.

1 *Quis non tenetur de iure communi reuelare delinquentes.*

2 *Quilibet tenetur reuelare delinquentes in cauſa læſæ Maieſtatis.*

3 *Quis non tenetur aliquid reuelare, ſi non poteſt id quod reuelat, probare, & eſt communis.*

4 *Quis item reuelare non tenetur, ſi ſecreto ab amico aliquid audiuit.*

5 *Item & ob metum, vel obliuionem excuſatur quis, ſi non reuelat delinquentes.*

6 *Quilibet, & in omni caſu in cauſa hæreſis tenetur reuelare delinquentes, nec vlla excuſatione poteſt ſe tueri.*

8 *Releuator poteſt eſſe teſtis, & magnum facit indicium.*

DECISIO LI.

SAtis clarum eſt apud omnes, vt
quis non teneatur de Iure com-
1 muni, † reuelare delinquentes,
l. idem ſi ob ſtuprum, §. ſi tibi, ff. de con-
diction. ob turpem cauſ. vbi Iaſ. num. 1.
& 6. argum l. ſolent, ff. de præſcript. verb. Doct. in
lege ciuile, Codice de furt. In crimine tamen læſæ
2 Maieſtatis † tenetur quilibet, l. quiſquis, Cod. ad
legem Iul. Maieſtat. vbi Salyc. in §. id quod, num. fin.
Bartol. in l. vtrum, ff. de parricid. & l. 1. §. occiſorum
ff ad Syllan. Ioan. Andreas in capit. Petrus, de homi-
cid. numero ſexto, quæ tamen Concluſio limi-
tatur primò, vt non teneatur quando id quod
3 reuelat, † probare non poteſt, Angel. in verb. &
bai tradito, verſiculo quod crimen, numero 11. vbi po-
nit limitationem Baldi in quodam ſuo conſilio &
per Boſſ. in tractat. de crimin. læſæ Maieſtat. numero
quadrageſimo octauo, qui adducit etiam Fely-
num, in cap. de cætero, de re iudic. in capitulo quan-
tæ, de ſententia excommunicatione, Decium in re-
gula, culpa caret, de regulis iuris & in capitulo primo,
de offic. & poteſt. iudic. delegati, & ita atteſtatur de
communi, Bertazzol. conſ. 113. numero vndeci-
mo & conſilio 107. numero vndecimo. Limitatur ſe-
4 cundò, quando quis † ſecretè ab amico audi-
uit aliquid, quod ſibi reuelauit, non debet il-
lum prodere. Ita ad propoſitum voluit Socin.
num. tertio, volum. 4. Practica Conradi in titulo de
furt. numero decimo tertio.

Tertio

Tertio limitatur, & eſt caſus ſingularis, vt excuſetur quandoque aliquis ob † metum, 5
vel obliuionem. *Foller. capitulo octauo, numero 31.* etiam in cauſa hæreſis, vt refert *Franc. Pign. in ſecunda par. Direct. Inquiſit. Schol. 59. verſiculo & non videtur.* His tamen non obſtantibus, pluries deciſum fuit, vt omnino in cauſa † hæreſis, 6
quis teneatur reuelare, vt poſt multos, quos hic referre non laboro, voluit *Zanchin. de hæretic. capitulo quinto, numero tertio,* quia talis † re- 7
uelator, vel reuelans, dummodo non accuſet tanquam inimicus, facit magnum indicium, & quaſi ſemiplenam probationem, vt dixi ſupra *Deci. 29. numero tertio, hoc cod. lib. 2.* Thomas Triuiſanus. I.C.

EPITOME.

Comparatio litterarum non facit plenam probationem in criminalibus, præſertim contra reum de famoſo libello inquiſitum.

SVMMARIA

1 *Teſtes duo plenè probant etiam in criminalibus.*

2 *Teſtis vnicus ſemiplenè probat in criminalibus.*

3 *Ex depoſitione duorum teſtium, quis concludenter conuincitur de delicto.*

4 *Singularitas teſtium etiam diuerſificatiua, ſi tendit ad eundem rei finem, non attenditur.*

5 *Teſtes ſingulares plenè probant, quando agitur de probando aliquod totum, & vnus probat de vna*

de vna parte, alter autem de alia parte ex quibus perficitur illud totum.

6 *Singularitas nō attenditur, quando agitur de grauioribus, & atrocioribus delictis difficilimæ probationis.*

7 *Teſtis deponens de facto proprio, plenè probat.*

8 *Quando veritas aliter haberi non poteſt, qualibet probatio admittitur.*

9 *Comparatio litterarum ſufficiens eſt ad probandū auctorem, ſeu conſcriptorem.*

10 *Conuictus, abſque alio, condemnari poteſt.*

11 *Grauitas delictorum ac indiciorum contra reum exiſtentium operatur, vt tortura etiam tertio repeti poßit.*

12 *Non plene conuictus, poteſt extraordinariè condemnari.*

13 *Scriptura vt ſit ſcripta manu alicuius, & ſic probet, oportet quod teſtes deponant ſe præſentes fuiſſe quando ille ſcripſit.*

14 *Imperfecta probationes non coniunguntur ad faciendam plenam probationem.*

15 *Quodlibet indiciū debet ſaltem probari per duos teſtes.*

16 *Comparatio literarum non poteſt fieri, niſi habeat ſubſcriptionem trium teſtium.*

17 *Probationes in criminalibus debent de neceßitate concludere.*

18 *Comparatio literarum non probat.*

19 *Scriptura per comparationem non probatur, niſi probetur per teſtes, qui illam viderint ſcribere.*

20 *Iudex ex comparatione literarum tantū, contra reum iudicare non debet.*

21 Duo

21 *Duo teſtes requiruntur ad probandum in iudicio ſcripturas eſſe ſcriptas manu N.*

22 *Comparatio literarum ſemiplenam tantum facit probationem.*

23 *Comparatio literarum periculoſa dicitur.*

24 *Ad probandam ſcripturam fuiſſe manu N. ſcriptam, requiruntur duo periti, in iudicio ita deponentes.*

25 *Multi ſunt qui manus alterius fingunt.*

26 *Vbi ſunt aliæ probationes, comparatio ipſa fieri non debet.*

27 *Comparatio literarum delegari non poteſt.*

28 *Comparatio literarum abſolutè indicium non facit ad torturam.*

29 *Ad comparationem literarum non debet deueniri, niſi dato prius iuramento ei, qui comparationi innititur, & iuret ſe non habere aliam probationem.*

30 *Comparatio facta, nō ſeruatis ſeruandis, nulla eſt.*

DECISIO LII.

LIcet frater C.C. bis fuerit tortus, pro eruenda veritate, an vltimas illas litteras, de quibus in proceſſu, conſcripſerit, ipſeque ſemper in negatiua perſtiterit, nihilominus adhuc videtur ipſum debere condemnari, vel pœna ordinaria, vel tertiò, acriori tormento ſubijci, vel demum, extra ordinem puniri.

Primo enim concludenter, & ſufficienter probatum eſt, ipſum ſcripſiſſe literas priores trans-

tranſmiſſas N. de quibus dictum in proceſſu, cum enim habeamus in primis vnum teſtem, qui deponit ſe fuiſſe præſentem, quando dictus Frater N. epiſtolam ſcripſit, ſine dubio oritur ex tali depoſitione ſemiplena pro-
1 batio; quia † vbi duo teſtes plenè probant ibi-
2 dem etiam vnus † ſemiplene probat. *cap. veniens, & cap. licet, extra de teſtibus gloſ. in lege tertia, in verbo, decidi oportet. C. de reb. credit. Curt. in lege admonendi, numero 187. ff. de iureiuran. Nell. de teſtib. numero 85. in fine & ſeq.* Cum etiam habeamus teſtem deponentem, ſibi prædictam epiſtolam traditam à fratre C. vt illam tranſmitteret N.
3 prout fecit, vtique ex † iſtis duobus teſtibus, ipſum plene conuictum eſſe dicendum eſt, per Regulam, quod duo teſtes plenè probant, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, etiam ad condemnandum. *cap. nullam, §. ſed hoc, in fine, 2. quæſtion. 4. cum ſimilibus.*

Nec obſtat ex aduerſo deducta ſingularitas horum teſtium, quia primò dicitur, quod etiam ſingularitas ſit diuerſificatiua, non tamé
4 tollit † teſtibus fidem, quando tendit ad eundem rei finem, prout in caſu noſtro, *l. qui ſententiam, C. de pœnis. Cald. in capitulo licet cauſam, nume. 10. in fine, extra de probation. Iaſ. in d. l. admonendi, nu. 25. & ſeq. vbi etiam Ripa, numero 205. ver. eſt verum. Franc. Curt. in tract. de teſtib. concluſione vndecima, numero vigeſimo quinto, Lanfranc. de teſtib. verſ. iſtud eſt notabile dictum.*

Secundo dicitur quod teſtes ſingulares plenè pro-

nè probant† quando agitur de probando ali 5
quod totum, & vnus probat de vna parte, alter autem de alia parte ex quibus perficitur illud totum (prout in caſu noſtro eſt, ſcribere, & tranſmittere literas) ideo coniunguntur teſtes, quando vnus deponit quod vidit ſcribere, alter autem, quod tranſmiſit dictas litteras. *Abb. in dicto capitulo licet ex quadam, num. vndecimo & duodecimo, vbi etiam Felyn. colum. quinta poſt med. verſiculo adde etiam iſtu, &c. extra, de teſtibus.*

Tertio in grauioribus, & atrocioribus delictis, ac præſertim ijs quæ ſunt difficilis probationis (prout eſt delictum de quo agitur)
ſingularitas † diuerſificatiua non diminuit 6
de fide teſtium. *Marſil. conſilio 1. numero 27. Riminal. iun. conſilio 7. numero 50. libro primo. Et inter criminal. diuerſ. conſilio 85. numero 6. libro ſecundo, Bertazzol. conſ. 275. nu. 5. & ſequen. Ioan. Bap. Ferr. conſil. 160. numero 11.*

Quarto nec forſan eſſet inconueniens dicere, quod ex quo iſte ſecundus teſtis deponit de conſignatione epiſtolę ſibi facta, cum commiſſione, vt illam tranſmitteret N. prout tranſ
miſit, idcirco tanquam deponens de facto † 7
proprio, plenè probet. Gabriel. (qui in terminis loquitur de commiſſione facta teſti deponenti) *tit. de teſtib. concluſ. 1. nu. 20.* præſertim
in caſu in quo veritas † per alios teſtes haberi 8
non poteſt. *Butr. in cap. cum olim, nu. 10. de dolo & cont. & in cap. cum dilecti, num. 25. extra de elect.*

Hacte-

Habemus itaque in caſu noſtro contra Fratrem C. duos teſtes, quorum vnus, vel de per ſe plenè probat, vel ſaltem ſimul iuncti optimè concludunt, primas literas transmiſſas N. eius manu fuiſſe conſcriptas.

Secundò principaliter habemus contra eundem Fratrem C. aliam probationem, quod poſteriores literæ fuerint eadem manu conſcriptæ, qua priores literę de quibus ſuprà, &c.
9 & ſic manu dicti Fratris C. quæ † probatio deſumpta eſt ex comparatione literarum primæ Epiſtolæ cum prioribus, & quod ſola comparatio literarũ ſufficiens ſit ad hanc probationem, tenuit *Bartol in l. nuda ratio, num. 10. ff. de donation.* quem ſequuti ſunt *Felyn. in cap. 2. num. 17. de fide inſtrum. & ibi in addit. vbi de communi. Ripa ibidem, num. 132. & ſequen. Ruyn. conſil. 11. num. 8. lib. 3. & conſil. 70. num. 4. lib. 4. vbi pariter de communi. Gramm. deciſ. 34. num. 16. Idem Gramm. in addit. ad Afflic. ex aduerſo dicta deciſ. 181. & ibi etiam Vrſil. nu. 5. iunct. num. 9. & omnibus ſequent.* vbi ri probat contrarium tenentes, & ita aliàs in praxi obtinuiſſe, & in Sacro apud eum Conſilio fuiſſe ſeruatum, teſtatur *Strach. de Mercat. in tit. quom. in cauſ. Mercat. proced. ſit, num. 17.* vbi quod ita receptum eſt, *Burſat. conſ. 39. num. 25. lib. 1. vbi de communi. Maſcard. qui alios plures refert in tit. de probation. lib. 1. concluſione 330. nu. 9. & ſequẽ.* vbi relatis & reprobatis contrarijs, teſtatur de veriori & receptiori opinione, quam etiam Rota Rom. ſequuta eſt, vt per *Peregr. deciſ. 227. lib. 1.*

tit. de

tit. de fide inſtrumen. in cap. in cauſ. Romana de Pichis, & in alia Barchinonen. matrimonii coram D. Robuſterio, die 31. Ianuarij 1565.

Concludo igitur, quod cum probatũ ſit, dictum Fratrem C. priores literas ſcripſiſſe, probatumque ſit, poſteriores literas eadem manu dicti Ftatris Camilli per primarum comparationem ſcriptas fuiſſe, plene delictum de quo agitur probatũ fuiſſe, proptereaque, vel † tan- 10
quam conuictus condemnari debet, ad tradita per *Gramm. conſ. 12. num. 22. & ſequen. Crauet. conſ. 178. nu. 10. Brũ. de inditiis, & tort. 2. parte, quaſt. 5. num. 15. & 16. Iodoc. in pract. Criminali, cap. 35. nu. 3. Gomez. var. reſol. tomo 3. capit. 13. Rubr. de tortura reorum num. 20.*

Vel poſtquàm fuit per duas vices tortus, alia vice ipſum torqueri, & quidem acriori tormento, tum propter atrocitatem delicti, tum propter grauitatem probationũ contra ipſum laborantium: ex grauitate enim † indiciorum, 11
poſſe quandoq; iudicem ad tertiam torturam deuenire, ſcripſerunt *Blanch. de indic. nu. 222. ad finem. Carcer. in pract. Crimin. §. circa ſextum, de repetit. tortura, num 13. verſi. ſi vero indicia ſunt vrgentiſſima iuncto num. 26. Boſſ. in tit. de tort. reor. num. 44. Franc. Perſonal. in tit. de inditiis & tortura num. 86. Flamin. Cartar. in pract. inter. reor. libro 4. cap. 1. num. 163. verſic. ſi inditia ſunt vrgentiſſima,* ergò multo magis ex perfecta probatione.

Vel extrà ordinem condemnari, † non ob- 12
ſtante tortura illata, iuxtà communem obſer-

teſtes deponant † ſe præſentes fuiſſe quando ille ſcripſit dictam ſcripturam. *Alexan. conſil. 76. numero 4. libro tertio, ſequitur Dec. conſilio 615. numero 3. circa med.* Sed nos in hac re habemus vnicum teſtem. Nec poteſt dici, quod iſte teſtis iunctus cũ alio, qui deponit ſibi conſignatas fuiſſe litteras, plenè ꝓbet, quia iſti teſtes tunc ſingulares in ſuis dictis, vt patet, & ſic imperfecti: imperfectæ † autem probationes in criminalib. nõ coniunguntur ad faciendam ple- 14 nam probationem. Notat *Bartol. in lege ſi quis ex argentariis, §. 1. ff. de eden. Alexan. conſilio 143. numero 1. lib. 2. Cæpoll. conſ. 32. refert & ſequitur Dec. dicto conſ. 615. nu. 10.* qui ſeipſum citat *in capit. cum cauſam. de probat. & conſ. 429.*

Secundo licet primus teſtis deponat ſuper facta principali videlicet ſcripturæ literarum, alius tamen, qui ſibi conſignatas fuiſſe dictas literas, deponit ſuper indicio, non ſuper facto, indicia autẽ † debent ꝓbari per duos teſtes, nec ſufficit probare per vnum, *Bartol. in l.* 15 *fin. numero 7. verſ. quæro, qualiter debeat probari indicium, ff. de qu. citando gloſ. in lege prima, C. Famil. hercıſun.* dato igitur quod primus teſtis faciat ſemiplenã ꝓbationem, ſecundus tamen non facit aliam ſemiplenam, ergò claudicat in parte iſta probatio, ergò ab ea non poteſt ſumi comparatio vt latè infra dicam.

Tertio, etiam nõ eſt probata d. ſcriptura ad effectum faciẽdi dictam comparationẽ, ex ijs

quæ notat *Angel.in Authen. Si quis vult cautè, Cod. qui potior.in pign.habeantur,* vbi dicit, quod ſi ſit ſcriptura priuata, prout in caſu iſto agitur, non poteſt peti vt propter illam fiat cōpara-
16 tio literarum, niſi habeat † ſubſcriptionem trium teſtium, vel probetur per teſtes, qui illam ſcribi viderũt, refert *Dec. dicto conſi. 615. nu. tertio,* vel ſit ſcriptura publica, vel iudicialis, vel aliàs omnino certa, & indubitata, vt latè dicam infra in ſecunda rationæ ſecundæ conclusionis. Quę ſi neceſſaria ſunt in ciuilibus, multo magis in criminalibus, in quibus pro-
17 bationes † de neceſſitate concludere debent, & eſſe clariores, & ideò præſũptiones, quæ in ciuilib. admitterentur, in criminalibus non ſufficiunt ad condemnandũ, *Dec. vbi ſupra, n. 3.*

Quantum etiam ad ſecundam concluſionem attinet, dico, quod nec ipſa probata eſt, ſcilic. quod Frater C. ſcripſerit ſecundas literas, arguendo à comparatione litterarum, vltra quam Fiſcus nihil habet in proceſſu.

Primo, quia quando agitur criminaliter,
18 ſola litterarum † comparatio non probat. *Viuius relatus lib. 3. com. opin. diuerſ. verbo, comparatio fol. 116. col. 2. numero 95. tom. 1.* citando Decium *dicto conſilio 615.* per quam declarationem limitantur copiosè, & ſubtiliter deducta in formatione pro Fiſco, ſ. quod locum habeant in Ciuilibus non in Criminalibus.

Secundo quia vt ſupra dicebam, comparatio literarum non poteſt fieri, niſi ſcriptura

per

per quam fieri debet comparatio, habeat ſub-
ſcriptionem trium teſtiũ, vel probetur per te-
ſtes, qui illam † viderunt ſcribere, *ita Afflic. de-* 19
*ciſ. Neap. 181. Sequitur Dec. d. conſili. 615. & eſt caſus
in Authent. de inſtru. cau. & fide. §. ſi quis igitur, col-
lat. 6.* vbi ex huiuſmodi literarum compara-
tione Iudicem minimè ad † Iudicandum mo- 20
ueri iubet Imper. ſed teſtium etiam probatio-
nes voluit adhiberi (ponderando verba illa,
ex vtroq; fidem percipias) de quo lex. Memi-
nit ad hoc propoſitum, Caball. qui alios citat
Milleloq. 956. par. 2. quibus addo *Purpur. in con-
tra citata l. admonendi, num. 168. & ſequent. & reſo-
lutè ſcripſit Menoch. de arbitr. iudic. caſu 114. nume-
ro 29. Centur. 2.* quod ſcripturę è quibus cõpara
tio ſumitur, debent eſſe certæ, & veræ, illius
qui aſſeritur ſcripſiſſe ſcripturam contentio-
ſam, & quod duo ſaltem † teſtes in iudicio de- 21
ponant, illas ſcripturas eſſe ſcriptas manu illi-
us ſe præſentibus, verba ſunt clara *in lege Com-
parationes.* Sancimus non licere comparatio-
nes literarum ex chirographis fieri, niſi triũ
teſtium habuerint ſubſcriptiones, vt prius li-
teris ipſorum fides imponatur, vel ipſis hoc
deponentibus ſiue cunctis, ſiue omnimodo
duobus. In hanc ſententiam addit *Menochius
Ludouic. deciſ. Peruſ. 7. numero 6. parte 1.*

Tertio, quia literarum comparatio ſemi-
plenam † tantum, non autem plenam proba- 22
tionem facit, ſic tenuere *Bartol. Aret. Felyn. A-
lexa. Bertrand. Curt. ſenior. Ruin. allegati ab eodem*

Menoch. in dicto caſu 114. numero ſexto, ſecundum communem. per Burſatum conſilio 123. numero 21. libro 1. poſt Roland. conſilio 29. numero 12 libro 1. Quinimò ſubdit idem Menoc. *numero* 7. quod neque abſolutè dicere poſſumus, talem comparationem facere ſemiplenam probationem ratione de qua ibi: ſed quicquid ſit, quoniam ſumus in ſcriptura priuata, ſimplici, nō publica, non archiuiali, non iudiciali, non ſolenni, non ſubſcripta, non confeſſata, non probata concludenter, quod tunc comparatio non probet, ſcripſere Doct. allegati à Firmano, *in verbo Comparatio, numero 20.* Ratio autem horum omnium eſſe poteſt, quia iſte cōparationes literarū periculoſæ † ſunt, ita Apo-
23 ſtil. ad *Deciū dicto conſilio 65. in verbo deciſio,* in tantum, vt Baldus dixerit, quod licet per ſolum iudicem fieri poſſint, cautius eſt tamen
24 quod ſecū habeat duos † literarū peritos, qui iurent, inſpiciant ſtylum, formam literarum, minutarum, & groſſarum, *dicta legē comparationes, quæſtione ſexta, vbi etiam Salice.* nam in tractibus literarum, ſignis, & notis, ſtat oculus comparantis. *Idem. Bald in ſecunda Conſtitutione Codic. §. cordi. Notatur in capitulo quam graui, vbi Abb. extra de criminal. falſ.* & quod non debeant adhiberi ſuſpecti, & quod ad eam debeat cum magna difficultate deueniri, dixere, *Curt. & Purpurat. dicta lege, admonendi.* De facili enim reperiuntur, qui literas alienas æmulantur, aut contra faciunt, & ſæpiſſimè videmus, multos ob hoc

hoc crimen capite plecti, & in hoc propoſito dixit idem *Menoch. dicto caſu 114. numero decimo quinto*, quod ſunt aliqui, qui alterius manum ita fingunt, vt † illam ipſam ſcripturam eſſe dicamus, vt aliquos retulit, quos vidit *Marſilius in Rubr. C. de probation. numero* 18. & de quodam Monacho *Zaſius*, (mendoſè tamen allegatus) *libro ſecundo, reſponſ. capitulo vigeſimo quinto.* Et de quodam Romæ ſuſpenſo tempore Pij V. qui ita adulterabat manum Summi Pont. vt etiam Sanctitas Sua vix recognoſcere poſſet manum ſuam ab illa, nec Reuerendiſſimus Datarius Maſſæus, ſcribit *Ludouic. dicta deciſ. Peruſ. 7. numero decimo quinto, parte prima.* Fallax ergo omnium eſt probatio, quę fit per comparationem literarum, vt concluſit *Zaſius conſ. 3. numero 63. libro ſecundo.* Et propterea vbi ſunt aliæ † probationes, comparatio ipſa fieri non debet. *Angel. in dicta Authent. de inſtrum. cautela & fide, §. ſi quis igitur.* Propter has difficultates dubitarunt aliqui, an huiuſmodi comparationis examinatio † delegari poſsit, *Felyn. in capitulo ſecundo, in fine, de Inſtr.* & quod non poſſit committi, ſcripſit *Bal. in Auth. Sed nouo iure, C. ſi cer. pet. ver. dubitatur tamen vtrum Iudex*, nil ergo mirũ, ſi cum huiuſmodi comparatio tantis difficultatib. laboret, voluerint Doc. quod ex ipſa vix ſemiplena probatio habeatur: & quod plus eſt, quod † non faciat abſolute indiciũ ad torturam, ſed ita demum, ſi perſonarum qualitas hoc exigat, ſcriptum reliquit *Purpur. in dicta l.*

25 26 27 28

admonendi, numero 187. prout non erat qualitas dicti Fratris C. qui probatus fuerat, eſſe bonæ vocis, conditionis, & famæ, vnde merito poteſt dici id, quod ſcripſit Excelllentiſ. Romanus Aduocatus, (licet alia ratione) quod melius erat dictũ Frat. C. torturæ non ſubijcere.

Quarto, quia cum certus ſit præſcriptus modus, qui obſeruari debet in faciendis huiuſmodi comparationibus, & quod debeat dari iuramentum ei, qui comparationi innititur
29 ſe non habere aliam † probationem, & quod nihil fraudis egit circa dictam comparationem fiendam. *Bald. & Salyc. per illum tex. in d. le. comparationes, Idem Bald. in authent. Sed nouo iure. circa finem. verſ. ſed nunquid poßit. C. ſi cert. petat.* vltra alia requiſita, quæ ponuntur à *dicto Menoch. d. caſu 114. & à Ludouic. d. deciſ. 7.* nullumque fortè ex dictis requiſitis, aut vnum tantum ſit ſeruatum, comparatio non pariet effectum probationis, quod præſupponitur ex aduerſo:
30 quia comparatio † facta non ſeruatis ſeruandis, nulla eſt *Iaſ. conſil. 4. numero 6. lib. 2.*

Concludo ergo, quod ſiuè inſpiciamus Epiſtolam ex qua, ſiue effectum cõparationis, ſiuè requiſita ad ipſam, nullo modo poſſe dici dictam præfatam Epiſtolam probari ſcriptam manu dicti Fratris C. neque ab ipſa comparatione probari ſecundas Epiſtolas, tum quia primæ literæ non ſunt probatæ, tum quia cõparatio non inducit plenam probationẽ, maximè, quia facta fuit non ſeruatis ſeruãdis, & ſimus

ſimus in cauſa criminali, non in ciuili, in qua locum obtinent allegata ex aduerſo. Nullo igitur modo dictus Frater C. vel poterit iterũ torqueri (ſicuti nec forſan potuit ab initio) aut aliquo modo condemnari, quia & iuuat repetere: ſcriptura ex quo nõ eſt certa, & ꝓbata, cõparatio nõ facta ſeruatis ſeruãdis, quę ẽt ſi legitimè facta fuiſſet, adhuc ex ea plenę probationis effectus non reſultaret. Quarum opinionum reſolutio, & deciſio adhuc expectatur ab vrbe.

EPITOME.

Teſtes qui reijciãtur à teſtimonio in criminalibus, vt non examinentur, & examinati non probent, vel de falſo puniri poſſint.

SVMMARIA.

1 *Teſtis vnus, de confeſſione extraiudiciali non facit indicium ad torturam.*
2 *Teſtes ad offenſam non admittuntur attinentes rei, ad defenſam vtique.*
3 *Teſtis infamis non probat.*
4 *Teſtis varius non probat, etiam ſi tortus aliter depoſuerit.*
5 *Teſtis varius non facit indicium ad inquirendum.*
6 *Teſtes diſcordantes in verbis formalibus, non probant.*
7 *Teſtes non repetiti parte citata, non probant.*
8 *Teſtes ad offenſam non admittuntur domeſtici, ſecus tamen ad defenſam.*

de vna parte, alter autem de alia parte ex quibus perficitur illud totum.

6 *Singularitas nõ attenditur, quando agitur de grauioribus, & atrocioribus delictis difficilima probationis.*

7 *Teſtis deponens de facto proprio, plenè probat.*

8 *Quando veritas aliter haberi non poteſt, qualibet probatio admittitur.*

9 *Comparatio litterarum ſufficiens eſt ad probandũ auctorem, ſeu conſcriptorem.*

10 *Conuictus, abſque alio, condemnari poteſt.*

11 *Grauitas delictorum ac indiciorum contra reum exiſtentium operatur, vt tortura etiam tertio repeti poßit.*

12 *Non plene conuictus, poteſt extraordinariè condemnari.*

13 *Scriptura vt ſit ſcripta manu alicuius, & ſic probet, oportet quod teſtes deponant ſe præſentes fuiſſe quando ille ſcripſit.*

14 *Imperfectæ probationes non coniunguntur ad faciendam plenam probationem.*

15 *Quodlibet indiciũ debet ſaltem probari per duos teſtes.*

16 *Comparatio literarum non poteſt fieri, niſi habeat ſubſcriptionem trium teſtium.*

17 *Probationes in criminalibus debent de neceßitate concludere.*

18 *Comparatio literarum non probat.*

19 *Scriptura per comparationem non probatur, niſi probetur per teſtes, qui illam viderint ſcribere.*

20 *Iudex ex comparatione literarum tantũ, contra reum iudicare non debet.*

21 Duo

21 *Duo teſtes requiruntur ad probandum in iudicio ſcripturas eſſe ſcriptas manu N.*

22 *Comparatio literarum ſemiplenam tantum facit probationem.*

23 *Comparatio literarum periculoſa dicitur.*

24 *Ad probandam ſcripturam fuiſſe manu N. ſcriptam, requiruntur duo periti, in iudicio ita deponentes.*

25 *Multi ſunt qui manus alterius fingunt.*

26 *Vbi ſunt aliæ probationes, comparatio ipſa fieri non debet.*

27 *Comparatio literarum delegari non poteſt.*

28 *Comparatio literarum abſolutè indicium non facit ad torturam.*

29 *Ad comparationem literarum non debet deueniri, niſi dato prius iuramento ei, qui comparationi innititur, & iuret ſe non habere aliam probationem.*

30 *Comparatio facta, nō ſeruatis ſeruandis, nulla eſt.*

DECISIO LII.

LIcet frater C.C. bis fuerit tortus, pro eruenda veritate, an vltimas illas litteras, de quibus in proceſſu, conſcripſerit, ipſeque ſemper in negatiua perſtiterit, nihilominus adhuc videtur ipſum debere condemnari, vel pœna ordinaria, vel tertiò, acriori tormento ſubijci, vel demum, extra ordinem puniri.

Primo enim concludenter, & ſufficienter probatum eſt, ipſum ſcripſiſſe literas priores trans-

tranſmiſſas N. de quibus dictum in proceſſu, cum enim habeamus in primis vnum teſtem, qui deponit ſe fuiſſe præſentem, quando dictus Frater N. epiſtolam ſcripſit, ſine dubio oritur ex tali depoſitione ſemiplena pro-
1 batio; quia † vbi duo teſtes plenè probant ibi-
2 dem etiam vnus † ſemiplene probat. *cap. veniens, & cap. licet, extra de teſtibus gloſ. in lege tertia, in verbo, decidi oportet. C. de reb. credit. Curt. in lege admonendi, numero 187. ff. de iureiuran. Nell. de teſtib. numero 85. in fine & ſeq.* Cum etiam habeamus teſtem deponentem, ſibi prædictam epiſtolam traditam à fratre C. vt illam tranſmitteret N.
3 prout fecit, vtique ex † iſtis duobus teſtibus, ipſum plene conuictum eſſe dicendum eſt, per Regulam, quod duo teſtes plenè probant, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, etiam ad condemnandum. *cap. nullam, §. ſed hoc, in fine, 2. quæſtion. 4. cum ſimilibus.*

Nec obſtat ex aduerſo deducta ſingularitas horum teſtium, quia primò dicitur, quod etiam ſingularitas ſit diuerſificatiua, non tamē
4 tollit † teſtibus fidem, quando tendit ad eundem rei finem, prout in caſu noſtro, *l. qui ſententiam, C. de pœnis. Cald. in capitulo licet cauſam, nume. 10. in fine, extra de probation. Iaſ. in d. l. admonendi, nu. 25. & ſeq. vbi etiam Ripa, numero 205. ver. eſt verum. Franc. Curt. in tract. de teſtib. concluſione vndecima, numero vigeſimo quinto, Lanfranc. de teſtib. verſ. iſtud eſt notabile dictum.*

Secundo dicitur quod teſtes ſingulares plenè pro-

nè probant† quando agitur de probando ali 5
quod totum, & vnus probat de vna parte, alter autem de alia parte ex quibus perficitur illud totum (prout in caſu noſtro eſt, ſcribere, & tranſmittere literas) ideo coniunguntur teſtes, quando vnus deponit quod vidit ſcribere, alter autem, quod tranſmiſit dictas litteras. *Abb. in dicto capitulo licet ex quadam, num. vndecimo & duodecimo, vbi etiam Felyn. colum. quinta poſt med. verſiculo adde etiam iſtu, &c. extra, de teſtibus.*

Tertio in grauioribus, & atrocioribus delictis, ac præſertim ijs quæ ſunt difficilis probationis (prout eſt delictum de quo agitur)
ſingularitas † diuerſificatiua non diminuit 6
de fide teſtium. *Marſil. conſilio 1. numero 27. Rimi-nal. iun. conſilio 7. numero 50. libro primo. Et inter criminal. diuerſ. conſilio 85. numero 6. libro ſecundo, Bertazzol. conſ. 275. nu. 5. & ſequen. Ioan. Bap. Ferr. conſil. 160. numero 11.*

Quarto nec forſan eſſet inconueniens dicere, quod ex quo iſte ſecundus teſtis deponit de conſignatione epiſtolę ſibi facta, cum commiſſione, vt illam tranſmitteret N. prout tranſ
miſit, idcirco tanquam deponens de facto † 7
proprio, plenè probet. Gabriel. (qui in terminis loquitur de commiſſione facta teſti deponenti) *tit. de teſtib. concluſ. 1. nu. 20.* præſertim
in caſu in quo veritas † per alios teſtes haberi 8
non poteſt. *Butr. in cap. cum olim, nu. 10. de dolo & cont. & in cap. cum dilecti, num. 25. extra de elect.*

Hacte-

Habemus itaque in caſu noſtro contra Fratrem C. duos teſtes, quorum vnus, vel de per ſe plenè probat, vel ſaltem ſimul iuncti optimè concludunt, primas literas transmiſſas N. eius manu fuiſſe conſcriptas.

Secundò principaliter habemus contra eundem Fratrem C. aliam probationem, quod poſteriores literæ fuerint eadem manu conſcriptæ, qua priores literę de quibus ſuprà, &c.
9 & ſic manu dicti Fratris C. quæ † probatio deſumpta eſt ex comparatione literarum primæ Epiſtolæ cum prioribus, & quod ſola comparatio literarũ ſufficiens ſit ad hanc probationem, tenuit *Bartol in l. nuda ratio, num. 10. ff. de donation.* quem ſequuti ſunt *Felyn. in cap. 2. num. 17. de fide inſtrum. & ibi in addit. vbi de communi. Ripa ibidem, num. 132. & ſequen. Ruyn. conſil. 11. num. 8. lib. 3. & conſil. 70. num. 4. lib. 4. vbi pariter de communi. Gramm. deciſ. 34. num. 16. Idem Gramm. in addit. ad Afflic. ex aduerſo dicta deciſ. 181. & ibi etiam Vrſil. nu. 5. iunct. num. 9. & omnibus ſequent.* vbi reprobat contrarium tenentes, & ita aliàs in praxi obtinuiſſe, & in Sacro apud eum Conſilio fuiſſe ſeruatum, teſtatur *Strach. de Mercat. in tit. quom. in cauſ. Mercat. proced. ſit, num. 17.* vbi quod ita receptum eſt, *Burſat. conſ. 39. num. 25. lib. 1. vbi de communi. Maſcard. qui alios plures refert in tit. de probation. lib. 1. concluſione 330. nu. 9. & ſequẽ.* vbi relatis & reprobatis contrarijs, teſtatur de veriori & receptiori opinione, quam etiam Rota Rom. ſequuta eſt, vt per *Peregr. deciſ. 227. lib. 1. tit. de*

tit. de fide inſtrumen. in cap. in cauſ. Romana de Pichis, & in alia Barchinonen. matrimonii coram D. Robuſterio, die 31. Ianuarij 1565.

Concludo igitur, quod cum probatū ſit, dictum Fratrem C. priores literas ſcripſiſſe, probatumque ſit, poſteriores literas eadem manu dicti Fratris Camilli per primarum comparationem ſcriptas fuiſſe, plene delictum de quo agitur probatū fuiſſe, proptereaque, vel † tan- 10
quam conuictus condemnari debet, ad tradita per *Gramm. conſ. 12. num. 22. & ſequen. Crauet. conſ. 178. nu. 10. Brū. de inditiis, & tort. 2. parte, quaſt. 5. num. 15. & 16. Iodoc. in pract. Criminali, cap. 35. nu. 3. Gomez. var. reſol. tomo 3. capit. 13. Rubr. de tortura reorum num. 20.*

Vel poſtquàm fuit per duas vices tortus, alia vice ipſum torqueri, & quidem acriori tormento, tum propter atrocitatem delicti, tum propter grauitatem probationū contra ipſum laborantium: ex grauitate enim † indiciorum, 11
poſſe quandoq; iudicem ad tertiam torturam deuenire, ſcripſerunt *Blanch. de indic. nu. 222. ad finem. Carcer. in pract. Crimin. §. circa ſextum, de repetit. tortura, num 13. verſi. ſi vero indicia ſunt vrgentiſſima iuncto num. 26. Boſſ. in tit. de tort. reor. num. 44. Franc. Perſonal. in tit. de inditiis & tortura num. 86. Flamin. Cartar. in pract. inter. reor. libro 4. cap. 1. num. 163. verſic. ſi inditia ſunt vrgentiſſima,* ergò multo magis ex perfecta probatione.

Vel extrà ordinem condemnari, † non ob- 12
ſtante tortura illata, iuxtà communem obſer-

teſtes deponant † ſe præſentes fuiſſe quando ille ſcripſit dictam ſcripturam. *Alexan. conſil. 76. numero 4. libro tertio, ſequitur Dec. conſilio 615. numero 3. circa med.* Sed nos in hac re habemus vnicum teſtem. Nec poteſt dici, quod iſte teſtis iunctus cũ alio, qui deponit ſibi conſignatas fuiſſe litteras, plenè ꝓbet, quia iſti teſtes tunc ſingulares in ſuis dictis, vt patet, & ſic imperfecti: imperfectæ † autem probationes in criminalib. nõ coniunguntur ad faciendam ple- 14
nam probationem. Notat *Bartol. in lege ſi quis ex argentariis, §. 1. ff. de eden. Alexan. conſilio 143. numero 1. lib. 2. Capoll. conſ. 32. refert & ſequitur Dec. dicto conſ. 615. nu. 10.* qui ſeipſum citat *in capit. cum cauſam. de probat. & conſ. 429.*

Secundo licet primus teſtis deponat ſuper facta principali videlicet ſcripturæ literarum, alius tamen, qui ſibi conſignatas fuiſſe dictas literas, deponit ſuper indicio, non ſuper facto, indicia autẽ † debent ꝓbari per duos teſtes, nec ſufficit probare per vnum, *Bartol. in l.* 15
fin. numero 7. verſ. quæro, qualiter debeat probari indicium, ff. de qu. citando gloſ. in lege prima, C. Famil. herciſun. dato igitur quod primus teſtis faciat ſemiplenã ꝓbationem, ſecundus tamen non facit aliam ſemiplenam, ergò claudicat in parte iſta probatio, ergò ab ea non poteſt ſumi comparatio vt latè infra dicam.

Tertio, etiam nõ eſt probata d. ſcriptura ad effectum faciẽdi dictam comparationẽ, ex ijs

quæ notat *Angel.in Authen. Si quis vult cautè, Cod. qui potior.in pign.habeantur*, vbi dicit, quod ſi ſit ſcriptura priuata, prout in caſu iſto agitur, non poteſt peti vt propter illam fiat cōpara-
16 tio literarum, niſi habeat † ſubſcriptionem trium teſtium, vel probetur per teſtes, qui illam ſcribi viderūt, refert *Dec. dicto conſi. 615. nu. tertio*, vel ſit ſcriptura publica, vel iudicialis, vel aliàs omnino certa, & indubitata, vt latè di cam infra in ſecunda rationæ ſecundæ concluſionis. Quę ſi neceſſaria ſunt in ciuilibus, multo magis in ctiminalibus, in quibus pro-
17 bationes † de neceſſitate concludere debent, & eſſe clariores, & ideò præſumtiones, quæ in ciuilib. admitterentur, in criminalibus non ſufficiunt ad condemnandū, *Dec. vbi ſupra, n. 3.*

Quantum etiam ad ſecundam concluſionem attinet, dico, quod nec ipſa probata eſt, ſcilic. quod Frater C. ſcripſerit ſecundas literas, arguendo à comparatione litterarum, vltra quam Fiſcus nihil habet in proceſſu.

Primo, quia quando agitur criminaliter,
18 ſola litterarum † comparatio nou probat. *Viuius relatus lib. 3. com. opin. diuerſ. verbo, comparatio fol. 116. col. 2. numero 95. tom. 1.* citando Decium *dicto conſilio 615.* per quam declarationem limitantur copioſè, & ſubtiliter deducta in formatione pro Fiſco, ſ. quod locum habeant in Ciuilibus non in Criminalibus.

Secundo quia vt ſupra dicebam, comparatio literarum non poteſt fieri, niſi ſcriptura per

per quam fieri debet comparatio, habeat ſubſcriptionem trium teſtiũ, vel probetur per teſtes, qui illam † viderunt ſcribere, *ita Aſſlic.deciſ.Neap.181. Sequitur Dec.d.conſili. 615.& eſt caſus in Authent.de inſtru.cau. & fide.§.ſi quis igitur, collat.6.* vbi ex huiuſmodi literarum comparatione Iudicem minimè ad † Iudicandum moueri iubet Imper. ſed teſtium etiam probationes voluit adhiberi (ponderando verba illa, ex vtroq; fidem percipias) de quo lex. Meminit ad hoc propoſitum, Caball. qui alios citat *Milleloq. 956. par. 2.* quibus addo *Purpur. in contra citata l. admonendi, num. 168. & ſequent. & reſolutè ſcripſit Menoch. de arbitr. iudic. caſu 114. numero 29. Centur. 2.* quod ſcripturę è quibus cõparatio ſumitur, debent eſſe certæ, & veræ, illius qui aſſeritur ſcripſiſſe ſcripturam contentioſam, & quod duo ſaltem † teſtes in iudicio deponant, illas ſcripturas eſſe ſcriptas manu illius ſe præſentibus, verba ſunt clara *in lege Comparationes.* Sancimus non licere comparationes literarum ex chirographis fieri, niſi triũ teſtium habuerint ſubſcriptiones, vt prius literis ipſorum fides imponatur, vel ipſis hoc deponentibus ſiue cunctis, ſiue omnimodo duobus. In hanc ſententiam addit *Menochius Ludouic. deciſ. Peruſ. 7. numero 6. parte 1.* 19 20 21

Tertio, quia literarum comparatio ſemiplenam † tantum, non autem plenam probationem facit, ſic tenuere *Bartol. Aret. Felyn. Alexa. Bertrand. Curt. ſenior. Ruin. allegati ab eodem* 22

hoc crimen capite plecti, & in hoc propoſito dixit idem *Menoch. dicto caſu 114. numero decimo quinto*, quod ſunt aliqui, qui alterius manum ita fingunt, vt † illam ipſam ſcripturam eſſe dicamus, vt aliquos retulit, quos vidit *Marſilius in Rubr. C. de probation. numero*, 18. & de quodam Monacho Zaſius, (mendoſè tamen allegatus) *libro ſecundo, reſponſ. capitulo vigeſimo quinto*. Et de quodam Romæ ſuſpenſo tempore Pij V. qui ita adulterabat manum Summi Pont. vt etiam Sanctitas Sua vix recognoſcere poſſet manum ſuam ab illa, nec Reuerendiſſimus Datarius Maffæus, ſcribit *Ludouic. dicta deciſ. Peruſ. 7. numero decimo quinto, parte prima*. Fallax ergo omnium eſt probatio, quę fit per comparationem literarum, vt concluſit *Zaſius conſ. 3. numero 63. libro ſecundo*. Et propterea vbi ſunt aliæ † probationes, comparatio ipſa fieri non debet. *Angel. in dicta Authent. de inſtrum. cautela & fide, §. ſi quis igitur*. Propter has difficultates dubitarunt aliqui, an huiuſmodi comparationis examinatio † delegari poſsit, *Felyn. in capitulo ſecundo, in fine, de Inſtr.* & quod non poſſit committi, ſcripſit *Bal. in Auth. Sed nouo iure, C. ſi. cer. pet. ver. dubitatur tamen vtrum Iudex*, nil ergo mirũ, ſi cum huiuſmodi comparatio tantis difficultatib. laboret, voluerint Doc. quod ex ipſa vix ſemiplena probatio habeatur: & quod plus eſt, quod † non faciat abſolute indiciũ ad torturam, ſed ita demum, ſi perſonarum qualitas hoc exigat, ſcriptum reliquit *Purpur. in dicta l.*

25 26 27 28

ſimus in cauſa criminali, non in ciuili, in qua locum obtinent allegata ex aduerſo. Nullo igitur modo dictus Frater C. vel poterit iterũ torqueri (ſicuti nec forſan potuit ab initio) aut aliquo modo condemnari, quia & iuuat repetere: ſcriptura ex quo nõ eſt certa, & ꝓbata, cõparatio nõ facta ſeruatis ſeruãdis, quę ẽt ſi legitimè facta fuiſſet, adhuc ex ea plenę probationis effectus non reſultaret. Quarum opinionum reſolutio, & deciſio adhuc expectatur ab vrbe.

EPITOME.

Teſtes qui reijciãtur à teſtimonio in criminalibus, vt non examinentur, & examinati non probent, vel de falſo puniri poſſint.

SVMMARIA.

1 *Teſtis vnus, de confeſſione extraiudiciali non facit indicium ad torturam.*

2 *Teſtes ad offenſam non admittuntur attinentes rei, ad defenſam vtique.*

3 *Teſtis infamis non probat.*

4 *Teſtis varius non probat, etiam ſi tortus aliter depoſuerit.*

5 *Teſtis varius non facit indicium ad inquirendum.*

6 *Teſtes diſcordantes in verbis formalibus, non probant.*

7 *Teſtes non repetiti parte citata, non probant.*

8 *Teſtes ad offenſam non admittuntur domeſtici, ſecus tamen ad defenſam.*

† de confeſſione extraiudiciali, neque faceret 1
indicium ad torturam, notat *Blanc. in repetit. L. fin. ff. de quaeſtion. numero 206. Ludouic. Carer. in practica criminali in principio, numero 121.* Nec teſtes 2
attinentes † admitterentur ad offenſam, ſecus autem ad defenſam, notat *Marſil. in l. vnius, §. cogniturum. ff de quaeſtion. numero 52. Plot. in repetitione l. ſi quando, C. vnde vi, numero 141. Carer. in practica criminali in principio, numero 166. verſ. item limita ad defenſam.* teſtes infames † ſimiliter non 3
admittuntur, *Marſ. conſilio 74. numero 23. Grammaticus Voto 34. numero octauo, & nono, conſ. 35. numero 27. & conſ. 38. numero octauo.* Item & teſtis va- 4
rius † non probat, etſi exinde tortus aliter depoſuerit. *Decius conſilio 175. colum. 2. & conſ. 189. numero octauo, relat. à Bertazzol. conſ. 55. numero ſeptimo.*

Quinimo nec indiciũ facit ad † inquiren- 5
dum *Ruin conſ. 146. & 147. in 5. volum. & latè Bertazzol. qui multos congerit Authores in dicto conſilio 559. nume. 8.* Item teſtes † diſcordantes in ver- 6
bis formalibus, non probant, *Doct. in capit. nihil obſtat, de verborum ſignification. Alexan. conſ. 111. numero octauo. 3. volumine, & conſ. 150. incipien. In cauſa, & lite, &c. numero ſecundo, volum. 5. & conſ. 176. num. 1. volum. 7. Ruin. conſ. 149. numero 30. & ſequentib. & conſilio 150. numero vndecimo, in quinto, volum.* Et hi etiam qui parte † citata non ſunt 7
repetiti, non probant. *Salycet. in lege finali in fine, Codice, de quaeſtion. Marſili. practica criminali, §. nunc videndum, numero vigeſimo nono, Grãmaticus*

con-

conſilio 15. in principio, numero 122. 3. volum. verſiculo & intellige, &c. & Burſat. conſilio 34. numero 24. Bartol. in l. fin. ff. de quæſtion. Salyc. in l. fin. C. eodem. Aretin. in tractatu maleſic. in verbo fama publica, column. 5. verſic. qualiter probetur indicium. Alexand. conſ. 189. volumine 2. column. 3. Marſil in lege prima in principio, numero 4. ff. de quæſtion. Bertazz. conſ. 350. numero 6. & conſ. 553. numero 5. Item te-
8 ſtes † domeſtici non probant ad offenſam, vt à contrario ſenſu notant Doctores, *in lege vt vim, ff. de iuſtitia & iure. Bertazzol. conſ. 148. nu. 20. & conſ. 557. numero finali.* Item & ſingu-
9 laris † teſtis non probat. *l. iurisiurandi, Codice. de teſtibus, capitulo veniens, in fine. & capit. licèt, in fine de teſtibus. Roman. ſingula. 715. Bartolus in lege de quibus, prima lectura, ff. de leg. numero 37. Lanfranc. in capitulo quoniam contra, in verbo teſtium depoſitiones numero 28. & 29.* Item non meretur
10 fidem † teſtis qui de propria re agit, *lege nullus, ff. de teſtibus, & lege omnibus, Codice eodem titulo: Bertazzol. conſ. 531. numero 4.* Ac teſtis infamis,
11 † & malæ famæ, non probat *Grammat. Voto 34. num. 8. & conſ. 46. num. 23. idem Bertazzol. con. 528.*
12 Mercenarij † vel Garzoni, æquè non probant. *Bertazzol. conſ. 491. numero 12.* Item & omnes a-
13 lij teſtes † inhabiles non probant, quo ad condemnationem, ſecus autem vt faciant indicium ad torturam, idem Bertazzo. qui alios quãplures allegat *in conſ. 447. num. 2.* Teſtis non †
14 iuratus non probat *l. iurisiurandi, C. de teſtibus. Marſ. conſ. 2. num. 24. & ſequen. con. 12. num. 17. &*

conſ.

conſ. 29. num. 17. Item teſtis etiam non † iura- 15
tus tacens veritatem in criminalibus tenetur
pœna extraordinaria, non ordinaria falſi, & de
magis com̃uni atteſtatur. *Bertazzol. conſ. 37. n. 3.*
not. Bal. inc. 1. n. 5. in titulo, ſi de inueſtit. inter dom.
& Vaſal. lis erit. Qui autem iuratus † depoſuit 16
falſum, tenetur de falſo, *toto titulo ad leg. Corn.*
de falſis, & non iuratus † deponens in crimina- 17
libus, tenetur pœna falſi. *Burſat. conſ. 99. num.*
30. Et hanc eſſe communem voluit Clarus *in*
practica criminali, §. falſum, verſic. tu ſcis. Bartol. in
leg. ſi quis legatum in principio, num. 4. ff. de falſ. Sed
tacens † veritatem in iudicio, non punitur de 18
falſo. *Boſſ. in titulo de falſ. numero 139. & ſequen.*
Quia delictum in omittendo † longè minus 19
eſt, quàm in committendo, *Dec. Pedemont. 71.*
numero 37. Huius delicti grauitas tanta eſt, vt
vbicunque quis falſum † commiſerit, ibi fo- 20
rum ſortitur, adeò vt ſi Clericus vel Sacerdos
coram Iudice ſæculari depoſuerit falſitatem † 21
poteſt ab eo puniri iuxta formam tamen, &
ordinem, de quo ſuprà *hoc eodem lib. 2. deciſ. 8.* &
ideò Inquiſitor hæreticæ prauitatis falſos te-
ſtes coram † eo falſitatem deponentes, punit, 22
& hoc paſſim ſeruatur, *argumento legis nullum,*
Codice de teſtibus, Repertor. Inquiſitor. in verbo, teſtis
verſic. nunc videndum eſt. Zanchin. de hæretic. capit.
14. numero primo, Symanc. de Catholic. inſtitut. ca-
pit. 64. numero 90. Et hoc nedum militat in te-
ſte, ſed etiam in † ſubornatore, qui tenetur de 23
ſubor-

ſubornatione, licèt teſtes recuſauerint falſum dicere. *Doctores in l.1.§.perſuadere, de ſeruo corrupt. & in l.aduerſus, C.de furt. & ſer. corrupt. & in capit. 1. & cap.fin.de hom cid.in 6.* Nihilominus falſitas
24 commiſſa † contra Fiſcum eſt mitius punienda, *Marſil. in l.1 §.præterea, ff. ad legem Cornel. de ſicar. numero 6. Grammat. Voto 5. Foller. in practica crimin. in ſecunda parte, ſecundæ partis, in gloſ. Item quòd commiſit falſitatem, num 72. Boſſ. in titu. de falſ. num. 138.* Tho. Triuiſ. I. V. D.

EPITOME.

In dubio tam de iure patronatus, quam de ordinario, in beneficialibus vltimus ſtatus attenditur, & actio huiuſmodi, tam ciuilis, quam criminalis eſſe poteſt.

SVMMARIA.

1 *Iuris conferendi ex vnico actu acquiritur quaſi poſſeſsio.*

2 *Iuris eligendi & præſentandi an acquiratur quaſi poſſeſsio, ex vnico actu tantùm.*

3 *In præſentatione iuris patronatus, attenditur quaſi poſſeſsio.*

4 *Paria ſunt, quem eſſe patronum, vel in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi.*

5 *Præſentatio facta ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſsione iuris præſentandi, præfertur præſentationi factæ à proprietario iuris patronatus.*

6 *Vltima quaſi poſſeſsio attendenda eſt.*

7 In

7 In beneficialibus ſemper inſpicitur vltimus ſtatus.
8 Beneficii collatio ab ordinario palàm publiceq́ Capitulo aduerſario ſciente, & patiente facta, ſufficit.
9 Decretum alicuius nocet ei, qui decreuit.
10 Iuris ignorantia quando non excuſetur.
11 Tacita iuris renunciatio quando noceat renunciāti.
12 Collatio beneficii ſpectat ad eum qui eſt in poſſeſſione iuris conferendi.
13 Indulta Cardinalibus ordinariis collatoribus conceſſa quid operentur.
14 In beneficialibus latiſſima capitur interpretatio.
15 Collatio facta vigore indulti dicitur fieri poteſtate ordinaria.
16 Vſquequo conſtet de mala fide, præſumitur quis poſſidere bona fide.
17 Bona fides in dubio ſemper præſumitur, niſi mala concludenter probetur.
18 Bona fides inſurgit nedum ex iuſtis, verum etiam & ex temerariis cauſis.
19 Sola patientia in corporalibus loco tituli habetur.
20 Interpretatio ſumitur eo modo, vt collatio non reddatur inualida.
21 Bono viro credendum eſt.
22 In beneficialibus aliud non exigitur pro validitate prouiſionũ factarum niſi docere de poſſeſſione vel quaſi collatorum tempore prouiſionis factarum.

23 Con-

23 *Conſuetudo illa dicitur, quæ inducitur ex tacito conſenſu populi, vel maioris partis eorum.*

24 *Differentia quænam ſit inter conſuetudinem, & præſcriptionem.*

25 *Conſuetudo debet eſſe rationabilis.*

26 *In actibus voluntariis non inducitur conſuetudo.*

27 *Quæ ſunt meræ facultatis, & quæ ex gratia conceduntur, non inducunt conſuetudinem.*

28 *Præſcriptio non extenditur de ſimilib. ad ſimilia.*

29 *Illud dicitur tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum.*

30 *Ius aliud præſcribi poteſt, aliud non.*

31 *Canonici non dignitates dicuntur de capitulo.*

32 *Diſpoſitio loquens de beneficiis, non extenditur ad dignitates.*

33 *Ex diuerſo non fit illatio.*

34 *Præſumptio cum ſit odioſa, potius reſtringenda, quam amplianda.*

DECISIO LIIII.

CLarum eſt, quod tanquam administrator Eccleſiæ N. reperiebatur eſſe tempore vacationis Primiceriatus de quo agitur, prout eſt de præſenti Illuſtriſs. Dominus Epiſcopus N. in quaſi poſſeſſione iuris conferendi dictum Primiceriatum, quia collationes, & diſpoſitiones per Suffraganeos illis occurrente vacatione, vt infra dicetur, factæ eundem ac Epiſcopum pro tempore exiſtentem in dicta quaſi poſſeſſione iuris conferen-

ferendi poſuerunt, & illam acquiſiuerunt. Quia in his,& ſimilibus ex vnico † actu quaſi 1
poſſeſſio acquiritur, vt voluerunt *Alexan. conſilio 74.colum.3. volum.ſupradicto, Soc.ſen. conſilio 758.colum.1.* vbi per vnicum actum in his quæ non ſolent concedi ratione amicitię, vel fami liaritatis acquiritur quaſi poſſeſſio, vt in † a- 2
ctu electionis, & præſentationis, ſecundum *Innocent. in capitulo cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ.& propriet.Dec.conſilio 124.col.2.conſil. 124. colum.1.conſilio 128.colum.1.& ſequent. conſilio 129. colum.2.& conſilio 134.& conſilio 149. Moder.in tractatu præſcripti. in 5.parte princip.in 9.quæſt. colum. 3.quarta concluſio. Craueta conſil.124. colum.2.& 322.colum. & antepen.verſic. & conſidero.* Et ſicut in præſentatione,† quæ fit vigore iuris patro- 3
natus attenditur quaſi poſſeſſio illius. *capitulo conſultationibus, de iure patronat.* cum paria † ſint 4
quem eſſe patronum, vel in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi quantum ad propoſitum de quo tractatur, vt per *Card. conſilio 69.in ſecundo dubio,& ſequitur Rip. in dicto capitulo cum Eccleſia Sutrina.Butri.& Abb.in dicto capi.conſultationibus,* vbi dicunt, quod præſentatio † facta ab eo, 5
qui eſt in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi, præfertur præſentationi factæ à proprietario iuris patronatus, quod in terminis firmat *Rot. Deciſ.14.in ant.eodem tit.* Idem dicendum eſt in collatione facta ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione iuris conferendi, & propterea collatio facta R.D.N.de dicto primiceriatu tanquam

facta ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione iuris conferendi dictum Primiceriatum valida reputari debet, quinimò Canonizanda de iure venit.

Quia luce Meridiana, clarius apparet de collationibus factis, & Reueren. Domino, & N. vltimo dicti Primiceriatus poſſeſſori, quæ ſuum ſortitæ fuerunt effectum, ita quod clarè
6 liquet de eius vltima quaſi poſſeſſione, † quæ attendenda eſt, vt per *Oldrad. conſilio 321. Fred. de Senis conſilio 234. in ſecundo dubio, & Decius dicto conſilio 126. in princip.* vbi ad iudicandum, an beneficium cenſeri debeat, quod ſit in ſtatu iuris patronatus, vel liberæ collationis, inſpici-
7 tur † vltimus ſtatus, *Pariſ. conſilio 34. columu. 2. in princip. volum. 3. Crauet. dicto conſilio 323. colum. antepen. verſ. & conſidero.* Et ideo iſtæ vltimæ collationes factę, Reueren. N. & N. qui vltimo loco Primiceriatum obtinuerunt in vim colla-
8 tionum † ab Ordinario factarum palam, & publicè non ſolum ſciente, & patiente Capitulo, quod ſufficeret per ea quæ not. *Calderin. conſilio 3. & 6. de cauſa poſſeſſ. & propriet. & Decius in dicto conſilio 117. colum. 2. & Crauet. in eodem conſilio 322. verſic. iuſtificatur etiam*, verum etiam per capitulum Capitulariter congregatum debitæ executioni demandatæ fuerunt, quia vigore collationum huiuſmodi ipſos N. & N. Capitulariter tanquam Primicerios receperunt & poſſeſſionem Capitularem eis tradiderunt, ac ſucceſſiuè vigore collationum huiuſmo-

iuſmodi in poſſeſſionem dicti Primiceriatus induxerunt.

Quinimò idem Capitulum Capitulariter congregatum per expreſſum eius Decretum 10 † ſtatuit, & communiter declarauit, matura prius conſultatione, & deliberatione habita, collationem prædicti Primiceriatus minimè ad Capitulum, ſed ad prędictum Illuſtriſſimum Epiſcopum omninò pertinere, adeò vt nullus error pro parte dicti Capituli allegari valeat, ſed omninò eidem Capitulo nocere debeat Decretum prędictum ſiue fuerit † ignorantia, *lege ſecunda, Codic. de iur. facti. ignor. lege regula, §. ſi quis, ff. eodem titulo. Bartol. in lege Clodius, ff. de acquirenda hæreditate. Paulus de Caſtro in l. mater decedens, ff. de inofficioſo teſtamento, Roman. conſilio centeſimo vigeſimo quinto*, ſiue fuerit tacita iuris † renunciatio, *capitulo ex ore, de his quæ fiunt à maiori parte Capituli, Paulus de Caſtro in lege prima, Codic. de pact. inter emptio.* 11 12

Per quos actus eundem, ac pro tempore exiſtentem adminiſtratorem, & Epiſcopum in quaſi poſſeſſione iuris conferendi conſtituerunt, ac collationes ab eo, vt præfertur factas iuſtificarunt, adeo quod modo factam collationem in perſonam Reuerendiſſimi Domini Hieronymi infringere de iure minimè potuerunt, nec poſſunt, cum collatio † ſæpiſſimè etiam dicatur pertinere ad 13 eum, qui eſt in poſſeſſione iuris conferendi,

not. per Biſ. deciſ. 5. de praben. & facta per poſſeſſionem male, & tenet *Rot. in. no. eodem titulo, de iure patronat. deciſio ſeptima*, & rationem reddit, quia etiam prædo tuendus eſt in ſua poſſeſſione.

Nec refert quod dicitur conſuluiſſe vigore
13 indulti, quia † indulta Cardinalibus Ordinarijs collatoribus conceſſa, nil aliud operantur niſi quod remouent obſtacula, & reducunt eos ad primæuum ius fauorabile conſtituendo illos in propria iuriſdict. & non ampliant illam, quia per ea fit reditus ad ius commune, ſecundum *Pariſ. conſil. 42. nume. quinto, volumin. 4. Caſſad. Deciſ. 3. & 5. de priuilegio & de*
14 *præben. deciſ. 8.* vnde latiſſimam † capiunt interpretationem, & per eundem, *Deciſ. 4. eodem titulo, de priuil.* adeo quod ſi contulit vigore indulti, non dicitur contuliſſe Apoſtolica facultate, ſed ordinaria; licet enim indultum, & conſequenter remotio impedimenti ſit quid
15 Apoſtolicũ, tamẽ collatio † vigore indulti dicitur fieri, & cẽſetur eſſe facta poteſtate ordiria conferentis, vt in iuribus ſuprà allegatis: quia per indultum conſeruatur Cardinalis in illa quaſi poſſeſſione in qua exiſtit, *vt in Dec. 27. in collect. per Io. Paul.*

Nec excuſantur Canonici, & Capitulum, quod collatio facta N. facta fuerit de menſe Auguſti, quaſi quod in reſignantibus locum habeat diſpoſitio regulæ, de octo menſibus, quia clarè apparet Summum Pontificem,

cem, beneficia vacantia in dictis Menſibus ſibi reſeruaſſe, præterquam per reſignationem,& hoc manifeſtum fit ex verbis regulæ ipſius reſeruatoriæ, ideo &c.

Et minus illud quod dicitur de mala fide 16 attendi debet, quia dicere poſſem † ex mente Innoc.& aliorum, *in dicto capitulo Conſultationibus*, quod donec Capitulum conſtare fecerit de mala fide Cardinalis & de iure ſuo, quod teneat collatio facta à Cardinali, etiam ſi eſſet malæ fidei poſſeſſor, quod tamen eſt falſum. Quia in caſu noſtro dicendum eſt, quod cũ Cardinalibus adminiſtrator vt ſupra dictum eſt, iuri publico innitatur, & ius commune ei non reſiſtat, vt inferius oſtendam, quod eſt, & haberi debet pro bonæ fidei poſſeſſore, tum etiam, quia quando eſſemus in dubio, bona † 17 fides præſumenda eſt, *argument. leg. meritò, ff. pro ſocio. Decius conſilio 410. In cauſa*, & quia putabat de iure ſe conferre poſſe Primiceriatum prædictum, *argum. text. in capitulo ſi virgo 35. quæſti. 2.* & ſic iure ſuo vti, Capitulo ſe non opponente. quinimo pacificè, & quietè non ſolum tolerante, ſed etiam vt ſupra dictum fuit, expreſſe decernente collationem ad Cardinalem ſpectare, admittendo etiam poſtmodum collationes ab eo factas: ideo cum bona fides inſurgat † non ſolum ex iuſtis, ſed etiam ex ne- 18 ceſſarijs cauſis, ſecundum *Baldum in lege prima, finali, Codi. vbi cauſa, & ibi gloſ.* dubitandum non eſt, quin Cardinalis fuerit in bona fide cum

19 ſola † patientia in iſtis incorporalib. habeatur oco tituli, *lege ſi ego, §. 1. ff. de publ.* & hoc ſuadetur,
20 tur, præſertim, ne ſumatur † interpretatio, per quam collatio reddatur inualida, *argument. leg. ſi quando, in principio ff. de leg. primo, lege quoties, la 2. vbi Iaſ. ff. de verborum obligat.* Et hoc confirmatur, cum ipſe aſſerat ſibi ius competere, ideo tanquam aſſertioni factæ à legali viro, putante iure ſuo vti, & non alieno, prout eſt vſus & inferius oſtendã, ſtandũ eſt, & præmiſſa eundem excuſant à mala fide, ſecundum *Bartol. in lege prima, § hoc interdicto, ff. de itin. actuque priua. in lege Celſus, ff. de vſucapione columna ſecunda*, cum ſit Ordinarius, & ſic illi tanquam bono † viro credendum eſt, ſecundum *gloſ. in*
21 *lege Titio fundus ff. de condit. & demonſtration. quam dicit ſing. Angel. in lege iudicia, Codic. de rei vendic.* Quin etiam ad hæc omnia, quæ de mala fide, & præſcriptione ex aduerſo impertinenter allegantur, poteſt vnico verbo reſponderi, quod nihil pertinent ad præſentem ſpeculationem, nec eiuſmodi quęſtio cadit, aut diſcutienda venit inter prouiſos, ſed merum ius collatorum, & proprietatem conferendi concernit, & inter ipſos collatores duntaxat, non autem inter prouiſos diſcutienda venit. *Rot. deciſ. 268. in no. capitulo cum olim. de cauſa poſſion. & proprietatis*, & ſatis eſt prouiſis pro va-
22 liditate † promiſſionum, ſibi factarum, docere de poſſeſſione, vel quaſi, ſuorum collatorum

torum tempore prouiſionum factarum, nec aliud ab eis exigitur, *dicto capitulo conſultationibus, vbi Abbat. & alii, de iure patronat. capitul. querelam. de electio. Calder. conſilio 13. de iure patron. Oldr. conſilio primo, & Rot. d. deciſ. ducenteſima ſexageſimo octaua, in no.*

Nec obſtat, quòd dicatur ex aduerſo collationem ſpectare ad Capitulum beneficiorũ omniũ vacantium in Cathedr. quia eſt in quaſi poſſeſsione iuris conferẽdi ex cõſuetudine ab immemorabili tẽpore cirtrà obſeruata, allegan. Cardin. qui hoc non affirmat, ſed dicit ad eos electionem ſpectare, & ad Epiſcopum inſtitutionem, ſeu confirmationem, *in dict. cap. cum Eccleſia Vulterana, de elect.* inferẽdo, Capitulum habuiſſe, & habere conſuetudinem legitimè præſcriptam in omnibus beneficijs dictę Cathedralis Eccleſię.

Et licèt ex deductis in proceſſu id non fuerit ſufficienter oſtenſum, nec probatum, cum aſſertæ collationes ex aduerſo productæ, non fuerint, nec ſunt in forma probanti productæ: nec apparet, quòd ſuum debitum ſortitæ fuerint effectum, niſi vltima facta Comiti N. quæ potius innititur nouæ prouiſioni, quàm collationi Capituli, & ad inducendam conſuetudinem multa requiruntur, adeo quòd includatur vſus longi, aut longiſsimi temporis, vltrà quòd conſuetu-

23 do † dicitur eſſe illa, quæ inducitur ex tacito conſenſu populi, vel maioris partis eorum, vt tradit *Cyn. in lege ſecunda, columna. Codic. quæ ſit long. conſuet. & ibi Salycet. & Alexan. conſilio 173. column. 2. volum. 6. & conſilio 45. volumin. 1. & Abb. in capitulo finali, de conſuet. verſiculo ſeptimo,* requiritur Decius *conſilio. 215. 3. colum. numero quarto, & conſilio 402. penu. colum.* quod non cadit, nec cadere poteſt in caſu noſtro, quia per conſue-
24 tudinem † acquiritur ius ciuiliter de populo, & per præſcriptionem acquiritur ius particularibus perſonis. Vnde in caſu noſtro dici non poteſt conſuetudo, ſed potius præſcriptio, quia per eã ex mente aduerſarij Capitulum acquiſiuit ius contra Epiſcopum tantum, & Capitulum contra Epiſcopum prędicta allegare poteſt, vt declarat *Abb. in capitu. cum dile-*
25 *ctus, & in capitulo fin. de conſuet.* Item requiritur, quod conſuetudo † ſit rationabilis, *dicta c. fin. & ibi gloſ. & Doct.* Sed rationabile non, immo contra publicam honeſtatem & diſpoſitionem beneficiorum excluſo Epiſcopo, qui eſt caput Eccleſiæ, & capituli, & qui collationes facere debebat, iuxta tradita per Doctor. *in dicto cap. cum Eccleſia Vulterana.*

26 Accedit quod in † actibus voluntarijs non inducitur conſuetudo ſecundum Cynum *in dicta lege ſecunda & Innocen. d. cap cum Eccleſia Sutrina, & Abb. in capitu. quo ad tranſlationem, de offic.*
27 *legat.* vbi dicũt, quod in his quę ſunt merę † facultatis, & quæ ex gratia conceduntur non indu-

inducitur conſuetudo, & tradit Decius *in conſil.437.in fin.* Sed collatio beneficiorum eſt actus voluntarius,& voluntariæ iuriſdictionis, ergo in caſu noſtro, allegari conſuetudinem introductam eſſe,non poteſt.

Et ſi voluerit aduerſarius fundare ſe in pręſcriptione, cum præſcriptio in vęritate ſit, quando tractatur de aliquo iure particulari, tunc dicitur, quòd quando Primiceriatus de quo agitur non eſſet dignitas, ſed eſſet ſimile alijs beneficijs in Eccleſia Paduana exiſtentibus,in proceſſu deductis, adhuc Primiceriatum includi non poſſe, cum † præſcriptio nō 28 extendatur de ſimilibus ad ſimilia,ſicut interruptio facta circa vnā rem, non probat interruptionem in alijs rebus. *Decius in conſil.85. Moder.in dicto tract.præſcript.in 3. parte princ.* quia dicitur † tantum præſcriptum,quantum poſſeſſum, *l.1.§. hoc interdum, & ibi Bart. ff. de iti. act. q. priua.* vbi apertè tenet, quod probata poſſeſſione certorum actuum, in illis tantum inducta videtur præſcriptio, & non in alijs, & ſic probata collatione certorum beneficiorum, non extenditur, nec extendi poteſt ad alia beneficia, etiam in dicta Eccleſia exiſtentia, vt videtur *tex.in cap.auditis, vbi Abb. de præſcrip. iuncta gloſ.in verb.interruptionem,* quia non ſumus in connexis & indiuiſibilibus. 29

Vnde illa ſola beneficia in cuius quaſi poſſeſſione iuris conferendi exiſtere probatum ſit, præſcripta eſſe intelliguntur, vt in ſimili

dicitur, quod licèt iura Epiſcopalia ſint con-
nexa hoc reſpectu, quod continentur ſub hoc
genere, ius Epiſcopale, attamen iura ſpecialia
30 diuiduntur, vt quia † aliqua præſcribuntur,
aliqua non, vt in terminis tenet *Card. in dicto ca-*
pit. auditis, & tanto magis, cum de contrario in
caſu noſtro probatum exiſtit, videlicet Capi-
tulum Primiceriatum prædictum nunquàm
contuliſſe, & firmat *Innoc. in dicto capitulo primo,*
de relig. domi. & notoriè conſtat eundem Primi-
ceriatum eſſe dignitatem in Eccleſia: & con-
ſequenter rem diſſimilem à Canonicatibus,
31 quod patet: quia de iure ſoli † Canonici, non
autem habentes dignitates, dicuntur de Ca-
pitulo, niſi aliud habeat conſuetudo, *cap. nouit.*
& capit. quanto, de his quæ fiunt à prælat. Abbat. in c.
2. de iuſtit. & not. per gloſ. & Doct. in capit. cum olim,
de re iudic. & probatur etiam diſſimilitudo ex
32 eo, quòd diſpoſitio † loquens de beneficijs
ſimpliciter, non extenditur ad dignitates, *gloſ.*
capit. licèt canon, verſicul. Parochialis, de elect. libr. 6.
not. Philip. Franc. in capit. ſtatutum eod. titul. vbi al-
legat Frederi. in ſuo conſilio 82. & cum ſint diuerſa,
cap. ſtatutum, §. ſancimus, de reſcript. libro 6. ex di-
33 uerſis † non fit illatio, *l. Papinianus exuli, ff. de mi-*
nor. Vndè poſito, quòd Capitulum præſcripſiſ-
ſet facultatem conferendi Canonicatus, non
propterea conferre poſſet dignitates omninò
diſſimiles à Canonicatibus, cum præſcriptio
34 ſit † odioſa, & potius reſtringenda, quam
amplianda, *Felyn. dicto capitul. auditis de præſcrip.*

Iaſ.

Iaſ. in leg. imperium, ff. de iuriſdiction. omn. iud. Alex. conſilio ſexageſimo octauo, volumin. primo. vbi loquuntur in propoſita materia præſcribendæ iuriſdictionis, ſeu facultatis aliquid faciendi.

Accedit, quod dictus Primiceriatus diſpoſitio nullo modo ad Capitulum pertinere poteſt, quia cum ſint tres variæ opiniones ad quẽ pertineat collatio præbendarũ, & dignitatum in Cathed. Eccleſia, & illa, quæ ſe habet, quòd ad vtrũq; videlicet ad Epiſc. & Capit. ſpectet, ſit fundata ex eo, quia ex bonis cõmunib. inſtitutæ ſunt, vel præſumuntur eſſe, vt *per Abb. in d. c. cum Eccleſ. Vulterana*, & cum clare appareat, de quibus bonis ſit fundata, & erecta, ac dotata prædicta dignitas Primiceriatus, nempe de bonis Prioratus, ſcil. Petri della Volta Clugien. Dioc. ceſſant prædicta, & tanquã à ceſſante ratione ſuper quã fundatur illa opinio, dubitandum non eſt, quin ad Epiſcopum pertineat illius diſpoſitio, cum pro tempore vacat ad quem ẽt deſtitutio ex iuris cõmunis diſpoſitione pertinet. Nec alia ratione Capitulũ in d. Primiceriatu vllo modo ſe intromittere potuit, cũ beneficia ꝓthonot. p Legatos ſedis Apoſt. creatorũ, ſunt reſeruata, ita quòd ab inferiorib. à Papa, niſi hoc ſpecialiter ſit indultũ conferri nequeũt, & hoc ꝓpter Extrauag. Ad regimen, quæ reſeruat beneficia Notar. Sedis Apoſtol, quorũ appellat. veniunt etiam prædicti prothonotarij per Legatos creati. Nec Extrauagans Pauli III. de qua formiter in actis non apparet, nec legitimè, cum nudum, &

ſimplex duntaxat exemplum eiuſdem aſſertæ conſtitutionis per aduerſarium nullam penitus probationem efficere valens, productum fuerit, quicquam obſtat, cum tantum diſponat, Prothonotarios nõ cenſeri verè familiares Pontificis, & propterea non tollit reſeruationem alia ratione inductam per dictam Extrauagantem, Ad regimen; & ita fuit iudicatũ in Rota coram bo. mem. Achille de Graſſis, in vna Cathagien. beneficij, & in vna Regien. coram Roſanen. & in multis alijs, adeò, quòd non eſt amplius diſputandum, & cum dicta Extrauagans, ad regimen, habeat decretum irritans, quod afficit, & inficit titulum, & etiã poſſeſſionem, & ipſam detẽtionem infectam, & vitioſam reddit, adeo quòd omni iuris adminiculo careat, vnde ſi ſpolietur non debet reſtitui, prætenſa poſſeſſio (vt dicitur) ſine titulo vero, aut colorato per aduerſarium habita, non poteſt poni in aliqua conſideratione, cum reſeruatio operetur etiam quo ad poſſeſſorium, vt per *Rot. in nou. Dec. 3. de reſtitut. ſpoliat.* & licet collector ibi dubitet, tamen Socin. *in l. rem, quæ nobis, ff. de acquir. poſſeſ.* defendit opinionem Rotæ, & cum hac concordat. *Dec. 11. de reſt. ſpoliat. in ant.* dicens, quòd ſpoliatus beneficio reſeruato non reſtituitur, quia reſeruatio operatur ne talis dici poſſit habere poſſeſſionem. Concordant etiam plures Deciſ. videlicet *Deciſ. 10. de cauſ. poſſeſſ. & propri. de reſtitut. ſpol. 11. & 17. in an. & ſimiles Deciſion. in recollect. per Biſi.*

Biſi. Deciſ. 4. Aegid. Deciſ. 66. & 342. in fin. & 536. Capel. Tholoſ. qu. 25. Abb. in c. in litteris, de reſtit. ſpolia & Doct. in c. cum Eccleſia. de cau. poſſ. & propri. & licet cauſa hæc eſſet mere ciuilis, fuerat tamē criminaliter intentata cum formatione proceſſus, & tandem pro hac parte fuit iudicatū.

Deſiderius Guido I.C. Aſculanus, Prothonotarius Apoſtolicus, Eques Auratus, & Comes Palatinus.

EPITOME.

An Epiſcopus ex cauſis, de quibus in priuilegio, potuerit extincta familia de Manzolis, Eccleſiæ huius, de qua eſt controuerſia, patrona, iterato eam ſeruituti Iuris patronatus Laicorum ſubijcere, & ſic in ea concedere illis de Amighinis Ius patronatus, abſque alio incurſu pœnarum.

Dato quòd opinio negatiua verior eſſet. nihilominus an illorum de Amighinis ex multiplicatis præſentationibus, & deſuper ſecutis inſtitutionibus, ab immemorabili tempore citrà, præſumatur legitimus titulus, ita vt ipſi, & habentes cauſam ab eis, conſeruari debeant in eorum poſſeſſione, vel quaſi, præſentandi, tamquàm poſſidentes cum legitimo titulo.

Seu

Seu ſaltem præſcripſerint dictum Ius præſentandi, ex quo per immemorabile tempus continuarunt in poſſeſsione hac præſentandi.

Data præſcriptione illorum de Amighinis, an vltimus de illorum familia, potuerit in ſua poſtrema voluntate legare, imò viuens transferre hoc Ius patronatus in familiam de Thurchis, cum Epiſcopi conſenſu.

Data affirmatiua pro veriori, & in omnem euentum, quòd non conſtaret de non iure illorum de Turchis, attamen an R. D. Zacharias nuper præſentatus per Dominum Bartholomęum de Turchis, & ab ipſo Epiſcopo inſtitutus, debeat in dicto beneficio conſeruari, exiſtente prædicto Domino Bartholomæo in poſſeſſione præſentandi, vt apparet ex præſentatione, & inſtitutione facta in perſonam D. Roberti, vltimi, & immediati dicti beneficij poſſeſſoris, per obitum cuius, &c.

SVMMARIA.

1 *Nihil eſt de iure deciſum, quin diſputando non recipiat aliquam dubitationem.*

2 *Iacobus Menochius I. C. celebris memoratur.*

3 *In rebus cognoſcendis, oportet cauſas, & prima princi-*

principia cognoſcere, & ab iis exordium ſumere.

4 A definitione exordium ſumendum.

5 Fundatores Eccleſiarum, nil iuris in eis habebant ſecundum antiquos Canones, nec conſeruatores & Eccleſiarum dotatores.

6 Iuriſpatronatus cauſa dicitur ſpiritualis, ſeu ſpiritualitati annexa.

7 Laici prohibentur Eccleſiaſtica præſertim ſpiritualia tractare negotia.

8 Quod humani iuris eſſe deſiniit, ſeruitutem non recipit.

9 Fundatores, conſtructores, vel dotatores Eccleſiarum ius hoc patronatus ex gratia habuerunt.

10 In iure patronatus acquirendo diœcæſani requiritur conſenſus, ſine quo nil agitur.

11 Quæ facienda ſint ab Epiſcopo, ante quam conſentiat iuri patronatus.

12 Ius patronatus acquiri ex tribus.

13 Loca ſacra non recipere ſeruitutem.

14 Reædificans eccleſiam cum Epiſcopi conſenſu an acquirat ius patronatus.

15 Eccleſia conſecrata ſi reædificatur indiget adhuc conſecratione.

16 Patronus non reædificans eccleſiam penitus dirutam ius patronatus penitus amittit.

17 Eccleſiam quis dicitur fundare, quando fundum aſſignat vbi Eccleſia conſtrui habet.

18 In vna & eadem Eccleſia plures poſſunt effici patroni.

19 Pa-

19 Patronus quomodo amittat ius iuris patronatus.
20 Differentia inter fundare, conſtruere, & dotare eccleſiam.
21 Spiritualia eſſe nequeunt ſine temporalibus.
22 Benefactores eccleſiarum non acquirunt ius patronatus.
23 Epiſcopi conſenſus quando neceſſarius.
24 Eccleſia dicitur in eſſe deducta, quando dotata fuit.
25 Poteſtatem Epiſcoporum in hac materia non eſſe indefinitam ſed coarctatam.
26 Eccleſia ſi minus competenter dotatur ab vno, nō acquiritur ab eo hoc ius patronatus.
27 Epiſcopus contra ius quicquam agere poteſt.
28 Dos minus ſufficiens nō acquirit ius patronatus.
29 Menochii confutatur opinio.
30 In dubio non eſt veriſimile aliquem alium citare contra ſe dicentem.
31 Quæ dicatur cauſa legitima, vt Epiſcopus poſſit facere Eccleſiam patronatam.
32 Opinio Menochii confutatur.
33 Dictum Doctoris intelligendum eſſe ſecundùm legem quam allegat.
34 Beroi opinio emendatur.
35 Citare verba alicuius Doctoris mutilatè tamen, indecorum eſt.
36 Epiſcopus non poteſt rei ſacræ ſine cauſa legitima hanc ſeruitutem imponere.
37 Cauſa legitima imponendi ſeruitutem rei ſacræ, quæ dicatur.

38 In-

38 Inferior à Papa non poteſt Laycum creare alicu-
ius Eccleſiæ patronum.

39 Aliud eſt dotare, aliud dotem ſupplere.

40 Declaratur opinio, Abbat. à Bero. contra Meno-
chium.

41 Verba priuilegii diligenter debent attendi.

42 Ex productione iurium arguitur calumnia ad-
uerſariorum.

43 Qui producit inſtrumentum, videtur fateri con-
tenta in eo.

44 Extincta familia, extinguitur Ius patronatus.

45 Eccleſia deſtructa deſinit eſſe Eccleſia.

46 Eccleſia diruta æquiparatur homini mortuo.

47 Qui non dotant Eceleſiam, Ius patronat. non ex-
ercent.

48 Ius patronatus ex quibus cauſis amittatur.

49 Id quod neſcitur, dicitur non eſſe.

50 Allegants incumbit onus probandi.

51 Clauſula ſi preces veritate nitantur, diligenter
attendenda, & adimplenda.

52 Non creditur referenti, niſi conſtet de relato.

53 Quando antiquis fides ſit adhibenda.

54 Enunciatis in antiquis ſtandum eſt, quãdo quid
veriſimile apparet.

55 Enunciatis in antiquis ſtandum non eſſe quando
conſtat de vitioſo ingreſſu.

56 Intruſus remoueri debet à poſſeßione.

57 Marſilius Io. Andreæ præceptor.

58 Iuſpatronatus Eccleſiarum, an per laicos præſcri-
bi valeat.

59 Concluſio attenditur ſemper.

Rr 60 Gui-

60 Guido I. C. præſtantiſſimus fuit Abauus Reuerendiſſimi Domini Deſiderii Guidonis Authoris.

61 Differentia inter poſſeſſorium, & petitorium ratione præſcribendi.

62 Qui habet caſum legis apertum, vagare non debet.

63 Quæ præſcriptio attendatur, & num. 65. & 66.

64 Intellectus c. cura, de Iure patronatus, & n. 97.

68 Qui priuilegium allegat, illud oſtendere habet.

69 Qui vnum titulum producit, & illum malum, infectum, vel vitioſum, præſumitur, quod ſi meliorem habuiſſet, illum allegaſſet.

70 Melius eſt titulum non allegare, quam allegare malum, vel vitioſum.

71 Diuturnitas temporis non facit de non capaci capacem.

72 Mala fides obſtat in æternum, vt non præſcribatur.

73 Poteſtas in exorbitantibus ſpeciali ratione, & limitate conceſſa, non eſt extendenda.

74 Succeſſores illius, qui mala fide præſcripſit, ſunt in bona fide.

75 Tempus immemorabile dicitur curſus centum annorum.

76 Quis præſumitur viuere vſque ad centum annos.

77 Mala fides defuncti nocet hæredibus ratione præſcribendi.

78 Differentia inter ſucceſſorem dignitatis, & hæreditatis.

79 Sacrilegium eſt diſputare de à iure prohibitis.

80 Data

80 *Data nullitate antecedentis, datur nullitas conſequentis.*

81 *Poſſeſſor malæ fidei non facit fructus ſuos, & ad reſtitutionem tenetur.*

DECISIO LV.

VEre in hac cauſa, illud præfari licet, quod nil †eſt tam indubitatum, vt non poſſit, licèt aliquid 1
ſit valdè iuſtiſſimum, tãdem ſuſcipere quãdam ſolicitam dubitationem. Auxit eam maximę exiſtimationis
† viri atque eruditiſſimi Iuris Conſulti Iacobi
Menochij Reſponſum nuncupatim in hac ea- 2
dem ſpecie facti nuper typis impreſſum, quod
um per tranſennam percurriſſem, ne viderer
ripere velle clauam de manu Herculis, ſcri-
endi prouinciam fuit in animo repudiare.
Rogatus poſtea accuratius illud relegere, vi-
us ſum mihi ipſi ex illius verbis, & citatis lo-
is per eum, nedum in contrariam partem di-
putandi facultatem mihi præſtari, verum & i-
ſam veritatem luculenter explicandi. Et li-
èt ſciam perſpicuitatem, (*vt inquit Cicero in
ucul. 2. Academicarum quæſt.*) ſatis magnam ha-
ere vim, vt ipſa per ſeſe, ea, quæ ſint, no-
is ita vt ſint indicet, tamen quadam opus
ſt arte, vel diligentia, ne ab his, quæ cla-
a ſunt per ſeſe, quaſi præſtigijs, & ca-
tionibus depellamur. Vt igitur hanc per-
picuam veritatem ad oculum oſtendam,

operæ precium duxi; omittere ſolitum morem ſcribendi ad vtramque aurem, ne ancipiti negotio perplexitatem adderem, moleſtusque eſſem: fuit enim ipſe Menochius vir multæ lectionis, rerum multitudine ſatis prolixus, qua de re ſingula eius argumenta referre vellem, ac illa confutare, procul dubio nobis neceſſe eſſet facere tractatum, imò plures, & omnem iuris patronatus Eccleſiaſtici ac extrinſecæ ſolennitatis enunciatæ, & ipſius præſcriptionis materiam amplecti. Vt igitur R. D. Herculis Strotij à multis annis amici cauſam iuſtam æquitatisque plenam demonſtrem, illa tantum aduerſariorum argumenta diſcutiam, diſſoluam, atque confutabo, quæ vrgentiora videntur, ex quibus & cætera, neceſſe eſt, vt ruant, & vbi ſit fallacia, vbi captiones, plenè liqueat. Sed vt id commodè fieri poſſit, quemadmodum & in cęteris rebus, operę precium eſt, † primas cognoſcere cauſas, & prima
3 principia iuris huius patronatus, vt inquit Philoſophus, & nobis tradit, *Bartol. in l. pupillus in princ. ff. de acquiren. hæred.* repetitis igitur principijs huius iuris, cognitaq; ipſius diffinitione, vel potius deſcriptione, ex eis argumenta ſumi poterunt, vel à ratione, vel ab authoritate, quibus modis cuiuſque rei, quæ in controuerſiam venit, aſſertionem facimus.

Ante oculos primum priuilegij per aduerſarios producti verba reponam, ex quibus omnis

omnis emanat controuerſiæ cauſa, atque origo.

Anno ſalutis 1459. Maripetrus Epiſcopus Brixien. Ioan. Baptiſtæ de Amighinis. Nos igitur attendentes, quòd poſtquàm domus, & parentela illorum de Manzolis, quibus ius patronatus Eccleſiæ Sancti Marci, olim ſpectabat, exoleuit, & extincta eſt: olim Marcnus tunc Epiſcopus Brixien. prædeceſſor noſter, prædictum quondam Amighinum genitorem tuum, pro ſe, &c. loco dictorum de Manzolis patronum Eccleſiæ præfatæ ex certis honeſti, legitimis, ac rationabilib. cauſis fecit, cōſtituit, & creauit, vt latius conſtat parentibus litteris præfati Epiſcopi eius Pontificalis ſigilli appenſione munitis. Datum Brixiæ diẹ 31. Iulij 1422. & in formam publici Inſtrumenti redactum per N. &c. & per nos, viſis & lectis. Conſiderantes prout plenariè informati extitimus, quòd tu, & genitor tuus præfatus, multa ac plurima bona eidem Eccleſiæ feciſtis, & conſeruationi, & defenſioni ipſius Eccleſiæ, & bonorum eius diutinis, & ſollicitis ſtudijs inſtitiſtis, prout tu inſiſtis, de præſenti, prædictam conceſſionem confirmamus, & ratificamus, ac iterato, & de nouo ad cautelam dictum ius patronatus authoritate noſtra ordinaria, ac omni meliori iure, & forma prouidemus, conferimus, &c. dantes tibi in perpetuum Ius patronatus, pro te & tuis hæredibus in dicta Eccleſia.

4 A diffinitione † exordiri libet, vt intelligatur quid ſit id, de quo diſputatur, Ius patronatus, vt cenſet *Ioan. Andr. & Abbat. numero tertio, & cæteri, in Rubr. de iure patronat. vbi Berous, numero trigeſimo octauo, de communi ſententia teſtatur,* eſt ius honorificum, oneroſum, & vtile alicui competens in Eccleſia pro eo, quod de Diocœſani conſenſu Eccleſiam conſtruxit, fundauit, vel dotauit, vel is, à quo cauſam habuit.

Siquidem, vt deplorat *Tiraquel. de retractu conuentionali, in verbo, intrà tantum tempus, §. 1. gloſ. 11. numero vigeſimo ſexto,* deeſſet contradicendi ſtudium, ſiue oſtentatio, & gloriæ cupiditas, ſiue humanitatis quædam infelicitas, proculdubio ex diffinitione præfata omnis quæſtio noſtra, paucis diſſolueretur. Illi, ſcilicet Amighinus, ſiue Ioannes Baptiſta filius, fundarunt, conſtruxerunt, vel dotauerunt Eccleſiam hanc de Diocœſani conſenſu, & pronunciandum eſt ſecundum eos, & eorundem ſucceſſores: Si verò ſecùs ſit, cur tot membranas ocioſè occupamus, cur exaudiuntur, qui confictis cauſis (& illis à iure reiectis) conantur Eccleſias liberas in ſeruitutem redigere, & ipſi Epiſcopi, quo ſpiritu ducti neſcio, in eorundem animarum preiudicium, authoritatem adhibent.

Iam quiſque ſcit ſecundum antiquos Ca-
5 nones, quòd fundatores, † conſtructores, & Eccleſiarum dotatores, nil iuris in eis habebant

bant, imo ipſæ Eccleſiæ, & dotes ad ordinationem Epiſcoporum, pertinebant, vt ad literam ex concilio Cabilonenſi habemus, *in cap. Decretum, 10. quaſt. 1.*

Decretum eſt, vt omnes Eccleſiæ cum domibus ſuis, & decimis, & omnibus ſuis iuribus, in Epiſcopi poteſtate conſiſtant, atque ad ordinationem ſuam ſemper pertineant. Qua de re ex Concilio Toletano, *in capitu. nouerint, eadem cauſa, & quæſtio*, legitur. Nouerint conditores Baſilicarum in rebus quas eiſdem Eccleſijs conceſſerunt, nullam poteſtatem habere, ſed iuxta Canonum inſtituta, ſicut Eccleſiam, ita & dotem eius ad ordinationem Epiſcopi pertinere. Ratio erat: quia Ius patronatus videbatur † quid ſpirituale; ſi autem 6
non merè, attamen ſpiritualitati annexum, & ob digniorem qualitatem dijudicari de eo, ſicut de re merè ſpirituali, *capitul. quando, de iudic. capit. de iure, de iure patronat.* Rectè igitur citata Concilia Cabilonenſe, & Toletanũ, ab hoc iure laicos excluſere, cum laici prohibeãtur † 7
Eccleſiaſtica, præſertim ſpiritualia, tractare negotia, *capitul. decernimus, de iudic. capitul. Meſſana de elect.* Cenſetur enim ius hoc patronatus, quædam ſeruitus in Eccleſijs, quam loca Sacra non recipiunt, *l. ſeruitutes, la 2. §. vltim. ff. de ſeruit.* & quod humani † iuris eſſe deſinit, ſer- 8
uitutem non recipit, *l. caueri, ff. commun. præd. gloſ. & Doctores omnes, in capitul. piæ mentis, 16. quæſti. 8.*

Cum verò frigeſceret in Chriſti fidelibus noſtræ Religionis deuotio, & ea de re, pauci reperirentur qui Eccleſias fundarent, conſtruerent, & dotarent: Summi Paſtores gregis humani, qui nutu Dei Eccleſiam Sãctam regunt vt laici ad Eccleſias fundãdas inducerentur,
9 permiſere, vt illarũ fundatores † cõſtructores, vel dotatores ius hoc patronatus in ipſis Eccleſijs ex gratia haberent, *c. ſi quis Epiſc. 16. q. 5. c. quoniam de iure patronat.* eſt omnium vna ſententia, vt ſcribit *Abb. in q. 5. incip. Aug. ñ. 4. & poſt eum Cæſar Lambertus in ſuo copioſo tractatu, de iure Patron. in 4. artic. 1. quæſt. princip. 1. partis. 1. libro numero 8. & 10.* Quæ gratia demum incluſa eſt in corpore iuris communis, certis ſpecificatis cauſis, & certa data forma, de quibus in relata communi receptaque diffinitione, *cap. filijs, capitulo quicunque, 16. quæſt. 7. vnde verſus,*

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

Vt communi calculo tradunt Doctor. *in Rubr. & in cap. 1. de iure patron. Lambert. in dicto tractatu, in 2. artic. 2. q princ. 1. partis 1. libro, numero 12. vbi teſtatur de communi. Innoc. Cardin. Zabar. nume. 2. Abb. numer. 7. Anan. numero 2. & cæteri, in Rubr. de iure patron. Ioan. And. & alij, in cap. 1. in gloſ. 1. eodem titulo. Turrecremata, & cæteri, in citato capitul. piamentis, vbi gloſ. 16. quæſt. 7. Clauaſius, Tabiena, numero 2. Silueſtrina, numer. 2. & cæteri Sũmiſtæ, in verb. Ius patronatus. Abb. conſilio 59. num. 2. par. 2.*

10 Non mirum ſi pro forma Diœceſani † acquiritur conſenſus, ſine quo nihil agitur, *capi. nobis*

nobis, eod. titul. Et eſt communis ſententia, vt ſcribit idem *Lambert. in 3. artic. 2. quæſt. princip. eadem parte & lib. 1.* Quia laici Eccleſiaſtica propria authoritate pertractare nequeunt, vt ſuperius diximus, & tradit *Abbat. conſilio 59. num. 3. par. 2.*

Alia quoque fuit ratio: quia Epiſcopus debet † examinare locum erectionis Eccleſiæ, & 11
dotem, & an illa ſit ſufficiens ad Eccleſiæ neceſſitatem, & diſponere, qualiter illa ſit gubernanda. *Authent. de Monach. & illud, collat. 1. capit. nemo, & ibi Doctores, de conſecra. diſtinct. 1. Petrus de Anchar. inter conſ. Calder. conſilio 20. in titul. de Iure patronat.* Et ſic fauore Eccleſiæ, ne contingeret opus inchoari, & non conſumari, vel nõ ſufficienter poſtmodum dotari. *Abba. conſil. 59. numero 2. part. 2. Rocchus Curtius in tractatu de iure patronat. in verb. pro eo, numero 6. Lambert. in eod. tract. in 3. art. & art. 5. n. 1. 2. q. princip. & in 6. artic. 4. quæſt. princ. nu. 8. & ſeq. & in 5. qu. princ. ac in ead. articu. 11. parte prima, lib. 1. valdè idem Lambertin. in 5. artic. 3 quæſt. princ. numero 1. in fine. & in 6. artic. 4. quæſt. princ. num. 9. eadem parte & lib.* rectè cenſet, Epiſcopi conſenſum concurrentibus legitimis cauſis ſuperius explicatis, & inferius latius declarandis neceſſarium eſſe pro forma, & ſubſtantia, ac pro cauſa efficienti ad creandum ius hoc patronatus Eccleſiarum.

Præcedens indubitata Concluſio, tribus tantum cauſis, fundationis † ſcilicet, conſtru- 12
ctionis, vel dotationis, cum Epiſcopi conſen-

ſu acquiri ius hoc patronatus nōn ita ruditer eſt intelligenda, vt ab eodem priuilegio, vel gratia excludantur, qui penitus dirutam Eccleſiam reædificarent, nouum fundum, primo perempto, darent, ſeu indotatam dotarent, vel dotatæ (& caſu ſine dote remanenti) dotem iteratò afferrent, cum hæc poſteriora ob eandem rationem, & Eccleſiarum vtilitatem retrotrahantur ad principium, & ſingantur præceſſiſſe conſecrationem, ita, vt & iſti veri fundatores, conſtructores & dotatores habeantur, & præclarè ſcribit *Lambert. in dicto tractatu in nona princip. quæſt. numero 109. parte prima, libro primo*, cæteri omnes cauſæ (quantumuis vrgentes) ab ipſo iure reijciuntur, & Papæ tantum reſeruantur, & hoc iure vtimur, & ſi ſecus diceretur, Epiſcoporum poteſtate æquaretur cum ipſo iure communi, & cum poteſtate ipſius Papæ, imo ſupra ius commune, & ipſos Summos Pontifices, vt etiam conſiderauit idem Lambert. *in eodem tracta. in 4. art. 10. q. princ. eadem parte, & lib.*

Rationem huius fictionis ac retrotractionis paulo antè diximus, nēpè videbatur incōueniēs, vt laicus Eccl. patronus in eſſe deductę & cōſecratæ, efficeretur, licet ille dotem afferret, vel dotatam, penitus autem deſtructam reædificaret, cum ex dotis fructibus potuiſſet reædificari, & ius patronatus, vt mox diximus
13 ſit quædam ſeruitus, quam loca † ſacra non recipiunt, vt tradit *gloſ. in capit. pi[illegible]mentu, 16. quæſt.*

7. com-

7. communi voto approbata, teſte Abbate in citato conſilio 509. numero tertio, parte ſecunda, & conſilio 106 numero tertio eademparte. Idem Rocchus Curtius, in dicto ſuo tractatu in verbo conſtruxit, numero vndecimo, & in verbo, & notauit, numero decimo, & ſeq. & ipſe Lambert. in eodem tractatu in ſexto, q. princip. numero tertio, eadem parte prima, libro 1. tandem iudicatum hanc non extenſionem, ſed comprehenſionem eſſe, ſub verbo conſtructionis ob Eccleſiæ vtilitatem & eandem rationem.

Hinc ſi Eccleſia in eſſe deducta, & conſecrata caſu aliquo penitus diruatur, nec is, qui conſtruxerat, & propterea ius patronatus acquiſierat, eam reædificare velit, & alius reperiatur, qui reædificet † cum Epiſc. conſen- 14
ſu, verus cenſebitur conſtructor, & idem priuilegium iuris patronatus cōſequetur. Nempè Eccleſia penitus deſtructa execratur, *capit. de fabrica de conſecr. diſtinct. 1. capitulo propoſuit, cap. ignes. ext. de conſecr. Eccleſ. vel alt.* † Hinc eſt, quod 15
qui reędificat ante illius conſecrationem facere videtur, cum oporteat eam iterum conſecrari, *citato, capitul. de fabrica, & ibi Doctores, & ſcribit Hoſtienſ. in Summ. in titulo de iure patron. numero primo, & ſecundo, innoc. numero ſecundo, Ioan Andre. Card. Zabar. & cæteri in rubr. eodem titulo gloſſa prima, Card. Zabarel. numero ſecundo, verſiculo quæro, & verſiculo ſecundo, quæro. Ioan. de Anania, numero nono, Berous, numero quinquageſimo quarto, & ſequenti. Abb. numero octauo de*

com-

communi ſententia teſtis Ioan. Andr. in c. nobis, col. 2. eod. tit. Staffileus de gratijs, & expectatiuis, ſub Rub. de modo, & forma impetrandi &c. §. 2. incip. ſequitur numero 6. Ioan. de Selua, in tract. de beneficio in 6 q. nume. 230. par. 1. Pau. de Cittadinis, in tractatu de iure patronatus, in tertia parte, ſub rub. ex quibus cauſis illud acquiratur. num. 23. §. cauſa prima, & per eundem, in 4. cauſa. Lamb. in citato tractatu, in 1. q. princ. numero 11. & 12. 1. par. 1. lib. & in 2. articu. 6. q. princ. numero 3. & in 6. art. 6. princ. numero primo, & 2. & in 7. artic. nu. 5. & 6. eadem 6. qu. princip. parte prima, libro primo.

Nec additur Eccleſiæ onus, ex numero patronorum, quia ſi patronus, † ex constructio-
26 ne factus non reædificet Eccleſiam penitus dirutam, illud amittit, hinc rectè facere Epiſcopum cenſetur, ſi antea quam extraneum ad ædificationem admittat, primum patronum requirat, *Innoc. numero 2. in ead. rub. de iure patronat. Tancredus, Goffred. Philip. & Hoſtienſ. quos refert & ſequitur Ioan. An. in ca. quoniam. in 2. gloſ. eod. titulo & ibi Anania, numero 9. Berous, num. 73. & 74.*

Hinc ſecundo loco eadem ratione dicendum, ſi caſu fundus periret, cum hac materia fundare, & conſtruere propriè loquendo ſint diuerſa, licèt impropriè fundare & ille dicatur, qui ſuis ſumptibus Eccleſiam conſtruxit.
17 Tunc quis dicitur † Eccleſiam fundare, quando fundum aſsignat, vbi Eccleſia conſtrui habet, *capit. nobis, de iure patronat. & ibi Ioan. Andre. colum. penul. Card. Zabar. in 1. notab. Rochus Cur in*

dicto ſuo tract. in verbo Eccleſiam fundauit, numero 1. & ſeq Lambert in 2. art. 3. q. princip. numero 1. prima parte, 1. lib. Nempè à principio plures effici patronos in vna † eademque Eccleſia eſt communis ſententia ſi Epiſcopi accedat conſen- 18
ſus, *Card. Zabar. in rub. de iure patron. numero 2. & ibi Abb. numero 6. & ibi latiſſimè Berous, numero 35. & ſeq. Anan. in c. relatum, eod. titul. numero 8. Sylueſtrina, in verbo Ius patronat. numero 2. Rochus vbi ſupra*, ſcilicet fundum tribuentem, alius, qui cõſtruit, tertius, qui dotat, quib. ceſſantibus cauſis priuilegium hoc tribuentibus cum Epiſcopi conſenſu, ceſſat & ipſum Priuilegium atque ipſa gratia, & niſi primus fundator aliũ præbeat fundum, in quo Eccleſia iteratò conſtrui poſſit, priuilegium † amittit, id eſt ipſum ius patronatus, *Innoc. in citata rub. de iure patron.* 19
numero ſecundo, bona gl. 1. in allegato. c. quoniam, & ibi Ioan. And. Anan. numero nono, Berous, numer. 37. & 74. ac cæteri omnes, & acquiritur extraneo, qui fundum pręberet, idem de cõſtructione, & dotatore, vt præclare quidem tradit Abb. *numero 11. in ſæpè citato capitulo quoniam, de iure patro. & ibi Berous, num. 55. & ſeq. & nume. 66. & ſeq.* perempto enim fundo, dirui neceſſe eſt & ipſam Eccleſiam, & ideo ſi iterum non fundetur & conſtruatur, † ambo ius patronatus amittent, non tamen dotans, & fundans ſi re- 20
manente fundo, & dote, Eccleſia in totum diruatur.

Hinc quoque & tertio loco, ſi caſu Eccleſia

iam

iam conſtructa & conſecrata, extitiſſet ſine dote, cum tunc, nec fundatori, nec conſtructori, acquiſitum fuerit ius patronatus, & male feciſſet Epiſcopus permittere fundari, & Eccleſiam conſtrui ſine dote, vt Miniſtri ibidem inſeruire poſſent in Diuinis, tamen dato caſu, cum ſpiritualia † eſſe nequeant ſine
21 temporalibus, vt quod amiſſum fuit inſtauraretur, *ſecundum gloſ. in verbo vtique, in capitulo piæ mentis*, ſi quis cum Epiſcopi conſenſu dotem afferret, concederetur ei ius patronatus in ea (in ſolitum, vel ſimul cum fundatore, & conſtructore non eſt materia noſtra) ſat eſt, quod conſequitur iſte, qui dotem præberet, idem priuilegium, quod etſi à principio dotaſſet, & idem dicitur in eo, qui Eccleſiam dotatam deperdita dote iterato dotaret, ſcilicet ſufficienter, cum Epiſcopi conſenſu, nam dotare non ſufficienter, etſi quis ſupplementum præberet etiam pro dote, hoc ius non acquireret, quia iura fundantibus, conſtruentibus, & ſufficienter dotantibus, hoc priuilegium indulgent, non autem reparantibus Eccleſias, ſiue ſupplentibus dotem, ditando, vel aliter, cum iſti non reędificatores, non do-
22 tatores cenſeantur, ſed benefactores, † vt explicat *Innoc. numero ſecundo, Card. Zabare. numero tertio. Anan. numero ſecundo, & tertio, in citata rubr. de iure patron. Ioan. Andreas. in capitulo primo, in 1. gloſ. eodem titulo & ibi Butrius, numero 10. Card. Zabarel. numero tertio, in citato capitu. quoniam, & ibi*

ibi Abb. numero nono, vbi Berous numero 69. & 70. communiter id probari teſtatur, de communi ſententia teſtis eſt quoque Rocchus Curtius *in dicto tractatu in verbo, & dotauit, numero primo, & ſeq. Lambert. in 3. princ. q. numero 4. verſic. & pro iſta, & in 2. artic. 4. q. princip. numero 2. & 3. & 15. arti. 5. quæſt. princip. numero 2.* vbi inquit, hanc eſſe communem opinionem Doctorũ. Idem Lambert. *in 6. q. numero 3. & ſequen. & ead. q. princip. artic. 3. numero 6. & ſequen. & numero 13.* vbi de communi, *& in 17. artic. ead. quæſt. per totum, & in primo articulo quæſt. princip. numero 109. & in quarto art. 10. q. princip. numero quarto, ver. tu aduerte, 1. parte, 1. lib. Abb. conſ. 59. num. 3. parte 2. Clauaſius in dicto verbo, aut patronatus, num. 4. Berous, conſ. 4. num. 27. & ſeq. volum. 1.*

Hęc vera (vt ſuperius diximus) ſi Epiſcopi † accedat aſſenſus, vt tradit *Ioan. And. in citato capitulo primo, & ibi Bui. numero decimo, idem Card. Zabarel. numero tertio, Ioan. de Anan. numero quinto, in rubr. eodem titulo, Abb. conſilio vigeſimo octauo, & conſilio 59. numero tertio, & conſilio 106. numero tertio, parte 2. & in citato capitulo quoniam, numero nono, eodem titulo, vbi Card. Zabarel. numero 2. in fin. Auguſtin. Berous de communi teſtis nu. 99. & 73. Clauaſius vbi ſupra.* Communem tradunt Rocchus *in dict. tract. in cita. verbo & dotauit, n. 4. & ſeq. Lamb. in tertio artic. 2. q. princ. 1. par. 1. lib.* 23

Iterum reſpectu extranei dotem afferentis, verum eſt quod diximus, ſi dos haberi non poſſet à conſecrari faciente, vel ab ipſo cõſe-

crato-

cratore,cum illi teneantur, vel ab ipſo primo dotante, ſi poſt dotationem, dos perijt, quaſi
24 tunc dicatur Eccleſiæ † in eſſe deductæ dotem afferri,& ea de cauſa ius patronatus in ea acquiri per dotantem cum Epiſcopi conſenſu, ſi aliter Eccleſiæ prouideri nequit,& ſic in ſubſidium id admitti, vt præclarè ſcribit *Ioan.in citato capitu.primo,in gloſ. prima, de iure patron.& ibi Butr.numero 10. Abb.in dicto conſ.59.numero 3. & in capitulo quoniam,numero 9.& ibi Berous,numero 73. & 74.& ſeq.eod.tit.Card.Zabarel.in rubr.ſæpius allegata,numero 3. Clauaſius, in verbo ius patronatus, numero 4.Syluestrina, numero 2.Tabiena, numero 4. in eod.verbo.Rochus in citato verbo,& dotauit,numero 4.*inquirens iſto caſu ſaluari poſſe *gloſ.in allegato,cap.piæmentis,16.quæſt.7. & gloſ.in capit. ſi quis Baſilicam,de conſecrat.diſtinct.1.Lambert.in 6. quæſt.prin.numero 4.17.& 19.cum ſequent. parte,1. libro primo.*

Ex quibus ad veritatis indaginem neceſſarijs,& ſic non ocioſè, & ad oſtentationem dictis, illud præclare concludi poteſt, Epiſco-
25 porum † poteſtatem in hac materia non eſſe indefinitam omnibus ex cauſis, ſed coarctatam intra certos fines,& certis ſpecificatis concurrentibus cauſis.Hinc eſt, quod ſi à principio,quando adhuc Eccleſia non erat ad eſſe
26 deducta,ſi minus † competenter dotabatur ab vno, vel pluribus, eis non acquirebatur ius hoc patronatus,*gloſ.1.in capitulo quicunque, el ſecundo,16.quæſt.7.Abb.in citata rubr.de iure patron.*

nume.

numer.6.& in allegato conſil.106.num.4. parte.2. Ioan.de Anan.in d.c.relatum,num.8. de iure patro. Etiam ſi Epiſcopi acceſſerit conſenſus, vt ſcribit *Rochus in d.tract.in verbo,& dotauit, nume.18. Lambert.in eod. tract.in 12. articul.5. qu.princ. par. 1. lib. 1.& in artic.proximè ſequenti,articul.13. num. 2.*

Non enim contra ius quicquam † agere 27 poteſt Epiſcopus, præſertim in hac materia, vt tradit *Abb.in capitu.1.numero 2. de cenſib. per illum text.& apertè ſcribit Lambert.in proximè citato articul. 13.* quorum ea eſt ratio, quia iura hoc indulſerunt ſufficienter dotanti, non autem benefactoribus dantibus, etiam pro dote, quod tamen minùs ſufficiens, vel dantibus Eccleſiæ iam dotatę, & ſi caſu aliquo dos illa fuerit diminuta, cum ceſſet ratio communis deſuper ponderata ab omnibus, ſcilicet, ideò tolerari laicos poſſe huiuſmodi tractare negocia Eccleſiaſtica, & Eccleſiarum fieri patronos, vt illi Eccleſiam adhuc ad eſſe non deductam, deducerent: vel ſi conſtructa fuiſſet, illa caſu aliquo ſine dote, ſiue dotata, illam perdidiſſet, per eos iterato dos daretur, cum ſpiritualia eſſe nequeant ſine temporalibus, quæ ratio non militat in ditante Eccleſiam, iam dotatam, neque in ſupplente dotem, † quæ minus ſuf- 28 ficiens eſſet, vt ſcribit *Ioan. Calder. in citato capitu.quoniam mihi,in 2.ſuppletione, de iure patrona. & ibi Card. Zabar.in 1.queſtion. Subſcribit Rocchus in eod. verbo, & dotauit, numero 6.* quorum Calder. & Zabarel. ſententiam communi cal-

culo comprobari à Doctoribus teſtatur idem *Lambertin. vbi ſuprà, in dicto 6. qu. princ. 1. part. primi libro, numero 15 & in 6. artic. eadem 6. quæſt. prin. num 3.*

Aduerſus hanc noſtram concluſionem reſpondit Menochius *in dicto eius conſil. 90. numero 24.* inquit ille, imò Epiſcopum extra hos caſus concedere poſſe ius patronatus conferendi Eccleſiæ minus dotatæ, puta decem, tanto magis ditanti eam, redigendo eius bona inculta ad cultum, & ſterilia magno ſumptu reddendo fertilia. Addit verbum reædificationis, vt vera in iure, non tamen in facto, cū non iuridicis cauſis miſceret: de qua ſomniata reædificatione inferius ſuo loco dicam, dum pōderabo verba priuilegij, citat Menochius ad ſuam comprobandam opinionem *Lambertinū, Rocchum, Caietanum, Abbatem, Cardinalem, Ioannem Andreæ, Paulum de Citadinis, & Auguſtinum Beroum.* omitto Hoſtienſ. & cæteros, quos citat ad probandum ob reædificationem acquiri hoc ius, ſi Epiſcopi interueniat conſenſus, cum id ſit ſine controuerſia in iure, & nos ſuperius comprobauimus, ſed in facto ab omni veritate alienum.

19 Redeundo ad cæteras cauſas Menochij † dicimus omnes Doctores per eum citatos apertis verbis concludere contrarium, ad quod illi allegantur, & omnem quæſtionem determinare ſecundum Strozium contra partem [illegible] aduerſ-

aduerſam, vt exinde facile dignoſci poſſit, tantum virum, multorum conſulentium turba, quotidianiſque publicis lectionibus impeditum non potuiſſe videre in fonte citatos Doctores.]

Percurramus ſingulos, cum rectè intuenti omnis noſtra quæſtio huc reuoluatur, *Abb. & Card. in capit. ſacroſanct. de elect.* nihil ſcribunt ad rem hanc, vt quiſque videre poterit, imò ſi ab eorum mente argumentari liceret, ſentire videntur contra citantem, inquit enim ibi *Zabarel. numero tertio*, nec ab eo diſſentit Abb. veram eſſe Hoſtienſ. & Ioann. Andreæ ſententiam, quod compoſitio facta ab Epiſcopo etiam cum conſenſu Capituli, ſi eſt contra ius non valeat ipſo iure, nam licet dicatur Prælatum cum capitulo poſſe præiudicare Eccleſiæ, illud intelligendum eſſe in his, quę ſunt in poteſtate ipſorum, non in alijs. Cum igitur in caſu noſtrę quæſtionis, quod conceſſum fuit, non erat in poteſtate Epiſcopi concedendi, ſequitur, conceſſionem factam ipſo iure nullam, per citatã doctrinam ab ipſo Menochio.

Citatur Caietanus *in repet. capituli vltimi, de elect. libro ſexto*, quem nunquam vidi, & vt puto ſub fide Lambertini citatus fuit, de cuius Caietani opinione, coniecturam facere poſſumus ab ipſo Lambert. qui eum allegat, & ſic ipſum Caietanum non diſſentire ab ipſo Lambert. cum in dubio † non ſit veriſimile Lambertinum citaſſe illum contra ſe 36

ſupponens, illam dici † cauſam legitimam, vt 31
Epiſcopus poſsit Eccleſiam facere patronatam, quando à principio illa dotata non extitit, vel ſi dotata fuit, eam in totum perdidit, & hanc eſſe communem opinionem teſtatur ibidem. *numero quinto*, ſic intelligens Abbatem, *conſilio vigeſimo octauo*, mox citandum.

Allegat Menochius *Abbat. conſilio 28. parte 2.* qui ad literam ſic inquit, ſed etiam potuiſſet Epiſcopus eis dictum ius concedere, ex quo Eccleſiæ minùs dotatæ contulerunt decem, licèt poſt conſecrationem, *vt not. Ioan. Andr, in capit. 1. de iure patronat.* Hucuſque Abbat. quem in eum ſenſum intelligit Menochius, vt Abbas loquatur de Eccleſia iam dotata, ſed non ſufficienter: ſed pace † tanti viri, vindicandũ cen- 32
ſeo Abb. à tam ſupino errore, ac inconſtantia, cum tot in locis apertè contrarium ſcripſerit. Non enim fieri poterit vis in illa dictione, minus: quia & ipſa frequenter accipitur pro non, Cicero *Epiſtol. famil. libro 9.* ſcribens Dobellæ inquit. Tullia noſtra rectè valet, Terentia minus belle habuit, id eſt ægrotauit. Idem Cic. *Philip. 1.* licet ei minus valere, id eſt ægrotare, & ſic non rectè valere, de qua quidem re, me ad peritiores linguæ Latinæ reijcio, & ad ipſum Dictionarium Calepino aſſcriptum, in quem ſenſum Rocchus ſuperius citatus, & Berous *conſilio quarto, numero 25. & 30. volumin. primo*, intelligunt, imò Berous, & rectè, in-

quit, ſi Abb. ſecus ſenſiſſet, eius opinio falſa eſſet, quod verum eſſe, & illud demonſtrat, dum Ioan. Andr. ab Abbate citatus, loquitur de Eccleſia nullo modo dotata, & omnes ſcimus dictum Doctoris † intelligendum eſſe
33 ſecundum legem quam allegat. Nec in aduerſum quemquam moueat adulterinum illud verbum in eodem conſilio Abb. quod habet vulgata lectio, ſcilicet, ex quo Eccleſiæ minus dotatæ contulerunt decem, quia legi debet dotem, vt quiſque ex præmiſſis coniecturari poteſt, & ita legit, & benè. † Berous *in*
34 *citato conſilio 4. num.* 20. ſtat igitur Abbatis ſententia vna cum Ioan. Andre. contra illos de Turchis, & Menochij opinationem.

Citatur quoque à Menochio Abb. *conſilio* *106.* tranſcribit ille *in dicto eius conſil.* Abb. verba ad literam, mutilata † tamen, ibi, *ſub num. quar-*
35 *to*, dum prætermittit præcedentia eiuſdem orationis, ex quib. illa determinantur, inquit Abb. præterea in dicta diuiſione fuit ius patronatus conceſſum quibuſdam Laicis, qui nec conſtruxerunt, nec fundauerunt, nec dictam Capellam dotauerunt, ergò eis tale ius per Epiſcopum non potuit concedi, præſertim cum dicta Capella eſſet iam conſtructa, & dotata tempore conceſſionis dicti iuris patronatus: Nec enim poteſt † Epiſcopus rei
36 ſacræ ſine cauſa legitima hanc ſeruitutem imponere, notat *gloſ. in dicto capitulo piæ mentis. 16. quæſtione ſeptima, & Ioan. Andreas in capitulo primo,*

primo de iure patronat. huiuſque Abbat. Non enim Abb. ſimpliciter, & abſolute inquit ſine legitima cauſa rei ſacrę per Epiſcopum ſeruitutem imponi non poſſe, vt cenſet Menochius, conuexam orationem diuidendo, & quod contra ſe faciebat, omittendo, tantum ſequentia verba, quę à præcedentibus ſenſum perfectum recipiebant, referendo.

Sed vult Abb. illam dici † cauſam legitimam, de qua in allegata per eum gloſ. & Ioan. Andream, ſcilicet fundationis, conſtructionis, vel dotationis, quas ipſe Abb. ſuperius ſpecificauerat, cæteras excludens. 37

Allegat etiam Rocchum *in dicto ſuo tractatu in verbo, & pro eo ad finem, vbi Rocchus, numero trigeſimo nono, & quadrageſimo, in decima ſexta, quæſtion.* contrarium, ad quod citatur, concludit, ſcilicet ex priuilegio inferioris à Papa, † non poſſe Laicum alicuius Eccleſiæ creari patronum, ſi illa ſit fundata, & dotata, licet ille pro ſupplenda minus ſufficienti dote aliquid conferat pro legitima dote, vt ſecundum ipſum Rocchum videbatur ſentire Abbas *in citato conſilio vigeſimo octauo,* quem plenius inquit Rocchus loqui, *in capitulo quoniam, de iure patronat.* & dum Rocchus ſe reijcit ad dicta per eum, *in verbo, & dotauit, numero ſexto,* expreſsè ibi, ſi Abb. in eum ſenſum loquutus fuiſſet † eum reprobat, inquiens, aliud eſſe dotare, & aliud dotem ſupplere. 38 39

tas mihi præſtabatur concludendo pro Strotio.

Iam percipio acuti ingenij præſtantiſſimũ Iuriſconſultum in angulum deductum, & ea de re interpretantem verba illa enunciata in priuilegio, ibi, *ex certis honeſtis, & legitimis ac rationalibus cauſis*, & infra, *quod tu, & quondam genitor tuus prædictus, multa & plurima bona eidem Eccleſiæ feciſtis*, inquit Menochius, hoc eſt, reædificando forte. Operę precium eſt igitur diligenter expendere † verba priuilegij, nunquid 41
dato quod eis credendum foret, teſtentur reędificationem, ſiue dotationem, & an id clare, vel dubie, & quid in dubio præſumendum. Nempe non ea, quæ ſunt iuris, ſed ea, quæ in facto verſantur dicuntur eſſe in controuerſia, facti veritas igitur è tenebris eruenda, quam Turchi nituntur obumbrare, quod ex eo coniecturari poteſt, cum produxerint priuilegium enuncians factum anno 1459. occultando prędecedens † enunciatum parum antea factum, 42
ſcilicet anno 1422. ex cuius productione omnis hæc quęſtio determinaretur, quod prudens Iudex animaduertere debet, & coniecturam facere de illorum calumnia.

Quid enim dicent Turchi ſi ex eorundem confeſſione oſtendam illos de Amighinis, à quibus ipſi cauſam habent, non conſtruxiſſe, neque Eccleſiam eam dirutam reædificaſſe, vel dotatam iteratò dotaſſe. Fateri quippe † 43
videtur is, contenta in inſtrumento, vel pri-

Lambert. *in dicto tract. artic. 3. 6. quæſt. princ. numero 14. & 15. parte prima. libro 1.* Et habebatur per Beroum *in citato capitulo quoniam, numero 96. & 97. de iure patron.* Nempe, qui prętendit mutationem, oſtendere habet, *gloſ. in lege certum, §. 1. ff. de confeſſ.* Vbi ſi quis confiteatur fundum fuiſſe actoris, pręſumitur adhuc eſſe, niſi reus deinde probet amplius non eſſe actoris, vt ibi explicant *Dynus, Alberic. Raphael. & cæteri. Bald. in cap. præterea, el. 2. de tranſac.*

Fateris quoque iuris præſumptione, quod illi de Manzolis habebant Ius patronatus in dicta Eccleſiæ fundatione, conſtructione, vel dotatione. Nempe ſi illi dictam Eccleſiam non dotaſſent, † non exercuiſſent illud ius 47
patronatus per tantum tempus, quouſque eorum familia durauit, vt ſcribit *Lambert. in 3. princip. quæſtion. numero 6. par te 1. libro 1. Abb. citato conſil. 109. nume. quarto, Rocchus in dicto tract. in verbo Eccleſiam fundans, numero ſecundo, & 9.* Hinc eſt quod non dixit extinctum Ius patronatus, † quia perijt fundus, corruit in totum fa- 48
brica omnis, vel dos data perijt, quibus caſibus fundantes, conſeruantes, & dotantes, niſi iterato fundaſſent, vel dotaſſent, amiſiſſet Ius patronat. vt ſuperius probauimus, & habetur per Beroum *in d. c. quoniam, num. 96. & 97. de iure patr.* Sed dixit quia extincta erat familia de Mãzolis patrona, ergo Eccleſia dotata exiſtebat.

Dicit Menochius forte, poſtquam Eccleſia hæc libera effecta fuit, diruta fuit in totum, &

ex hac

ex hac reædificationis cauſa moueri potuit Epiſcopus Marcnus ad concedendum Ius patronatus ipſi Amighino reædificatori. Reſpondeo, ſi id verum fuiſſet, facile poterat exprimi per eum, facile quoque ipſi Maripetro ſucceſſori, qui ſe diligentem cœpiſſe informationem teſtatur, non igitur ſub illis verbis generalibus, *ex certis, iuſtis, & rationabilib. cauſis, &c.* captio hęc poteſt iuuari, cum ipſemet Maripetrus ex ſua habita informatione & lectione præcedentis prætenſi Priuilegij, rem claram faciat, dum inquit, *Amighinum loco dictorum de Manzolis patronum Eccleſiæ prædictæ fecit, &c.* vocat Eccleſiam illo tunc, tempore conceſſionis, & ſic non eam dirutam dicit, ſed quod extabat in eſſe ipſa Eccleſia, vt pulchrè inquit Lambert. *dict. tract. in 15. art. 5. quæſt. princip. num. 1. parte 1. lib. 1.* ad idem citans Rocchum.

Ex quibus concluditur, conſtare per idem priuilegium ex aduerſo productum, quod tempore factę conceſſionis de dicto Patronatu ipſi Amighino, Eccleſia hęc Sancti Marci erat fundata, conſtructa, & dotata, & per conſequens neceſſarium, verba illa generalia, *ex certis iuſtis, & rationabilibus cauſis &c.* verificari non poſſe in altero dictorum caſuum, & ſic ceſſat præſumptio ſomniatæ reædificationis.

Hic ſenſus de ſe planus, comprobatur ex alijs ſubſequentibus verbis ipſius Maripetri, ibi, *conſiderantes prout plenariè informati extitimus quod tu, & genitor tuus præfatus, multa, ac plurima*

bona eidem Eccleſiæ feciſtis, & conſeruationi, ac defenſioni ipſius Eccleſiæ, & bonorum eius diutinis, & ſollicitis ſtudijs inſtitiſtis, prout tu inſiſtis de præſenti, &c. dum dicit Eccleſiam, fatetur, quod illa extabat, non enim potuiſſet Amighinus eam conſeruare, ſi tunc non extaret, cum non entium, nullę ſint partes, vnde niſi de totali dirutione probaretur, ex iuris pręſumptione ex enunciatis verbis Mareni, ex aſſertis verbis Maripetri conſtat, quod tunc dicta Eccleſia extabat, cum † quod neſcitur, dicatur non eſſe, *capitulo ſolennitates, de conſecrat. diſtinct. Ioan. And. in* 49 *Regula, quod alicui gratioſè, in Mercurial. in fine, de regul. iur. in ſexto, Doctores omnes in Rub. & in dicto capitulo 1. de iure patron.*

Confiteris quoque tu ipſe Maripetre, quod dicta Eccleſia tempore quo fuit in ſeruitutem redacta, ſub iure patronatus conceſſo Amighino, quod nedũ ipſa erat in eſſe, verum etiam dotata iuris præſumptione, vt diximus, non enim concedunt iura Eccleſias fundari vel conſtrui, & in omnem euentum in eis Ius patronatus exerceri, niſi illæ dotentur. *cap. nemo, de conſecrat. diſtin. 1. Doctores vnanimes in ſæpe ſæpius citata Rubr. & in capitulo 1. de iure patron.* Et contrarium dicenti † incumbit onus pro- 50 bandi, vt pulcherrimè reſpondit *Barbatia conſilio 22. numero 1. vol. 3.*

Sed quid egemus iuris præſumptione, cum tu ipſe Maripetre, hoc fateris in illo tuo priuilegio, dum dicis. *Conſiderantes, prout plenariè*

rie informari extitimus, quod tu, & genitor tuus; multa & plurima bona eidem Eccleſiæ feciſtis, & conſeruationi, & defenſioni ipſius Eccleſiæ, & bonorum eius inſtitiſtis, & per conſequens fatetur Marinpetrus, quod dicta Eccleſia bona habebat, & ſic dotata erat, vel ſaltem non penitus indotata. Nempè ſi bona non habuiſſet, neceſſariò non erat ipſius bonorum defenſio.

Scio equidem alia ratione me effugere potuiſſe diſcuſſionem hanc, & illud in iure aſſerere, quòd vbi quæritur: An credendum ſit aſſertioni Iudicis, de eo, quod eſt fundamentum ſuæ poteſtatis, & in his, quæ ſpeciali iure competere poſſunt, quod indiſtinctè nō adhibenda fides enūnciationi extrinſecæ ſolennitatis, etiam data temporis diuturnitate immemorabili, cum ea, quæ in facto conſiſtant, & tertio præiudicent, ſint danda, præſertim vbi leue non eſt negotium. Non enim id pendebat à libera poteſtate concedentis, &
51 aſſerentis, ſed cauſa † ſi vera fuiſſet, dabat ei hanc poteſtatem, de qua quidem re latiſſimè per Scribentes *in l. ſciendum. ff. de verb. obligat. in l. ex hac ſcriptura, ff. de dona. in l. ſi forte. ff. de Caſtrenſ. pec. in l. donatio. Cod. de collat. in Authent. Si quis in aliquo. Codic. de eden. in l. prima, Cod. de iure haſt. fiſc. libro vndecimo, in cap. quoniam contra, in c. poſt ceſſionem, de probat. in cap. cum in iure, de offic. deleg. in capitul. ſicut, de re iudic. in capit. illud, de præſcription. in Clement. vna, de probation. & alibi ſæpè, & paſſim per Doctores in eorum conſiliis, & latè*

per

Crauet. in ſuo perutili tractatu de antiquitate temporum, §. 1. num. 3. & 4.

Sed quia non deſunt contradictores, & ne neceſſariæ prolixitati, dum reſpondere habeo prolixo Reſponſo d. eruditiſsimi Menochij, extrà rem ſuperaddam longiorem lectionem, & librum faciam, ſciens & prudens omittam, illud tantum dicam, quòd qui contrariam tuentur ſententiam, volentes in antiquis ſtandum eſſe verbis enunciatiuis, fatentur id non procedere, quando in vno inſtrumento † enunciatur aliud tanquàm de ſua cauſa, cum 2 tunc niſi illud oſtendatur, non probet niſi inter contrahentes. *Anchar. in Clement. Vna, de praben. & ibi Imola numer. 9.* Etiam ſi aſſeratur per aſſerentem vidiſſe illud inſtrumentum enunciatum. *Butr. numero 30. in capitul. cum dilectus, de ſucceſſ. ab inteſt. Barbat. conſilio 38. numero 2. volum. 4. vbi de communi opinione teſtatur. Alexand. conſilio 50. num. 5. & ſequent. volum. 5. Anto. Gabriel. in concluſ. numero 65. in tit. de præſumpt.* à quibus nec ipſe Menochius videtur diſſentire, *dict. eius Reſponſo, ſub num. 44.*

Secundo, ijdem contrariæ ſententiæ aſſertores fatentur, ſi enunciata ſolennitas extrinſeca, illo tunc tempore enunciationis non potuit interuenire, quod etiam in antiquis huiuſmodi enunciationibus non † ſit neceſſariò adhibenda fides, vt eſt caſus *in capitulo primo, de rebus eccleſiaſticis non alienandis libro ſexto.* Et ibi hoc annotat Petrus de Anchar. 3

in ter-

in tertio notabili. Guidus Abbas ibi, n 4. notab. Gemin. numero 5. Philip. Franc. numero quarto, Capra, verſicul. item nota opt. text. Ioan. Color.ienſ. in 8. concluſ. & ipſe Felyn. contrariæ ſententiæ acerrimus defenſor *in citato capitul. ſicut, de re iudic. numero 27. verſic. nec obſtat dictum Dominic.* dum dicit verum eſſe, ſi narratur in inſtrumento alienationis vtilitas, vel neceſſitas Eccleſiæ, non probari per hoc vtilitatem, vel neceſſitatem, niſi aliter de eis conſtet, quia ſecundum Felyn. hoc ideò eſt, quia enuncianti non potuit de enunciato conſtare illo tunc, tempore enunciationis, quemadmodum patet ad ſenſum, illo tunc, non potuiſſe conſtare de veritate illorum verborum generalium, ſcilicèt iuſtis de cauſis, legitimis, ac rationabilibus.

Tertiò, verum fatetur idem *Felyn. in citato capit. ſicut, numero 33. verſiculo, dicta autem.* Tunc extrinſecæ ſolennitati enunciatæ etiam in antiquis non credendum, quando ex eadem deprehenditur defectus, vt quia illa non fuit integrè deſcripta, & enunciata; Subſcribit Crauetta *in dicto tract. de antiquit. temp. part. 1. §. ampliatur, num. 26.*

Nempè poſtquàm Crauetta pluribus comprobauit eam ſententiam, ſcilicet, quod in antiquis ſtandum ſit enunciatis, ea omnia fatetur procedere, quādo in ſpecie id enunciatur, ac in ſpecie exprimitur, ita quòd verba ſint clara. Idem ipſe Crauetta, *conſil. vigeſim. nono,*

num.

numero 2. & 3. Illa ratione, vt puto, quia enunciata extrinſeca ſolennitas, debet eſſe in ſui prima facie, legitima, ſicut dicimus de titulo producto pro iuſtificanda poſſeſſione, de quo alibi, quod euenit in caſu noſtro, cum enuncians vſus eſt verbis generalibus, & indifferentibus, & quæ in pluribus verificari poterant, nam vt inquit *Paul. in l. ſi is, ff. de acquir. hæreditat.* vt quis pro hærede gerendo obſtringat ſe hæreditati, ſcire debet, qua ex cauſa. Non igitur dicendum, ex enunciatis verbis primi concedentis, per Maripetrum ſecundum concedentem, ſcilic. illis: ex iuſtis, honeſtis, legitimis, ac rationabilib. cauſis, inferri poteſt ad reędificationem, ſeu nouam dotationem, quibus ceſſantibus, habeo intentum.

Quartò, idem Felyn. *in eod. cap. ſicut, num. 29.* Tunc in caſu noſtro putat ſtandum enunciatis in † antiquis, quãdo veriſimile eſſet, quod Superiores viſitauerint Eccleſiam, viderint titulum ſuum, ſed tunc ſecus, quando apparet beneficium non fuiſſe viſitatum à ſuperiore, vel eſſet ſine cura, quemadmodum eſt iſtud, de quo controuertitur, tunc enim Felyn. concedit, id non reſultare ex temporis diuturnitate; quia ceſſat ratio, & ſic ſentire *Abb. in capit. illud de præſumpt. vbi idem Felyn. ita probat, numero ſeptimo & octauo.* 54

Quintò idem Felyn. *in citato cap. ſicut, numero 31. verſic. tertiò adverte,* ſuam ſententiam & ſequacium limitat, vt illa non procedat, quan-

55 do† conſtat de vitioſo ingreſſu, cum tunc non obſtante diuturna poſſeſſione, & pręſumptione ex ea reſultante, remoueri debeat † intru-
56 ſus: quod ante eum dixerant *Hoſt.& Ioan. Andr. column.7. Butr. numero decimo tertio, verſic. vel aliter probatur. Abbat.num. 7. ipſe Feijn. num. 7. in d. cap.illud.de præſumpt.* de quo quidem vitioſo ingreſſu, inferius dicam.

Iam videns peritiſſimus Menochius minus rectè conceſſum fuiſſe à Reuerendiſsimis Epiſcopis hoc Ius patronatus familiæ de Amighinis, in eodem ſuo Reſponſo, *ſub nume. 45.* refugit ad præſcriptionem, contendens, & illud validè præſcriptione acquiſitum fuiſſe, reducitque ſub Iudice rem actam, ſcilicet Ioan Andr. in quadam illius communiter recepta diſtinctione verũ ſenſum. Antiqua quippe fuit quæſtio, an Ius patronatus Eccleſiaſticum per laicos præſcribi valeat. Marſilius i-
57 pſius † Ioan. Andr. Præceptor, partem affir-
58 matiuam abſolutè veram † cenſuit, Ioannes de Montemurlo diſputando indiſtinctè negatiuam veriorem probauit, quam illuſtriorem reddidit, & ſecutus eſt Archid. *in cap. hortamur, 71. diſtinct.* Cuius argumenta, & ſententiam nixus fuit peruertere Ioan. Andr. in pręceptoris gratiam, ſiue contentionis ſtudio, licèt ab Arch. gratis Doctoratus inſignia receptiſſet. Hanc affirmatiuam tenet *Ioann. Andr. in capit. querelam, column. 2. verſicul. populus, de elect.* Et alibi ſæpè, latius tamen differit *in cap.*

quod

quod alicui gratioſè, in Mercuriali, de reg. iur. libr. 6. vbi Ioan. Andr. poſt multa, videns non poſſe indiſtinctè Archid. ſententiam peruertere, ad præclaram, & iuridicam diſtinctionem deſcendit, à qua licèt non deſint, qui in aliquo diſſentiant, & quidem ridiculè, cum eorundem dicta re ipſa reincidant in idem, quod ipſe Ioan. Andr. ſentit in ſua diſtinctione, quę iure optimo ab omnibus Doctoribus, communi calculo probatur: ipſe autem Menochius nititur eam perturbare, volens ibi Ioan. Andr. indiſtinctè affirmaſſe præſcribi poſſe per laicum Ius patronatus contra Eccleſiam, etiam, quando conſtat non eſſe conſtructam nec poſſeſſam à laico, & in eum ſenſum, quidquid dixerit Couarruuias inferius citandus; alios plures nulla habita diſtinctione duorum ſequentium caſuum ſecutos eſſe ipſum Ioan. Andr. citat Federic. de Senis, *conſil. 234. incip. ſuper primo puncto*, qui quidem, vt & alijs viſum eſt, ac ipſi Felyn. *in capitul. cauſam, numero 7. de præſcript.* non ſentit abſolutè, quod putat Menochius, cum fundet ſe Federic. in titulo præſcripto ex temporis diuturnitate, & poſſeſſione.

Citat Bald. *in cap. querelam, nu. 15. de elect.* qui idem ſentit, quod Federic. Citat *But. De. & Roland.* qui idem ſentiunt apertè, quod Federic. & loquuntur in caſu, quando locus eſt præſumptioni fundationis, & dotationis, & inter cęteros. *Roland. in citato conſ. 74. num. 33. volum. 1.*

citat *Ioan. Andr. in dict. cap. quod alicui*, in eum ſenſum, qui impugnatur ab ipſo Menochio, & non ſecundum eum, vt ipſe putat. Citat Felyn. qui etſi *in dicto tract. quando literæ Apoſtolicæ, &c. verſicu. conſidero primò, numero 5.* ſimpliciter referat, & ſequatur Ioan. Andr. ſenſu, de quo per Menochium: attamen Felyn. videtur ſe reſtringere ad dicta per eum *in citato capit. cauſam, numero 7. de præſcript.* Vbi reſidet cum Archid. & cum Ioan. Andr. in ſecundo capite ſuę diſtinctionis, quando quis fuiſſet in poſſeſſione, ex antiqua conſuetudine præſentandi, & allegaretur titulus, cum tunc ſecundum Felyn. ex temporis curſu præſumatur titulus, quaſi dicens eo caſu non ex præſcriptione ſed ex titulo præſumpto acquiri, & ſic ſentire Federic. *in citato conſilio.* Non igitur ex his Menochij opinio comprobatur: verum cum cauſam dederit maturius rem conſiderandi, re diligenti ſtudio examinata, dicimus pro Strotio ſtare ipſum Ioan. Andr. & per conſequens cõtra Turchos. Nam poſtquàm ille diſſidentium opiniones, & argumenta recenſuit, & nixus fuerit confutare Archid. rationes, melius tãdem ſibi præceptorique ſuo conſulens præclarè diſtinguit, & adinuicem pugnantes ſententias conciliat. Siquidem, vt putat Menochius, ipſe Io. Andr. præceptoris ſui opinionẽ ſi ruditer, & indiſtinctè probare voluiſſet, breuibus id agere potuiſſet poſt longam argumentationem, ſed inquit. Ex præmiſſis con-

clud o

cludo, Concluſio † igitur attendenda, & non 59
id quod ſuperius dixerat arguendo. Inquit Ioan. Andr. aut conſtat Eccleſiam habere patronos, & tunc, aut Parochiani præſentarunt vnà cum patronis, aut præſentarunt ſine illis, & vtroque caſu præſcribi contra patronos. Et hoc non hęſitando, vt putat Menochius, ſed firmiter, & abſolutè determinat Ioan. Andr. ſubdens patronorum patientiam facere Parochianos huius iuris poſſeſſores inſtitutione ſequuta ad præſentationem ipſam, & in hoc Io. Andr. reijcit ſiue potius limitat Archid. indiſtinctam ſententiam negatiuam, concludens, aduerſus patronum recte pręſcribi poſſe, & ſic in hac parte præceptoris ſententiam tuetur contra Archidiac. Subſequitur Ioan. Andr. Si verò conſtat alios non extare patronos, ſiue hoc ignoratur, cum tunc idem videatur, ex quo credi poteſt Eccleſiam habuiſſe fundatores, & per conſequens patronos, & tunc dicit Ioan. Andr. præſumimus fundationem factam è populo, & cum ipſe populus ſit in poſſeſſione præſentandi, etiam per vnum actum, ex quo reliqui actus non apparent poſſeſſi per alium, nec ius commune circa ius illud fundat intentionem alterius ſaltem, ſecundum hoc his duobus caſibus debere reſtringi contrariam opinionem. Archid. & ſequacium, vt ius hoc præſcribatur, cum adſit iuſtus titulus, ſcilicet præſumptus, ex curſu temporis, ex præſumpta fundatione Eccleſiæ. Non igitur cen-

ſet Ioann. Andreas Ius patronatus Eccleſiaſticum præſcribi poſſe per laicum, per quemcunque temporis curſum, niſi adſit titulus verus, vel præſumptus fundationis, & dotationis, in quem ſenſum paſſim ab omnibus, paucis fere exceptis, communi calculo, Ioan. Andreæ diſtinctio probatur, ſcilicet in omnibus tribus caſibus. Quo ſenſu ſubſcribit Paulus Laizarius *in capitulo nullus, numero 16. de elect. libro ſexto.* Præterquam in ſecundo caſu ſecundæ diſtinctionis, quando dubium, an eccleſia fuerit libera, tunc enim Laizarius reſidet cum Archid. ſed quando conſtat Eccleſiam à principio fuiſſe ad eſſe deductam liberam, vel ſi patronatam, ius illud extinctum eſſet, tunc cum ſatis videatur conſtare de libertate Eccleſiæ, aſtipulatur Ioann. Andreæ omninò aduerſus Eccleſiam præſcribi non poſſe.

Cardin. Zabar. *in citato capitulo querelam, numero octauo, in 25. quæſt. de elect. & in Clem. cnt. 11. numero 5. de iure patron.* verbis non re à Ioan. And. diſſentiens, candem, vt ſuam ponit diſtinctionem, clariorem tamen. His verbis. *Quandoque conſtat Eccleſiam habuiſſe patronos ab initio,* & tunc contra eos præſcribi poſſe quod & ipſe Io. And. dixerat. Quandoq; conſtat eam non habuiſſe, vel ſi habuit, liberata fuit, & tunc laicus non poteſt præſcribere Ius patronatus, nec Ius præſentandi cum titulo cuiuſcunque inferioris à Papa, cum ſolum certis in caſibus [illegible], liceat laicis habere Ius patronatus

natus, ſcilicet, cum fundant, conſtruunt, & dotãt, non ergò in cæteris, quod ante eum etiam dixerat ibi Ioann. de Lignano. Et hoc idem ſentit Ioan. Andre. dum caput hoc per conſequentiam determinatum omiſit. Decidit enim ille, contra patronum præſcribi poſſe, ſentiens ſecus cõtra Eccleſ. ſi conſtet illam liberam à principio, vel ex poſtea de patronata liberam effectam. Hoc eo magis depçhẽditur dum ad alteram partem ſuæ diſtinctionis properat, his verbis. Si verò conſtat alios non extare patronos, dixit alios, non excludens quin populus non potuerit eſſe patronus: nempè ſi ſic intellexiſſet, & ſic Eccleſiam omninò in rei veritate liberã expreſſiſſet, vel nõ dixiſſet alios, ſed ſimpliciter, ſi conſtaret non extare patronos, tunc enim poſſet ſuſpicari intellexiſſe etiam eo caſu, quo conſtaret abſolute de libertate Eccleſiæ. Et quod ita non ſenſerit, vt putat Menochius, liquet ex his, quę ille ponit inferius, dum pedem figit in præſumptione, quæ locum non habet in certis, ſed in obſcuris, ac ambiguis. Non enim præſumi poteſt fundationis, vel dotationis titulus, quando conſtat, quod Eccleſia à principio ex eleemoſinis vel aliter deducta fuit ad eſſe libera, vel ex poſtea de patronata libera effecta. Nempè ſi ſecus, quam dicimus ſenſiſſet Ioan. And. ſibiipſi contrarius, ac inconſtans fuiſſet, & ideò dicendum eum in ſecundo caſu ſuæ diſtinctionis non intellexiſſe de

Eccleſia rei veritate libera, ſed de ea, quæ alios patronos nō habebat, quàm populum poſſeſſorem, vel quaſi, quo caſu inquit Ioan. An. cum credi poſsit Eccleſiam habuiſſe fundatores, præſumemus fundationem factam à populo, quo præſumpto titulo, ſtante temporis curſu, voluit ille acquiri per ipſos Parochianos laicos Ius patronatus. Præclara quidem ſingularisque declaratio, nec ab alio, quem viderim conſiderata præterquàm à Guido. † Iuriſconſulto præſtantiſſimo Abbauo meo, *in citato cap. 1. de reb. eccleſ. non alien. libr. 6.* Aliquid non tamen ita clarè ponit Lambert. *in dicto ſuo tract. in 5. artic. 10. quaſt. princ. num. 30. verſic. adducitur etiam.* Subſequitur Cardin. Zabar. ſuam diſtinctionem inquiens: Tertio caſu, quando eſt dubium, ſcilicet, quia non conſtat Eccleſiam habuiſſe patronos ab initio, neque conſtat eam non habuiſſe, ſed eſt dubium, & in hoc diſſentit aliqualiter à Ioan. Andr. qui voluit ſtante temporis curſu, per vnicum præſentationis actum præſumi poſſe titulū, fundationis ſcilicet, id verum ſecundum Cardin.

61 in poſſeſſorio, † ſecus in petitorio, cum tunc requiratur curſus immemorabilis temporis. *Abb. in eod. cap. querelam, num. 9.* etſi Ioan. Andr. diſtinctionem in omnibus tribus caſibus ſequatur, & eam communem teſtetur, & in practica ſeruandam, & nuncupatim exprimit Ioan. Andr. tenere laicum non poſſe præſcribere Ius patronatus in Eccleſia libera: vt ali-

quid

quid tamen noui afferre videretur, verbis ab ea diſſentit, re autem ſubſcribit, vt ex eius verbis, & præmiſſa declaratione cuique patet. Vnde ibidem in fine non ex ſuo capite, ſed ex mente Ioann. Andr. inquit, vtile eſſe volenti vendicare Ius patronatus, vt non ſe fundet ſuper mera præſcriptione, ſed ſuper iure patronatus, & ad illud præſumendum alleget temporis curſum, & plurimas præſentationes, quod docet quoque Decius *conſi.126. numer. 3.* Nec Abb. *in conſil.76. & conſil.106. num.4. de communi teſtis, parte 2. & in citata quæſt. 5.* Augerio ſibi pugnans ab his diſſentit, aſtipulatur Præpoſitus *in allegato capit. hortamur, 71. diſtinct. Rocchus Curtius in dicto tractatu, de Iure patronatus in verbo ipſe, num.84. & 89. Decius conſilio 117. nume.2.* Præſertim data incapacitate præſcribentis. *Felyn. num.2.3. & 7. in citato ca. cauſam, de præſcript.* qui alios citat. Balbus *in tractat. de præſcript. in 1. parte 5. partis princip. num. 8. & 9.* qui etiam alios plures citat.

In eum, quem diximus, ſenſum contra opinationem Menochij, vltra relatos citant *Ioan. Andr. in d.c. Mercuriali,* & ſubſcribunt, quorũ aliqui communiter probati teſtantur, ſcilicet Antonius de pactiis inter conſil. Alexand. *in conſilio 74. numero decimo ſexto, volumin. quarto, & ibidem ipſe Alexand. in ſubſcriptione, num.35. Rocchus in citato verbo ipſe, numero 86. & ſequen. Aretin. in rubr. de iudic. verſic. ſuper ſecunda quæſtione. Balbus vbi ſuprà, numero 1. & 2. Cardin. Pariſius in capit.*

cauſam, numero quarto, de praſcripi. Berous de communi teſtis, conſilio ſexto, numero octauo, & 9. libro 1. Cauarrunias de communi teſtis, in relect. ca. poſſeſſor parte 2. §. decimo, numero 2. & 3. latè Lambertin. de communi teſtis, in dicto eius tract. in quinto articulo 10. quæſt. princi. 1. parte, primo libro per totum, & nuncupatim, nume. 39. & 47. verſic. in prima limitatione, vbi de communi, ad idem citans Caietan. in rep. capit. vltimi, de elect. libro ſexto, colum. 37. & 38. idem Lambert. in ſecundo articulo, ſexta quæſt. princip. eadem parte, & lib. vbi inquit communiter concludi Eccleſiam liberam, cum ſcitur eam liberam, præſcriptione fieri non poſſe patronatam, ſed bene preſcribi, quando ignoratur an fuerit libera, & ex poſſeſſione, vel quaſi iuris præſentandi alicuius, præſumitur ille patronus ex fundatione, vel dotatione, & ſic eſt ius patronatus non cauſari a præſcriptione, ſed à præſumptis cauſis.

62 Sed cur vagamur, cum habeamus † caſum legis apertum *in dicto capitulo 2. de rebus eccleſ. non alien. in ſexto*, vbi ſtatutum eſt, quod conceſſio Iuris patronatus, facta laicis per Prælatos, vltra caſus à lege permiſſos, Eccleſiarum, ſeu bonorum ipſarum abſque ſui Capituli (ſi illud habet) conſenſu, & Apoſtolicę Sedis licentia ſpeciali ſit nulla ipſo iure, nec ex huiuſmodi conceſſione ius aliquod habile ad præſcriptionem aliquam acquiri, cum clauſula Decreti irritantis ipſam conceſſionem, cũ inde ſecutis, per quem textum, ſic in facto con-

conſultus, reſpondit Geminian. *conſilio 32. numero octauo, incipien. pro examinatione prædictorum ſubſcribit Staffileus in tractatu de gratiis, & expectatiuis, ſub. rub. de modo, & forma impetrandi, §. 2. incip quæritur videre, num. 3. & 4.*

Ex his planè liquet, duo principalia, & vrgentiora fundamenta Turchorum, in lubrico poſita fuiſſe, nec iure probari, per Reuerẽdiſſimos Epiſcopos Brixienſes, potuiſſe in Ecclesia hac poni Amighinos patronos, in locũ extinctę de Manzolis eiuſdem Eccleſiæ olim patronæ. Neque per Amighinos, & eorum ſucceſſores Ius patronatas hoc præſcribi potuiſſe, per quemcumque temporis curſum, iuxta caſum legis, *in citato c. 2. de reb. eccleſ. non ali. li. 6.* Sed quia idẽ præſtantiſſimus Menochius inſtat, nobis ipſis indulgendum erit, ſi dum ſingula argumẽta confutamus, lõgiores erimus.

Inquit Menochius, *num. 58.* admiſſo Ioan. Andr. diſtinctionem intelligendam, vt nos ſuperius explicauimus, adhuc pro Turchis cõcludendum, cum ipſi ſint in 2. caſu diſtinctionis, ſcilicet conſtare per prius Eccleſiam hanc poſſeſſam fuiſſe à laicis, & ea de re Amighinos potuiſſe præſcribere. Nos autem vno verbo fallaciam argumenti detegimus, dum dicimus conſtare Eccleſiam, hanc olim fuiſſe ſub patronatu laicorum, ſed inſimul quoq; conſtare ob extinctionẽ familiæ patronæ, illã effectam liberam, & per conſequens, non ex poſſeſſione diuturna Amighinorum præſumi illos fuiſſe

fuiſſe fundatores, cõſtructores, vel dotatores, qua ceſſante præſumptione *Ioan. And. in dicto 2 cap. ſuæ diſtinctionis*, modo quo explicauimus ex communi cõſenſu, concludit contra Turchos.

Ex his quoque confutatur tertium argumentũ, eiuſdem Menochij, *ſub n. 50.* putans nõ negare, Eccleſiam hanc conſtructã ab illis de Manzolis, neque ab illis poſſeſſam, liberamus Turchos ab hac dubitatione, fatemur illos de Manzalis, ex fundatione, conſtructione, & dotatione legitimos fuiſſe patronos, & fuiſſe ꝑ longũ tempus in poſſeſſione dicti iuris patronatus, & dum cum ipſis Turchis hoc dicimus, per conſequens neceſſarium in ſimul cũ eiſdem Turchis dicimus, ipſos, nec Amighinos, à quibus ipſi Turchi cauſam habent, fuiſſe dictæ Eccleſiæ fundatores, conſtructores vel dotatores, & ꝓpterea, nullo modo potuiſſe acquirere hoc ius patronatus, ꝑ quãcunq; conceſſionem, ex quacunq; cauſa, cuiuſcunque inferioris à Papa, & ſic nos non verſari in dubio de ſtatu Eccleſiæ, & ea de re cum conſtet de primordio, ideſt, de libero ſtatu Eccleſiæ, nec locus ſit præſumptionibus, præſcribi non potuiſſe, ex quo de totali dirutione Eccleſiæ, poſt illius libertatem, & totius dotis amiſſionem doctum non extitit, & præſumptio iuris ſtat pro Eccleſia, imò ex confeſſione eorundem de Turchis, reſultante ex producto priuilegio, conſtat, quod Amighinis non

non ex cauſa reædificationis, vel nouæ dotis illud conceſſum fuit.

Vrget Menochius † quarto loco, *ſub numero 60.61.62. & 63.* rem pro Tutchis eſſe claram, cum ipſorum præſcriptio habuerit antecedentem titulum, qui quidem titulus etiam ab inferiori à Papa iuſtis de cauſis concedi potuit, ſed iuſtas extitiſſe cauſas, putat demonſtraſſe. 63

Et vt ad angulum nos reduceret, inquit, admiſſo, quod titulus fuerit inualidus, adhuc ex eo datam cauſam iuſtam præſcribendi, & eſſe caſum *in capitul. cura, de iure patronat. citat. Guid. Pap. poſt Hoſtienſ. Burt. & Cardinal. Zabarel. citat etiam Feder. de Senis, Rubeum, & Crauettam.*

Huius argumenti prior pars ſuperius confutata eſt à nobis, dũ probauimus inferiorem à Papa, non poſſe Eccleſiam liberam facere patronatam, niſi ex ſpecificatis cauſis, de quibus per nos ſuperius ex communi recepta ſententia, quarum aliqua non adfuit in conceſſione dictorum Epiſcoporum Brixienſium.

Poſterior argumenti pars non probatur *in citato c. cura, de iure patron.* fremat ipſe Menoch. quantum velit, cum Cardin. Zabar. ſententia *in citato c. querelam. de ele.* ſit veriſſima, nempe *in d. cap. cura*, clerici præſcripſerant Eccleſias titulo pro ſuo in proprietatem, non vt Eccleſias, vt animaduertit ibi *Innoc. & magis aperte. Abb. Antiquus. Abb. Siculus, & cæteri.*

Præ-

Præterea ibi admittitur præſcriptio illa, quia aderat præſumptus conſenſus illius, qui dare poterat, vt ibidem per *Innocen. Butrium, Abbat. & cæteros.*

Rurſum ibi admittitur præſcriptio non eorum, qui receperant, ſed eorum ſucceſſorum in dignitate, vt in vltima ſolutione ſcribit ibi gloſ. & magis communiter Doctores, ſed hoc nihil nobis obſtat, cum ſi id admittatur in dignitate, ſecus tamen in hæredibus, & ſucceſſoribus vniuerſalibus, vt inferius ſuo loco probabitur.

64 Cæterum quiſquis verior † ſit ſenſus, dicti cap. cura, cum multiplex ſit, vt ibi per Scribentes: nobis ſat eſt, quòd ibi non tractatur de præſcribenda Eccleſia libera, vt & ipſe præſtantiſſimus Menochius concedit, *ſub num. 63. in illis verbis, vbi titulus donationis eſt improbatus, vt eo Ius patronatus transferatur, &c.* ſed de Eccleſia patronata, ſaltem de facto, nec aliter prouideri poterat, nec ibi tractatur de præſcribenda libertate Eccleſiæ, per laicos, ſed de præſcriptione clericorum aduerſus laicos, vnde diuerſa ratio, ſecundum *Bellam. in citato conſil. 10. colum. 11. verſic. non obſtat præd. cap. iura*, & ea de re nos eſſe in primo capite ſuperius probatæ diſtinctionis. *Ioan. Andr. in citato ca. quod alicui gratioſè, de reg. iur. lib. 6.*

Nec citati Doctores per Menochium Cardin. Zabar. ſententiam ſubuertunt. Nempe Guid. Pap. *deciſ. 159.* loquitur in caſu diuerſo, & quan-

quando credi poterat vnà cum Epiſcopi conſenſu intrueniſſe, & ipſius Cap. cõſenſum, & ſic quando error erat in facto, qui pręſcribendi cauſam dat, ſecus vbi error in iure, & in iure aperto.

Hoſtienſ. idem Cardin. & But. *in capitu. 1. de his, quæ fiunt à prælat.* concludunt contra Turchos, dum volunt alienationem factam per Prælatum, ſi ea irrita ſit ipſo iure, non dare præſcribendi † cauſam, ſecùs ſi foret irritanda, vt præclarè ſcribit *Felyn. in capit. de quarta, numero 35. in 4. limitat. de præſumpt.* quod ſenſerat Archid. *numero 7. in ſæpius citato capitul. 11. de rebus Eccleſ. non alien. in 6.* & aſtipulatur Balbus, *in l. Celſus, numer. 15. ff. de vſucap.* vbi poſt alios, quos citat, vult titulum nullum, qui putatur validus ſufficere ad præſcribendum, quod verum cenſet ibidem *ſub numero 19.* niſi error ſit contra legem, & ſic vbi expreſsè lex reſiſteret. Cum igitur Epiſcoporum Brixienſium conceſſio irrita fuerit ipſo iure, per caſum legis, *in dict. capit. 11.* & reſpondit Gemin. *cita. conſilio 30.* igitur, &c. 65

Neq; Rubeus Alexand. *in citato conſ. 77. nu. 4.* facit pro Turchis, nẽpè, & ſi velit ille licèt nõ rectè, errorem iuris cauſare bonam fidem, vt quis aduerſus Eccleſias præſcribere valeat lõgiſſimo tempore, tamẽ ipſemet id verũ cenſet, ſi error, id eſt ignorantia ꝓbaretur, puta quòd conſuluerit ille peritos, vel fuerit ruſticus, aut mulier, aliâs cum præſumptio ſit iuris, in

contra-

contrarium, vult Rubeus, iuris errorem non cauſare bonam fidem, & per conſequens nec præſcriptionem, quę ſine illa legitima non reputatur.

66 Præterea tunc forte titulus priuilegij inualidus daret iuſtam cauſam præſcribendi, † quando res conceſſibilis eſſet, tum reſpectu dantis, tum recipientis, vt poſt alios, quos citat, pulcherrimè concludit *Crauetta in dicto ſuo tractatu, de antiquitate temporum, par. 4. nume. 213. verſic. ſed aduerte. Et Balbus in tractatu de præſcript. parte 1. numero 20. verſic. hanc limitationem in fine, & in dicta l. Celſus, numero 9. ff. de vſucap.* Sed ſuperius abunde probauimus, Ius hoc patronatus in Eccleſia libera, non eſſe cōceſſibile per inferiores à Papa, extra cauſas, quas in ſpecie recenſuimus, neque eſſe receptibile per laicos ſiue altera ipſarum, ſub qua generalis prohibitio laxata fuit. ergo, &c.

Videamus an citatus Crauetta per Menochium faciat pro eo, poſtquam putat Menochius per Crauetam, egregiè materiam hāc declarari. Inquit ille *in dicto ſuo tracta. parte 4. particula 4. incip. materia; numero 6.* poſtquam formauit quæſtionem: An titulus non reprobatus à iure, licèt minus legitimus, quia non interuenere ſolennia, impediat pręſcriptionē longiſſimi temporis, & ad vtramque partem plures citat, tandem ipſe *ſub numero 11.* concludit, omninò impediri præſcriptionem, ſi fuit error iuris omninò prohibitorij, & ſub iſto

caſu

caſu inquit † comprehendi, *capitul. cura de iure patronatus.* Non enim in caſu noſtræ quæſtionis dici poteſt, iuris pohibitionem qualificatam ſcilicet, niſi interueniant ſolennia, quo caſu forte ſecus, ſed ſimpliciter prohibitoriam extra caſus fundationis, conſtructionis & dotationis, ſiue reædificationis comprehenſæ ſub verbo conſtructionis, vt ſuperius latè cōprobauimus. Vndè liquet Crauettam concludere contra allegantem. 67

Nempe inquit Collectarius, *numero quinto, & poſt eum But. numero nono, & Berous numero ſexto, in citato capit. cura, de iure patronatus,* credens Prælatum, quid facere poſſe, quod verè ille facere nō poteſt, & ſic erat in iure, & ille preſcribere nō poteſt, quia iuris ignorantia non excuſat, ſecus ſi erraret credendo, quid factum eſſe ab eo, qui verè facere poteſt, & ſic erraret in facto. Inſtat Menoch. rerum varietate, & argumentorum multitudine, ita, vt mihi neceſſe ſit in lōgius protrahere reſponſum, ne vt predíximus captionibus obumbretur veritas. Nempè ille *ſub numero 63.* inquit, ſat eſſe Turchis, ſi illi allegarent eorum Auctores habuiſſe iuſtum titulum à Papa, & ab ipſo Epiſcopo Brixienſi, confirmatum atque executum ex eo anno 1422. & ad huius tituli probationem adducere præſcriptionem, & curſum immemorabilis temporis, *citat Felyn. Abb. Alex. Barba. Dec. Curt. Purpuratum.*

Nos autem contra ſubuertendo funda-

menta, vbi tanta moles ſuperædificatur. Et primum negamus ſtandum eſſe enunciato inſtrumento, ſiue priuilegio, vt ſuperius probauimus.

Secundò dicimus Papæ conſenſum non præſumi in his, quæ de iure communi non
68 poſſidentur,& qui priuilegium † allegat, illud oſtendere habet, vt inquit Lambert. *in eodem tractatu, in nona princ. quæſt. num. 16. par. 1. lib. 1.* & eſt caſus, *in capitul. contra morem, & ibi gloſ. in verbo te comprobes, c. diſt.*

Tertiò dicimus Papæ Priuilegium nunc ſomniari non poſſe, etiam data immemorabili poſſeſſione,& hoc ex eodem producto priuilegio liquidò conſtare. Nempè ſi illud præceſſiſſet, vtique enunciatum fuiſſet, imò tantò magis vna cum ipſius Mareni Epiſcopi conceſſione.

Præterea verba producti Priuilegij, Priuilegium Papę apertè excludunt, dum dicitur, quòd Marenus Epiſcopus ex certis cauſis iuſtis,& legitimis patronum dictæ Eccleſiæ fecit, conſtituit,& creauit d. Amighinum, non igitur patronus ille factus Papæ Priuilegio, ſed Epiſcopali, dum dicit Epiſcopus fecit, cóſtituit,& creauit.

Ad idem efficax argumentum à ceſſante temeritate, nempè ſi ius patronatus hoc, Papæ Priuilegio conceſſum fuiſſet, vtique Maripetrus Epiſcopus, Mareni ſucceſſor, in ſuo Priuilegio minimè dixiſſet, prædictam conceſſio-

ceſſionem confirmamus,& ratificamus,abſit à ſæculo,vt in dubio velimus credere, Maripetrum Epiſcopũ tàm temerarium fuiſſe, vt auſus fuerit ille os ponere in cœlum, & conceſſa per Dei Vicarium in terris; vti ſuperior, confirmare. Hoc idem ſuadet petita confirmatio huiuſmodi conceſſionis per Ioannem Baptiſtam filium dicti Amighini ab ipſo Maripetro, Epiſcopo, & obtenta; cur ille ab Epiſcopo confirmationem procuraſſet, ſi Papa priuilegiũ habuiſſet. Rurſum, cur ille ad cautelam ſibi de dicto iure patronatus nouam cõceſſionem fieri expoſtulaſſet ab Epiſcopo Maripetro, Epiſcopali auctoritate ordinaria, ſi Pontificia conceſſione conſequutus fuiſſet dictum Ius patronatus, vt non immerito dicere poſſimus, hæc ſomnia eſſe.

Poſtremò, qui vnum titulum producit, & illum malum, infectum, vel vitioſum, præſumitur, † quòd ſi meliorem habuiſſet, illum al- 69 legaſſet, vt præclarè ſcribit Bellamera, *conſil. 10. in princip.* Vbi enim vnus apparet titulus, illius virtute, & non alterius, præſumere debemus poſſeſſum, *gloſ. vltima, in l. quædam mulier, & ibi Bartolus & cæteri omnes, ff. de rei vendic. l. 1. §. 1. ff. de rei vendit. l. 11. Cod. de acquiren. poſſeſſion. Bellam. vbi ſuprà.*

Hinc eſt omnium vna ſententia, & illa tàm vulgaris, vt non deſinã profecto mirari, quòd Turchi Priuilegium illud produxerint, dico 70 inquam, melius eſſe † nullum titulum al-

legare, quam allegare malũ, & vitioſum, & fuit originalis ſententia Guiliel. Naſi, qui teſtaſtatur ſic fuiſſe determinatum in Curia Romana, quod allegans iniuſtum titulum, repelli debeat, & pro eo data cautela, vt quis ſileat titulum iniuſtum, & ſolam prẹſcriptionem alleget, quẹ ſub ſe habet titulum, & bonam fidem, ſecundum eundem Guiliel. quem referunt, & eidem ſubſcribunt *Ioan. Andre. Cardin. Zabarel. & cæteri omnes, in citato capitulo cura, de iure patronatus, Bellamera in citato conſilio decimo, verſic. de quarta, & in Deciſionibus Rotæ 103. in fine, & Deciſ. 287. & Deciſ. 639. Guid. Papæ, Deciſ. 85. numero ſecundo, & ipſe præſtantiſsimus Menochius de recuper. poſſeſſ. remedio 94. num. 32. & ante eos Innoc. in c. dubium, de decimis.*

Hinc Crauetta *in dicto tracta. de antiq. tempor. parte 4. partic. 4. §. Materia, numero 34. 13. & numero 20. 21. & 23.* belliſſimè inquit, cum producitur titulus præſcribentis, ſiue eius auctoris, qui vitioſus ſit, videri de producentis confeſſione conſtare per ſcripturam, quæ ſemper loquitur, & ideo antiquitatem temporis nil iuuare ad præſumendum, cum tunc antiquitati temporis, per legem conferatur ius tituli, quando ceſſat prouiſio hominis, de qua cum conſtet in caſu noſtro, ceſſat legis priuiſio, præſertim ſecundum Crauettam, vbi refragatur præſcribentis incapacitas, cum diuturni-
71 tas † temporis, non faciat capacem eum qui eſt incapax, *Lambertin. parte tertia, libro 2. 12. artic.*

ticulo 1. quæſt. princip. numero ſecundo, de iure patron. dico inquam, vbi refragatur præſcribentis incapacitas, & adeſt mala fides, nam bona fides, ceſſare videtur, vbi apparet de vitioſo titulo, & à iure reprobato, & per conſequens ceſſare præſcriptionem, quæ ſine fide bona in æternum nõ currit. Hæc Crauetta. Idem Crauetta *eadem parte 4. §. abſolutis differentijs, numero 59. Anton. Gabriel. concluſ. 1. numero 53. de præſcript.* & eſt textus *in capitulo dudum, & ibi Inno. & cæteri de decim.* qui Crauetta *in dicto §. Materia, numero decimo ſexto*, arguit ad vtramque partem, an noceat mala fides præſcribentis, tandem numero 20. cõcludit, malam fidem obſtare in æternum, † 72 & ex ea impediri quamcunque præſcriptionem etiam immemorabilis temporis, & eos, qui ſecus dicere videntur, intelligi debere loqui de mala fide præſcripta, cum hanc præſumptionem immemorabile tempus diluat, ſed vbi iam planè conſtat, non relinquitur locus præſumptioni, idem Crauetta *conſilio 146. numero 6. Anton Gabriel. concluſ. 1. numero 17. de præſcript.* imò in caſibus, in quibus præſumptio haberet locum, expendendæ illæ eſſent, quæ plures, quæ vrgentiores, & efficacior admittendæ, ipſe Crauetta ſentit, & tradit *Ioan. Andr. in d. cap. 11. de reb. eccleſ. non alien. lib. 6.*

Ex his quoque ſubuertitur Menochij argumentum *ſub numero ſexageſimo quinto, & ſequen* vbi vult ille, ex curſu temporis excedentis hominum memoriam præſumi titulum

adeſſe, quia nos ſumus in caſu, in quo conſtat de titulo, & illo quidem vitioſo, nec locus eſt præſumptionibus vel coniecturis. *Innocent. Crauetta, Anton. Gabriel. ſuperius citati, qui alios citant.*

Neque verum eſt, quod ſcribit Menochius *ſub numero 69. & 70.* dum cenſet ille, laicum indiſtinctè præſcribere poſſe Ius patronatus, veluti omnino ille non ſit incapax, quia ſententia hæc ſuperius abundè confutata eſt, præſertim per caſum *Cap. 2. de rebus eccleſ. non alienand. lib. 6.* Cum laicus huius iuris capax non ſit, niſi certis ſpecificatis cauſis interuenientibus, extra quas remanet ille ſub iuris diſpoſitione prohibitoria, & inhabilis, ac incapax cenſetur, & licèt dici ſoleat competentia alicui ex priuilegio eſſe præſcriptibilia, verum eſt in conceſſis per priuilegium, quæ ſunt præſcriptibilia, dari ius commune Priuilegium, vtcũ Epiſcopi conſenſu laicus fundans, conſtruens, vel dotans Eccleſiam, Ius patronatus in ea poſſidere, vel quaſi valeat, eademque ratione ius commune non reſiſtit, quin & illud per laicum preſcribi poſſit eiſdem concurrentibus cauſis verè, vel ſaltem præſumptiuè, ſecus vbi verè, vel præſumptiuè ille non concurrant, cum tunc cenſeatur laicus indiſtinctè incapax, & niſi ſpeciali priuilegio Papæ, de quo verè vel præſumptiuè conſtet, fuerit habilitatus, prorſus inhabilis cenſetur de iure com-
23 muni, cum poteſtas in exorbitantibus † ſpe-

ciali

ciali ratione, & limitatè conceſſa, non ſit extendenda, *cap. quod translationem, de offic. deleg.* & hoc eſt, quod verum cenſent Felyn. *in ſepe citato cap. cauſam, num. 7. ver. dum tangit, de præſcript. & ibi Abb. num. 4.* quem communi calculo probari à Doctoribus teſtatur *Cardin. Pariſius, conſil. 13. num. 9. volum. 4. Cardin. Zabar. conſil. 88. numero 2. Ruinus conſil. 156. num. 9. volum. 4. Dec. conſi. 148. num. 5.*

Neque his refragatur Feder. de Senis *in conſ. 234.* vt putat Menochius: quia ille loquitur reſpectu poſſeſſorij, in quo turbari nequit, quin poſſidens præſentet, dato quòd non oſtendat titulum, donec ſcilicet feratur ſententia contra eum ſuper proprietate, præterea, & ipſe Feder. *nu. 2. ver. ſic. eſt videndum*, concedit, quod in caſu, in quo prohibetur prçſcriptio, laicũ non poſſe præſcribere, & ſic concedat cum his, quę ſuprà diximus, ſcilicet, in illis caſibus, veluti fundationis, conſtructionis, vel dotationis, & hæc fuit Federici principalis intentio, licèt arguendo cætera adducat, & in omnem caſum, ſi aliter intelligeretur, eius opinio cõmuni calculo Doctorum reprobatur, vt ſuperius oſtendimus. Inſtat diſertiſſimus Menochius, ſuam ſententiam confirmari ex verbis Sacroſ. Concilij Triden. Seſs. 25. c. 9. in illis verbis, ſiue ẽt ex multiplicatis præſentationib. p antiquiſſimũ temporis curſum, qui hominum memoriã excedat, quę verba oſtendunt ſecũdũ Menoch. titulũ ex præſcriptione eſſe iuſtũ

titulum, ex quo ibi ille æquiparatur titulo fundationis, & dotationis, & illam conciliarem conſtitutionem, loqui etiam de Iure patronatus laicorum: hæc ille, quod verum cenſeo, ſi intelligatur titulum ex pręſcriptione reſultantem verſari circà eaſdem cauſas, quibus verus titulus putatiuus, ſiue præſcriptus fundationis, conſtructionis & dotationis, reſultans ex diuturna poſſeſſione, & multiplicatis pręſentationibus, æquiparatur titulo vero & iuſto, ac ſi verè cōſtaret de fundatione, cōſeruatione, vel dotatione, & hoc viſus eſt fateri ipſe Menochius, dum dixit titulum ex præſcriptione, & hoc eſt iſtud, quod ſuperius diximus ex doctrina Guil. Naſi, communi voto comprobata à Doctoribus, quod ſi titulus eſt vitioſus, ſileri debet, & allegari ſola præſcriptio, quæ ſub ſe habet titulum habilem, & bonam fidem, non titulum, qui ex pręſcriptione ſuboriatur, ſed ius ipſum patronatus, quod probatur ex diuturna, ac immemorabili poſſeſſione, cum tot præſentationibus, & inſtitutionibus ſequutis, & ideò citata Sacroſancta Conciliaris Conſtitutio, ad clariorem ſenſum addit alia verba, quæ neſcio, quo ſpiritu ductus ſubticuit Excellētiſſimus Menochius, dico inquam verba illa, aliáue ſecundum iuris diſpoſitionem, vnde concludimus, admiſſo, quod in caſu noſtro cōcurreret immemorabile temporis ſpacium, quod verum non eſſe in facto inferius demonſtrabimus, nihilominus

Con-

Conciliaris diſpoſitio non ampliat, nec detrahit iuris communis determinationi, ſed quia noſtrum non eſt illam interpretari, conſulenda eſt Illuſtriſſimorum Cardinalium cõgregatio ad id ſpeciali prouiſione Pontificia deputata, cũ abſurdum videatur, nos ponere, vt aiunt, os in cœlum: illud autẽ nõ omiſerim, quod in confeſſo eſt, ſi docuerimus ſeductis temporibus, quæ ſubduci debent, nos non eſſe in caſu vbi extet præſcriptio immemorabilis temporis, quæ communi ſententia, ad centum Annos coarctatur, caſum noſtrum determinari apertè per citatam Sacroſancti Concilij conſtitutionem, ſub §. reliqui patronatus omnes in beneficijs, & priuilegia conceſſa in vim patronatus, in totum prorſus abrogata, & irrita, cùm quaſi poſſeſſione inde ſecuta intelligantur. Ad quod animaduertere debet prudens Iudex, ne contra Conciliarem determinationem ſententiam ferat.

Septimo loco *ſub numero 71. & ſequen.* arguit acutiſſimus Menochius, argumenta à ceſſante ratione præſcriptionis impeditiua, ſcilicet, malæ fidei, bonam inquit probari, quia Conceſſio facta anno 1422. item & alia anno 1459. ſolenni more auctoritate Epiſcopali factæ fuerũt, & patronis eadem auctoritate, in quaſi poſſeſſionem immiſſis extitere, ergò habuerunt bonam fidem.

Addit *ſub numero 94,* negari non poſſe, quin

 ſi pri-

ipſo Amighino primo recipiente, in libera Eccleſia hoc ius patronatus, per conſequens dicimus, nec illius ſucceſſores potuiſſe à ſeipſis incipere præſcriptionem, ſed prius quam hoc doceamus, tempora ipſorum mala fide recipientium dictum ius patronatus, ſubducantur, & ceſſabit immemoralis temporis curſus, & ſic centenaria præſcriptio, etiã ſi præſcriptio dici meretur quando mala fide poſſidetur. Tempus enim immemorabile † dici- 75
tur curſus centum annorum, ſecundum magis communem ſententiam, vt tradit *Curtius iunior, conſilio 90. nu. ſecundo, & Anto. Gab. in concluſionibus, conclu. 1. numero 71. & 73. in titulo de præſcript.* Anno 1422. vt prętenditur, facta fuit Amighino huiuſmodi conceſſio, à quo cum nõ potuerit incipere pręſcriptio ob eius malam fidẽ, tempora ſuæ vitæ ſubduci debent. Rurſum tempora vitæ Ioannis Baptiſtæ filij cui año 1450. facta fuit confirmatio, ac noua conceſſio, qui negari non poteſt, quin ſciuerit patris vitium, & malam fidem, ex quo in eadem conceſſione, quæ ſibi fit, ſeu confirmatione, & patris acquiſitio enunciatur, de patris morte videtur poſſe dici eo tempore, quo filius dictę conceſſionis factæ in patrem confirmationem procurauit, neſcitur tamen quantum ſuperuixerit Ioan. Baptiſta poſt ſibi factam conceſſionem anno 1459. ſed cum homo † 76
præſumatur viuere vſque ad centum annos, *Bart. & Doctores in lege vndecima, §. ſi dubitetur, ff. quemad-*

quemadmodum teſtamenta aperiantur, & hoc ſit fundamentum ipſorum de Turchis. ipſis probandi onus incumbebat, ſed detur, quòd ſuperuixerit ad minùs per 20. annos, conſequẽs erit, vt huiuſmodi præſcriptio non potuerit incipere ante annum 1480. vnde vſq; ad motam litem anno 1569. intermedij ſunt tantum anni 90. ceſſat igitur poſſe dici in caſu noſtro, extare centenariam præſcriptionem, ex qua concluſione multæ ſunt conſequentiæ, quæ excludunt neceſſariam ſuperius habitam diſputationem, vt prudens Iudex conſiderare poterit, imò dicimus ſubducendum eſſe tempus, à quo Bartholomeus Turchus conſecutus fuit in ſe transferri ius hoc patronatus, quod fuit Anno 1554. & ſic remanebunt tantum Anni 75. in circa, ſucceſſor inquam ſciens malum titulum, bonam fidem non habere dicitur, & per conſequens non poſſe incipere à ſe præſcriptionem, vel inceptam perficere, vt tradit *Hoſtienſ. Henric. Bohic. & alii, in dicto c. cura de iure patron. & Bellamera, in citato conſilio 10. in ſecunda oppoſitione*, ſicut enim infectus, ac reprob. titulus impediuit Amighinum, & Ioannem Baptiſtam filium, vt illi non potuerint ob malam fidem cauſatam ex iuris errore, incipere, ius hoc patronatus præſcribere, cũ titulus in iure erroneus, non det iuſtam cauſam præſcribendi, cum ius præſumat in omnibus iuris ſcientiã, & ideò, qui contra iura mercatur, præſumitur eum habere malam fidem,

c. du-

c. dudum, de decim. & ibi omnes, Hoſt. Henric. Bohic. & alii, in d. c. cura, de iure patron. Sic quoque ſucceſſores, ſcilicet ipſe Bartholomæus Turchus ob dicti mali tituli ſcientiam.

Hanc mali tituli ſcientiam in ipſo Bartholomęo deducimus ex actis, ſcilic. ex ipſa trãſlatione ſibi facta anno 1554. ab Galeatio Amighino cum Epiſcopi conſenſu, veriſimile eſt, & ius præſumit ſecundum *Bellam. citato conſil. 10. colum. 18. in princ.* quòd ipſe ſciuerit titulum eius, in cuius locum ſuccedebat, & poſſeſſionem intrabat, & ſic cum quo vitio Galeatius poſſideret, *capit. ſæpè, de reſtitut. ſpol.* veriſimile eſt inquam quod videre voluerit ſæpè dictum priuilegium, & ſi id neglexit, etiam præſumitur malæ fidei, quemadmodum & contrahens cum procuratore nõ curans videre eius mandatum, Bart. *in l. qui fundum, §. vltimo, ff. pro empt. & in leg. vltim. eodem titul. Bellamera, dicto conſil. 10. colum. 19. verſic. ſed opponens.* Accedit huic pręſumptioni quòd dictum infectum titulum, de quo in priuilegio ſciuerit, quia ipſe ſpontè illud in iudicio produxit, & qui priuilegium allegat, & dicit ſe præſcripſiſſe, præſumitur malæ fidei, ſecundum *Felyn. in capitul. ſi diligenti, num. 5. de præſcript.*

Hæc tamen dicta ſint, vt ab omni parte prudens Iudex perpendere valeat de iniuſta cauſa Turchorum, cum verior, & communis recepta ſit ſentẽtia malam fidẽ defuncti, † quo ad 77
præſcribendum nocere hæredibus, ac ſucceſ-

ſoribus

ſoribus, vt inquit Imperator, *in lege vitia, Co. de acquiren. poſſeſſ.* vitia poſſeſſionum à maioribus contracta perdurant, & ſucceſſorem auctoris ſui culpa comitatur. *Bellamera, conſilio decimo, colum 3. in tertio requiſito* & hoc verum in hærede, cum ille magis cenſeatur coniunctus defuncto, & cum eo reputetur vna perſona, & ab eo ius totaliter habeat, ſecus verò in ſucceſſore beneficij Eccleſiaſtici, dignitatis, vel Prelaturæ, cũ tunc ille non ſuccedat in defuncti titulum, ſed nouum conſequitur titulum, neque cum proceſſore defuncto cenſetur, vna eademque perſona, cum non ab eo, ſed ab alio promotore ius habeat, vt tradunt *But. numero nonò in ſæpe allagato c. cura, de iure patron. & ibi Abb. numero quinto, Berous, numero 4. & 5. Anania, nume. 5. de communi ſententia teſtis*, quam communem quoque ſcribit Probus *in addit. ad Ioann. Monach. in capitulo 1. numero 17. de præſcript. libro ſexto*, qua de re concluditur hæredem malæ fidei poſſeſſoris, non poſſe à ſeipſo incipere præſcriptionem ſecundum magis communem opinionem, vt reſpondit *Zaſius conſ. 15. Curt. iun. conſ. 177. n. 14.* inquiens, ab hac ſententia, cum ſit comunis, non eſſe diſcedendum, cum illa faueat animę. Qua communi diſtinctione reſtringitur, & declaratur illorum opinio, qui volunt bonam fidem cum errore iuris dare cauſam præſcribendi, vt procedat in ſucceſſo-
78 re † dignitatis, non autem in hæredibus, & ita ſaluari poſſe *gloſ. in ca. ad Apoſtolica de donat. libro*

6. &

6. & dicta per Lapum Abbatem, & ſequaces, in capit. 1. de præſcript. libro ſexto, dicentem bonam fidem, vel malam prædeceſſoris non prodeſſe quicquam, nec nocere ſucceſſori, ſcilicet in dignitate &c.

Vrget Menochius *ſub. numero 78.* dicens in caſu noſtro præſumendam bonam fidem ex curſu temporis immemorabilis, verum dicit, vbi non apparet de titulo vitioſo, & inualido nempè ille excludit, vt præſcriptioni in æternum non ſit locus, vt concludit *Crauetta ſuperius citatus de antiq. temp. parte 4. §. materia num. 4. & 12. & § abſolutis differentiis, numero 50. Anton. Gabriel. concluſ. 1. de præſcript. num. 53. alios citans, & fuit ſuperius probatum.*

Accedit incapacitas poſſeſſoris, vt ſuperius probatum eſt, quo caſu diuturnitas temporis non facit capacem eum, qui eſt incapax, in quo non poteſt eſſe bona fides. *Doctores, in cap. 1. de præſcript. lib. 6. Crauetta parte 4. §. materia numero 13. & 93. Antonius Gabriel in dicto 1. concluſ. numero 16. alios citans.*

Quid plura? cum à iure prohibita ſit hæc præſcriptio, *cap. 11. de re ecc. non alien. lib. 6. Gemin. conſ. 32. & Staffileus ſuperius citati,* † ſacrilegium inquam videtur de hoc diſputare, *gl. in verbo titulum verſic. interdum, in citato capit. 1. de præſcript. libro 6.* 79

Ex his Reuerende P. abunde explicatis illud concludi poteſt, conceſſionem iuris patronatus in libera Eccleſia Sancti Marci Amighino

Poſterior quidem pars communi Doctorum ſententia reprobatur, nec Card. Zabarel. qui eam tenet *in dicto capitulo conſultationib. numero 2. de iure patronat. & in c. ex literis, numero 2. eod. titu.* habet ſequacem, quem viderim, niſi Lambertin. *in tract. de iure patronat. art. 2. q. 3. parte prima, lib. 2.* cæteri autem ab ipſo Menochio citati, contra non concludere videntur, cum omnes loquantur de præſentato à poſſeſſore bonæ fidei, dum citant *Innoc. But. & Abb. in d. capitulo conſultationibus*, imò Decius, quem ipſe putat magis in ſpecie ſuam concluſionem probare, apertè contrarium concludit, *in dicto conſilio 126. numero 3. in fine*, dum vult poſſeſſionem nõ attendendã, quando ex aduerſo conſtat de proprietate. Verior eſt igitur ſententia, præſentatum ad beneficium Eccleſiaſticum à malæ fidei poſſeſſore, licet pacifico, etiam ſecuta inſtitutione, ſi declaretur præſentan-[illegible] non eſſe patronum, remouendum eſſe à beneficio, cnm præſentatio videatur quidam fructus poſſeſſionis, quos malæ fidei † poſſeſſor non facit ſuos, imò ad eorum reſtitutionem tenetur, vt in ſpecie tradit *glo. 1. in fi. & glo. in verbo, poßidebat, citato ca. conſultationibus, de iure patronat. & ibi Innocent. numero ſecundo, Ioan. Andreas verſiculo ſi vero Butrius, numero octauo & nono, Abb. numero 5. & 6. Ioan. de Anania, numero 6. & 7. idem gloſ. vlt. & ibi Butrius numero 12. Abb. numero tertio, & ſeptimo, Ioan de Anan. numero 15. Berous, numero 11. 12. 45. 46. & 48. in citato cap. ex literis* [illegible] *eodem*

eodem titulo, de iure patronat. Gemin. à Boroo. citatus in capitulo hæc quippe tertia quæſt. 6. Innocent. in capit. 11. numero ſecundo, verſic. ſolutio, & numero 6. de in integ. reſtit. Butrius, numero 35. in cap. litteris de reſtitut. ſpoliat. Caſpar. Calder. conſilio decimo tertio. de iure patronat. Domini de Rota, Deciſione ſeptima; aliàs 268. incipien. collatio, eodem titulo, in antiquis non rectè ab ipſo Menochio pro ſua comprobanda opinione citata, quorum ſententiam communem fatetur Lambertin. vbi ſupra, licèt ab ea leuibus argumentis diſcedat, quibus non obeſt dicere præſentatum, ideò non dimouendum, quia poſſeſſor eum præſentauit, nititur iudicis authoritate, qui eum in poſſeſſionem ſolemniter miſit. Nempe in hac facti ſpecie per idem priuilegium à Turchis productum, apertè conſtat de contrario, & quod vitiosè, & inordinatè iudicis authoritas acceſſit, imò non Iudicis, cũ ſua poteſtas ad id ſe non extendebat, et ſi ſolemnia obſeruaſſe cũ, vt ſuperius concluſimus ex cõmuni ſentẽtia omninò prohibitũ eſt inferioribus à Papa Eccleſias liberas in ſeruitutem laicorum, ſub nexu iuris patronatus redigere, prætèrquam ex relatis ſpecificis cauſis fundationis, conſtrùctionis, & dotationis, qua de re dici non poteſt Iudicis authoritatem acceſſiſſe, cũ inferiores Iudices à Papa, ſiue ſuperiores non ſint ad id concedendum, ideò quidquid attentarunt vitiosè quidem ac inordinatè, & ea de re Epiſcoporum authoritas, ſiue conſenſus

nihil prodeſt, vt tradit *Innocent. numero 2. in ſæpe citato, cap. conſultationibus, de iure patrona. & ibi Ioan. Andr. Buir. nu. 8. Abb. nu. 5. & 6. Ioa. de Anan. nu. 7. & cæteri vno ſenſu. Bellamera citato conſi. 10. colum. 17. verſic. prima ratio*, illa communi ratione per quam contraria conciliantur, ſi ſecus videatur in prælato electo, & confirmato per ſuperiorem, quia ille innititur iuri publico, patronus verò ſecus, quia licet Iudex admiſerit eum, & ipſe eſt malæ fidei poſſeſſor, acta per eum non tenent, quia innituntur iuri priuato, pro qua ſententia eſt caſus legis *in citato cap. 11. de re. eccl. non alen. lib. 6. ibi ſine huiuſmodi licentia, & conſenſu (ſcilic. Sedis Apoſtolicæ contigerit celebrari, & quicquid ex eis ſecutum fuerit decernimus adeo viribus carere omninò, vt nec ius aliquod tribuant, idem in citato c. 9. Seſſio. 25. Sacroſancti Concilii Tridentini, ibi, & priuilegia conceſſa in vim patronatus, in totum prorſus abrogata, & irrita cũ quaſi poſſeſſione inde ſequuta intelligantur, beneficiaq́; huiuſmodi tanquam libera à ſuis collatoribus conferantur.*

Soluta ſunt igitur dubia, dilucideq́; omnia explicata, etſi prolixa fuit diſputatio, illa tamẽ vtilitate compenſari poterit. Deſiderius Guido I.C. Aſculanus minimus, Miles, Aeques, & Comes Palatinus.

EPITOME.

Intellectus extrauagantis ambitioſæ, Pauli Papæ II. de bonis Eccleſiæ non alienandis.

SVMMARIA.

1 *Lex generaliter loquens generaliter eſt intelligẽda.*
2 *Inferior non habet authoritatem derogandi legibus ſuperioris.*
3 *Argumentum de rubro ad nigrum validiſſimum eſt in iure.*
4 *Rubrum, ſicuti ipſa lex, pro lege allegatur.*
5 *Appellatione librorum, continentur Rubricæ.*
6 *A rubrica ſemper exordium eſt ſumendum.*
7 *Rubrica, & titulus, nomina ſynonima.*
8 *Rubrum declaratur ante nigri interpretationem.*
9 *Rubrum declarat dubia nigri.*
10 *Rubrica debet eſſe generalior nigro.*
11 *Nigrum dubium, recipit intellectum à Rubro.*
12 *Rubrica ſine nigro ſtare poteſt.*
13 *Rubrum ſi ſit contrarium nigro, nigrum ſeruatur.*
14 *Rubricarum diſtinctio.*
15 *Rubrum facit ius.*
16 *Rubricæ officium quale ſit.*
17 *Intellectus extrauagant. Ambitioſæ, Pauli Papæ II. de rebus Eccleſiæ non alienand. de mente Authoris.*

DECISIO LVI.

IN vna Clodien. dubitatum fuit, an Rector Eccleſiæ N. qui Rectori alterius Eccleſiæ N. certam terrarum quantitatem vendiderat pro honeſto precio, & precium illud vnica vice, vel ſolutione recipere recuſauit, ſed annuatim voluit, vt ipſa Eccleſia quæ emit, ſolueret dictæ Eccleſiæ a-

titulum, ex quo ibi ille æquiparatur titulo fundationis, & dotationis, & illam conciliarem conſtitutionem, loqui etiam de Iure patronatus laicorum: hæc ille, quod verum cenſeo, ſi intelligatur titulum ex pręſcriptione reſultantem verſari circà eaſdem cauſas, quibus verus titulus putatiuus, ſiue præſcriptus fundationis, conſtructionis & dotationis, reſultans ex diuturna poſſeſſione, & multiplicatis pręſentationibus, æquiparatur titulo vero & iuſto, ac ſi verè cõſtaret de fundatione, cõſeruatione, vel dotatione, & hoc viſus eſt fateri ipſe Menochius, dum dixit titulum ex præſcriptione, & hoc eſt iſtud, quod ſuperius diximus ex doctrina Guil. Naſi, communi voto comprobata à Doctoribus, quod ſi titulus eſt vitioſus, ſileri debet, & allegari ſola præſcriptio, quæ ſub ſe habet titulum habilem, & bonam fidem, non titulum, qui ex pręſcriptione ſuboriatur, ſed ius ipſum patronatus, quod probatur ex diuturna, ac immemorabili poſſeſſione, cum tot præſentationibus, & inſtitutionibus ſequutis, & ideò citata Sacroſancta Conciliaris Conſtitutio, ad clariorem ſenſum addit alia verba, quæ neſcio, quo ſpiritu ductus ſubticuit Excellẽtiſſimus Menochius, dico inquam verba illa, aliáue ſecundum iuris diſpoſitionem, vnde concludimus, admiſſo, quod in caſu noſtro cõcurreret immemorabile temporis ſpacium, quod verum non eſſe in facto inferius demonſtrabimus, nihilominus

Con-

Conciliaris diſpoſitio non ampliat, nec detrahit iuris communis determinationi, ſed quia noſtrum non eſt illam interpretari, conſulenda eſt Illuſtriſſimorum Cardinalium cõgregatio ad id ſpeciali prouiſione Pontificia deputata, cũ abſurdum videatur, nos ponere, vt aiunt, os in cœlum: illud autẽ nõ omiſerim, quod in confeſſo eſt, ſi docuerimus ſeductis temporibus, quæ ſubduci debent, nos non eſſe in caſu vbi extet præſcriptio immemorabilis temporis, quæ communi ſententia, ad centum Annos coarctatur, caſum noſtrum determinari apertè per citatam Sacroſancti Concilij conſtitutionem, ſub §. reliqui patronatus omnes in beneficijs, & priuilegia conceſſa in vim patronatus, in totum prorſus abrogata, & irrita, cum quaſi poſſeſſione inde ſecuta intelligantur. Ad quod animaduertere debet prudens Iudex, ne contra Conciliarem determinationem ſententiam ferat.

Septimo loco *ſub numero 71. & ſequen.* arguit acutiſſimus Menochius, argumenta à ceſſante ratione præſcriptionis impeditiua, ſcilicet, malæ fidei, bonam inquit probari, quia Conceſſio facta anno 1422. item & alia anno 1459. ſolenni more auctoritate Epiſcopali factæ fuerũt, & patronis eadem auctoritate, in quaſi poſſeſſionem immiſſis extitere, ergò habuerunt bonam fidem.

Addit *ſub numero 94*, negari non poſſe, quin

ipſo Amighino primo recipiente, in libera Eccleſia hoc ius patronatus, per conſequens dicimus, nec illius ſucceſſores potuiſſe à ſeipſis incipere præſcriptionem, ſed prius quam hoc doceamus, tempora ipſorum mala fide recipientium dictum ius patronatus, ſubducantur, & ceſſabit immemoralis temporis curſus, & ſic centenaria præſcriptio, etiã ſi præſcriptio dici meretur quando mala fide poſſidetur. Tempus enim immemorabile † dicitur curſus centum annorum, ſecundum magis communem ſententiam, vt tradit *Curtius iunior, conſilio 90. nu. ſecundo, & Anto. Gab. in concluſionibus, conclu. 1. numero 71. & 73. in titulo de præſcript.* Anno 1422. vt pretenditur, facta fuit Amighino huiuſmodi conceſſio, à quo cum nõ potuerit incipere preſcriptio ob eius malam fidẽ, tempora ſuæ vitæ ſubduci debent. Rurſum tempora vitæ Ioannis Baptiſtæ filij cui año 1450. facta fuit confirmatio, ac noua conceſſio, qui negari non poteſt, quin ſciuerit patris vitium, & malam fidem, ex quo in eadem conceſſione, quæ ſibi fit, ſeu confirmatione, & patris acquiſitio enunciatur, de patris morte videtur poſſe dici eo tempore, quo filius dictę conceſſionis factæ in patrem confirmationem procurauit, neſcitur tamen quantum ſuperuixerit Ioan. Baptiſta poſt ſibi factam conceſſionem anno 1459. ſed cum homo † præſumatur viuere vſque ad centum annos, *Bart. & Doctores in lege vndecima, §. ſi dubitetur, ff. quemad-* 75 76

quemadmodum teſtamenta aperiantur, & hoc ſit fundamentum ipſorum de Turchis, ipſis probandi onus incumbebat, ſed detur, quòd ſuperuixerit ad minùs per 20. annos, conſequẽs erit, vt huiuſmodi præſcriptio non potuerit incipere ante annum 1480. vnde vſq; ad motam litem anno 1569. intermedij ſunt tantum anni 90. ceſſat igitur poſſe dici in caſu noſtro, extare centenariam præſcriptionem, ex qua concluſione multæ ſunt conſequentiæ, quæ excludunt neceſſariam ſuperius habitam diſputationem, vt prudens Iudex conſiderare poterit, imò dicimus ſubducendum eſſe tempus, à quo Bartholomęus Turchus conſecutus fuit in ſe transferri ius hoc patronatus, quod fuit Anno 1554. & ſic remanebunt tantum Anni 75. in circa, ſucceſſor inquam ſciens malum titulum, bonam fidem non habere dicitur, & per conſequens non poſſe incipere à ſe præſcriptionem, vel inceptam perficere, vt tradit *Hoſtienſ. Henric. Bobic. & alii, in dicto c. cura de iure patron. & Bellamera, in citato conſilio 10. in ſecunda oppoſitione*, ſicut enim infectus, ac reprob. titulus impediuit Amighinum, & Ioannem Baptiſtam filium, vt illi non potuerint ob malam fidem cauſatam ex iuris errore, incipere, ius hoc patronatus præſcribere, cũ titulus in iure erroneus, non det iuſtam cauſam præſcribendi, cum ius præſumat in omnibus iuris ſcientiã, & ideò, qui contra iura mercatur, præſumitur eum habere malam fidem,

c. du-

c.dudum, de decim. & ibi omnes, Hoſt. Henric. Bohic. & alii, in d.c. cura, de iure patron. Sic quoque ſucceſſores, ſcilicet ipſe Bartholomæus Turchus ob dicti mali tituli ſcientiam.

Hanc mali tituli ſcientiam in ipſo Bartholomęo deducimus ex actis, ſcilic. ex ipſa trãslatione ſibi facta anno 1554. ab Galeatio Amighino cum Epiſcopi conſenſu, veriſimile eſt, & ius præſumit ſecundum *Bellam. citato conſil. 10. colum. 18. in princ.* quòd ipſe ſciuerit titulum eius, in cuius locum ſuccedebat, & poſſeſſionem intrabat, & ſic cum quo vitio Galeatius poſſideret, *capit. ſæpè, de reſtitut. ſpol.* veriſimile eſt inquam quod videre voluerit ſæpè dictum priuilegium, & ſi id neglexit, etiam præſumitur malæ fidei, quemadmodum & contrahens cum procuratore nõ curans videre eius mandatum, Bart. *in l. qui fundum, §. vltimo, ff. pro empt. & in leg. vltim. eodem titul. Bellamera, dicto conſil. 10. colum. 19. verſic. ſed opponens.* Accedit huic pręſumptioni quòd dictum infectum titulum, de quo in priuilegio ſciuerit, quia ipſe ſpontè illud in iudicio produxit, & qui priuilegium allegat, & dicit ſe præſcripſiſſe, præſumitur malæ fidei, ſecundum *Felyn. in capitul. ſi diligenti, num. 5. de præſcript.*

Hæc tamen dicta ſint, vt ab omni parte prudens Iudex perpendere valeat de iniuſta cauſa Turchorum, cum verior, & communis recepta ſit ſentẽtia malam fidẽ defuncti, † quo ad 77
præſcribendum nocere hæredibus, ac ſucceſſoribus

ſoribus, vt inquit Imperator, *in lege vitia, Co. de acquiren. poſſeſſ.* vitia poſſeſſionum à maioribus contracta perdurant, & ſucceſſorem auctoris ſui culpa comitatur. *Bellamera, conſilio decimo, colum 3. in tertio requiſito* & hoc verum in hærede, cum ille magis cenſeatur coniũctus defuncto, & cum eo reputetur vna perſona, & ab eo ius totaliter habeat, ſecus verò in ſucceſſore beneficij Eccleſiaſtici, dignitatis, vel Prælaturæ, cũ tunc ille non ſuccedat in defuncti titulum, ſed nouum conſequitur titulum, neque cum proceſſore defuncto cenſetur, vna eademque perſona, cum non ab eo, ſed ab alio promotore ius habeat, vt tradunt *But. numero nono in ſæpe allagato c. cura, de iure patron. & ibi Abb. numero quinto, Berous, numero 4. & 5. Anania, nume. 5. de communi ſententia teſtis*, quam communem quoque ſcribit Probus *in addit. ad Ioann. Monach. in capitulo 1. numero 17. de præſcript. libro ſexto*, qua de re concluditur hæredem malæ fidei poſſeſſoris, non poſſe à ſeipſo incipere præſcriptionem ſecundum magis communem opinionem, vt reſpondit *Zaſius conſ. 15. Curt. iun. conſ. 177. n. 14.* inquiens, ab hac ſententia, cum ſit cõmunis, non eſſe diſcedendum; cum illa faueat animę. Qua communi diſtinctione reſtringitur, & declaratur illorum opinio, qui volunt bonam fidem cum errore iuris dare cauſam præſcribendi, vt procedat in ſucceſſo-
78 re † dignitatis, non autem in hæredibus, & ita ſaluari poſſe *gloſ. in ca. ad Apoſtolica de donat. libro 6. &*

6.*& dicta per Lapum Abbatem, & ſequaces, in capit. 1.de præſcript.libro ſexto*, dicentem bonam fidem, vel malám prædeceſſoris non prodeſſe quicquam, nec nocere ſucceſſori, ſcilicet in dignitate &c.

Vrget Menochius *ſub.numero 78.* dicens in caſu noſtro præſumendam bonam fidem ex curſu temporis immemorabilis, verum dicit, vbi non apparet de titulo vitioſo, & inualido nempè ille excludit, vt præſcriptioni in æternum non ſit locus, vt concludit *Crauetta ſuperius citatus de antiq.temp.parte 4. §.materia num. 4.& 12.& § abſolutis differentiis, numero 50. Anton. Gabriel.concluſ.1.de præſcript.num.53.alios citans, & fuit ſuperius probatum.*

Accedit incapacitas poſſeſſoris, vt ſuperius probatum eſt, quo caſu diuturnitas temporis non facit capacem eum, qui eſt incapax, in quó non poteſt eſſe bona fides. *Doctores, in cap.1.de præſcript.lib.6. Crauetta parte 4.§. materia numero 13.& 93. Antonius Gabriel in dicto 1. concluſ. numero 16. alios citans.*

Quid plura? cum à iure prohibita ſit hæc præſcriptio, *cap.11.de re ecc.non alien.lib.6. Gemin. conſ.32.& Staffileus ſuperius citati,* † ſacrilegium inquam videtur de hoc diſputare, *gl.in verbo titulum verſic. interdum, in citato capit.1.de præſcript. libro 6.* 79

Ex his Reuerende P. abunde explicatis illud concludi poteſt, conceſſionem iuris patronatus in libera Eccleſia Sancti Marci Ami-

ghino

ghino factam per Reuerendiſſimũ Marenum Epiſcopum Brixienſem anno 1422. verbis enunciatis in altero priuilegio non probari; & admiſſo, enunciationi ſtandum eſſe; diximus per eandem ſcripturam conſtare de concellione ipſo iure inualida, ſicut de inualida poſteriori confirmatione, ſeu noua conceſſione facta Ioan. Baptiſtæ filio per Reuerendiſſimum Maripetrum in Epiſcopatu Brixienſi ſucceſſorem anno 1459. cum ex eiuſdem priuilegio planè liqueat, conceſſiones illas non cauſa fundationis, non conſtructionis, ſiue ædificationis, non dotationis, neque Papæ priuilegio factas; & per conſequens etiam veris ſtantibus cæteris enunciatis omnibus cauſis ſub relatis verbis generalib. eas fuiſſe omninò inualidas, nullas, ac ipſo iure irritas; cum inde ſecutis. Nec ex eis datam aliquam cauſam preſcribendi, cum per eadem priuilegia conſtet de vitioſo, ac à iure improbato titulo includente malam fidem, & per conſequens ius patronatus, quod legitimè illi de Amighinis non poſſidebant, non potuit vltimus de illorum familia (etiam cum Epiſcopi conſenſu) transferre anno 1554. in familiam de Turchis, cum nemo det quod non habet, & reſoluatur ius recipientis: nempè data † nullitate
80 antecedentis, datur nullitas conſequentis ad illud, *c. auditis, de elect. & regula non firmatur, de reg. in lib. 6. Gemin. conſilio 21. numero 8.* Neque cõfirmatio, ſiue conſenſus ſuperioris opere-

tur,

tur, cum non inueniat confirmabile; & ea de re nos eſſe in caſu citati Sacroſancti Concilij Tridentini, *Seßione 25. c. 9. §. reliqui patronatus.* Ad quod animaduertere debet prudēs iudex, ne hucuſque receptam, & illibatam Conciliarem determinationem perturbet, anſamque cæteris præſtet confictis minus legitimis cauſis illam vilipendio habere.

Iam video Turchos ad triarios confugere; dum nituntur iam præſentatum atque inſtitutum in beneficio conſeruare quouſque ille vixerit, veluti pręſentatum à pacifico poſſeſſore, vel quaſi, & bonæ fidei poſſeſſore, & ſolemniter in poſſeſſionem immiſſum, ad quod probandum multa adducit eruditiſſimus Menochius *ſubnumero 115. vſque ad numer. 126.* quo loco *vſque ad numer. 133.* inquit admiſſo etiam, quod Dominus Bartholomęus Turchus eſſet malæ fidei poſſeſſor, vel quaſi attamen adhuc non fore remouendum, ab ipſo pręſentatum & à ſuperiore inſtitutum, nulla prius facta cōtradictione.

Primi argumenti pars nobis (etſi in iure vera ſit concluſio) non obeſt, cum ſecus ſit in facto, & tàm latè ſuperius probauimus, vt amplius non videatur inſiſtendum, ſcilicet dictum Dominum Bartholomæum fuiſſe vna cum ſuis auctoribus poſſeſſorem malæ fidei, de qua quidem mala fide planè conſtat re ipſa, per vitioſum, ac à iure reprobatum titulú per ipſum productum.

Xx Po-

Poſterior quidem pars communi Doctorum ſententia reprobatur, nec Card. Zabarel. qui eam tenet *in dicto capitulo conſultationib. numero 2. de iure patronat. & in c. ex literis, numero 2. eod. titu.* habet ſequacem, quem viderim, niſi Lambertin. *in tract. de iure patronat. art. 2. q. 3. parte prima, lib. 2.* cæteri autem ab ipſo Menochio citati, contra non concludere videntur, cum omnes loquantur de præſentato à poſſeſſore bonæ fidei, dum citant *Innoc. But. & Abb. in d. capitulo conſultationibus*, imò Decius, quem ipſe putat magis in ſpecie ſuam concluſionem probare, apertè contrarium concludit, *in dicto conſilio 126. numero 3. in fine*, dum vult poſſeſſionem nō attendendã, quando ex aduerſo conſtat de proprietate. Verior eſt igitur ſententia, præſentatum ad beneficium Eccleſiaſticum à malæ fidei poſſeſſore, licet pacifico, etiam ſecuta inſtitutione, ſi declaretur præſentan- [illegible] non eſſe patronum, remouendum eſſe à beneficio, cum præſentatio videatur quidam fructus poſſeſſionis, quos malæ fidei † poſſeſſor non facit ſuos, imò ad eorum reſtitutionem tenetur, vt in ſpecie tradit *glo. 1. in fi. & glo. in verbo, poßidebat, citato ca. conſultationibus, de iure patronat. & ibi Innocent. numero ſecundo, Ioan. Andreas verſiculo ſi vero Butrius, numero octauo & nono, Abb. numero 5. & 6. Ioan. de Anania, numero 6. & 7. idem gloſ. vlt. & ibi Butrius numero 12. Abb. numero tertio, & ſeptimo, Ioan de Anan. numero 15. Berous, numero 11. 12. 45. 46. & 48. in citato cap. ex literis*

eodem

eodem titulo, de iure patronat. Gemin. à Boroo. citatus in capitulo hæc quippe tertia quæſt. 6. Innocent. in capit. 11. numero ſecundo, verſic. ſolutio, & numero 6. de in integ. reſtit. Butrius, numero 35. in cap. litteris de reſtitut. ſpoliat. Caſpar. Calder. conſilio decimo tertio. de iure patronat. Domini de Rota, Deciſione ſeptima; aliàs 268. incipien. collatio, eodem titulo, in antiquis non rectè ab ipſo Menochio pro ſua comprobanda opinione citata, quorum ſententiam communem fatetur Lambertin. vbi ſupra, licèt ab ea leuibus argumentis diſcedat, quibus non obeſt dicere præſentatum, ideò non dimouendum, quia poſſeſſor eum præſentauit, nititur iudicis authoritate, qui eum in poſſeſſionem ſolemniter miſit. Nempe in hac facti ſpecie per idem priuilegium à Turchis productum, apertè conſtat de contrario, & quod vitiosè, & inordinatè iudicis authoritas acceſſit, imò non Iudicis, cũ ſua poteſtas ad id ſe non extendebat, ét ſi ſolemnia obſeruaſſe cũ, vt ſuperius concluſimus ex cõmuni ſentẽtia omninò prohibitũ eſt inferioribus à Papa Eccleſias liberas in ſeruitutem laicorum, ſub nexu iuris patronatus redigere, præterquam ex relatis ſpecificis cauſis fundationis, conſtructionis, & dotationis, qua de re dici non poteſt Iudicis authoritatem acceſſiſſe, cũ inferiores Iudices à Papa, ſiue ſuperiores non ſint ad id concedendum, ideò quidquid attentarunt vitiosè quidem ac inordinatè, & ea de re Epiſcoporum authoritas, ſiue conſenſus

SVMMARIA.

1 *Lex generaliter loquens generaliter eſt intelligēda.*
2 *Inferior non habet authoritatem derogandi legibus ſuperioris.*
3 *Argumentum de rubro ad nigrum validiſſimum eſt in iure.*
4 *Rubrum, ſicuti ipſa lex, pro lege allegatur.*
5 *Appellatione librorum, continentur Rubricæ.*
6 *A rubrica ſemper exordium eſt ſumendum.*
7 *Rubrica, & titulus, nomina ſynomina.*
8 *Rubrum declaratur ante nigri interpretationem.*
9 *Rubrum declarat dubia nigri.*
10 *Rubrica debet eſſe generalior nigro.*
11 *Nigrum dubium, recipit intellectum à Rubro.*
12 *Rubrica ſine nigro ſtare poteſt.*
13 *Rubrum ſi ſit contrarium nigro, nigrum ſeruatur.*
14 *Rubricarum diſtinctio.*
15 *Rubrum facit ius.*
16 *Rubricæ officium quale ſit.*
17 *Intellectus extrauagant. Ambitioſæ, Pauli Papæ II. de rebus Eccleſiæ non alienand. de mente Authoris.*

DECISIO LVI.

IN vna Clodien. dubitatum fuit, an Rector Eccleſiæ N. qui Rectori alterius Eccleſiæ N. certam terrarum quantitatem vendiderat pro honeſto precio, & precium illud vnica vice, vel ſolutione recipere recuſauit, ſed annuatim voluit, vt ipſa Eccleſia quæ emit, ſolueret dictæ Eccleſiæ alienan-

lienanti liuellum annum ducator.... ſuper quo contractu venditionis, ſeu permutationis vterq; inſtabat, vt Ordinarius ſuũ interponeret Decretum iudiciale, qui Ordinarius nedum decretum ſuum interpoſuit, verum, & ipſos rectores puniuit, iuxta formam Extrauagant. Ambitioſæ, Pauli II. de rebus Eccleſ. non alienan. ſententia condemnatoria, ſeu potius declaratoria viribus ſubſiſtere poſſet, nec ne? Pro parte affirmatiua, prima facie vi-
1 debatur dicendum, quod ſic; quia lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda, † *arg. l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matrim. l. 1. §. & generaliter, ff. de legat. præſtan. l. de precio ff. de Publiciana in rem actio. cum ſimilibus ſatis notis*. At quia cõſtitutio hęc prohibet quamcunque alienationem, ſub pœnis in ea contentis, ergò vterque incidit in pœnas prędictæ Extrauagantis, & licèt pro dicta terra alienata, annuatim recipit Eccleſia alienans precium conueniens, & nõ fecerit iacturam, nihilominus, inconſulto Romano Pontifice hoc fieri non debebat: quia prohibitio à Summo Pontifice emanauit, i-
2 deò inferior ab eo, non potuit † derogare eidem Conſtitutioni. Ita tetigi *hoc eodem libro Deciſ. 42.* vltra quod hæc alienatio omninò eſt prohibitiua quibuſcunque, neminem excipiendo, vt notatur ex rubro: argumentum
3 ſiquidem † de rubro ad nigrũ, validiſſimum eſt, receptum, frequenſque, vtile, & probabile, *vt text. in lege prima, ff. ſi certum petat. vbi Bart.*

numo.

numero quarto, *Paul.de Caſtro*, *numero quinto*, *Salyc.numero decimo ſeptimo*, *Iaſ.numero decimo tertio*, *Socin. nu. decimo ſeptimo*, *Roman.numero tertio*, *Decius numero octauo*, & *nono*, *Alexand. numero 5. gloſ.fin.quaſi in fine, in lege prima, Co.ne fideiuſſ. dot.dent.* & quod hæc ſit communis opinio, tam de iure Ciuili, quam Canonico, ſatis cumulatiſſimè notat *Nicol.Euerar. in ſua Topica iuris, in loco à rubro.* Cum igitur pro lege † allegetur, vt voluerunt Baldus *in dicta lege 1. ff.ſi certum petat.num. 2. & ibi Alex.nu.4. & Dec. nume.6.* 4
quam pro communi opinione notat *Viuius opinio.745. num.3.* quia appellatione † librorum 5
præſertim legalium, Rubricæ continentur, notat *Angel.in dicta lege 1. ff.ſi certum petatur, numero tertio*, in quolibet tractatu cuiuſuis materiæ, à titulo † generali hoc eſt ab ipſa Ru- 6
brica exordium ſumitur, argumento ex annotatis per *gloſ. in Rubr.de ſentent. & re iudic. in ſexto & late Dec. in dicta lege prima ff.ſi cert. petat.* & licet Rubrica pro titulo, † titulus verò pro 7
Rubrica accipiatur, *vt Pau.de Caſtro, in dicta lege prima numero 3. Alexan. ibi numero decimo, Decius numero decimo*, quamuis Fulgoſ. dicat, nouem modis capi poſſe, & Roman. *in dicta lege ff.ſi cert. petat.* dicat, quod accipitur pro tractatu, *ſub numero quarto, glo. vero, in lege non eſt Ambiguum, Cod. famil. herciſcund.* quatuor modis dicit, quod capiatur, tamen Doctores tamquam ſynonimis indiſtinctè vtuntur.

Verum enimuero in omnem caſum, pri-

8 uſquàm ad explicationem nigri, ad † declarationem rubri, Rubricæ ſeu tituli, commentator, vel interpres deuenire debet, prout latè *Paul. de Caſtro, in d. l. 1. ff. ſi cert. petat. numero 2.* & ratio hęc eſſe poteſt, quia rubrum quandoque
9 † declarat dubia nigri ſubſequentis, ſupplendo per rubrum, vt *Alexand. in d. l. 1. num. 3. Iaſon. 2. nu. 2. Socin. nu. 15. & 16. & Decius n. 5.* ergo iure merito Rubrica ſemper præmittitur, quæ Rubrica debet eſſe generalior † nigro, vt *Alex.*
10 *in d. l. 1. nu. 2. & Dec. num. 4.* Romanus tamen ibi loco citato, *ſub num. 2.* diſputat, an generalior debeat eſſe, & concludit quod ſic, diſtinguendo, vt ſcilicet non diſcrepet à nigro, & *Socin. ibi num. 12. 13. & 14.* vbi dicit, quod nigrum, nō reſtringitur per rubrum, vt eſt communis opinio: voluit ſic Viuius, *opin. 745. nu. 2.* & ſi ni-
11 grum dubium, † recipit intellectum à Rubro, vt in caſu noſtro, *Bartol. in d. l. 1. num. 3. Caſtrenſ.*
12 *num. 4. Iaſ. num. 1. & 3.* quæ Rubrica, † ſine nigro ſtare poteſt, vt *Iaſ. in. d. l. 1. ff. ſi cert. pet. num. 10.* nihilominus quotieſcunque adſunt rubrum, &
13 nigrum, & rubrum † contradicit nigro, non rubro, ſed nigro ſtetur. *Alex. in d. l. 1. numer. 9. Iaſ. ibi numero duodecimo, & clarè id explicat gloſ. in authen. de inceſt. & nefar. nupt. collat. ſecund. in verbo illicitas.*

14 Rubricarum autem, aliæ † ſunt demonſtratiuæ, vt illæ, quæ incipiunt per De. Aliæ prohibitiuæ, vt illæ, quę incipiunt per Vt, vel Per, Ne, vt lite pendente nil innouetur, ne Cleri-

ci, vel

ci, vel Monachi, & ſic Rubrica prohibitoria inducit optimum argumentum, dicit *gloſ. fin. in l. 1. Cod. ne fideiuſſ. vel mandat. dot. dent. quaſi in fine*; Aliæ ſunt præmiſſiuæ, vt ſunt tituli, vti poſſidetis, & ita poſſideatis, hæc enim quæ eundem pariunt effectum † veluti nigrum, & 15
in totum ei conuenit, tunc faciuntius, & pro iure poſſunt allegari, immò continuò allegãtur, notat *Henrich Boich. in proœm. Decretal. in §. fin. numero 6*. Rubrica quidem per ſe ipſam, † 16
non habet aliquid definire, ſed ſolum nigri materiam demonſtrare, vt tradit *Ioan. Andr. in tit. ad Specul. de diſputat. & allegat. in fine*, vnde ſi lex prohibet, Rubrica prohibet, ſi lex permittit, titulus, vel Rubrica eſt permiſſiua, aliàs vnus ab altero diſſentiret, & alter altero repugnaret, tanquàm adinuicem contrarij, quod eſſe non debet, ideò ſemper Rubrica & lex eandem materiam continent, & vterq; poteſt allegari, ideò nullibi dubium eſt, quòd ex hac Rubrica tantùm concludenter probatur, vtrumq; presbyterum deliquiſſe, & in dictam Extrauagantem Ambitioſæ, incidiſſe. His attamen non obſtantibus, contrarium deciſum fuit, hac vnica tantum, à me allegata ratione, videlicet, finis prohibitionis de non alienandis bonis Eccleſię, fuit † in conſulendo in- 17
demnitati Eccleſiæ: & Eccleſia hic accipitur pro vniuerſali, non cuiuſcunque particularis, quæ vniuerſalis Eccleſia, etiamſi vna particularis bona alienat ſæcularibus, fit præiudicium

11 *Qui ſentit commodum, & incommodum ſentire debet.*
12 *Sacrilegii pœna.*
13 *Habitus arguit eſſentiam & qualitatem perſonarum.*
14 *Monialis nondum profeſſa ſui iuris eſt.*
15 *Monialis nondum profeſſa, non venit appellatione Regularium.*
16 *Monialis non profeſſa de bonis ſuis teſtari poteſt.*
17 *Monialis non profeſſa non dicitur liberata à foro ſaculari.*
18 *Monialis non profeſſa, matrimonium carnale contrahere poteſt.*
19 *Habitus non facit monachum.*
20 *Profeſſio Regularis facit quem monachum, vel monacham.*
21 *In delicto carnis (pollutione excepta) duo neceſſario requiruntur.*
22 *Qui deliquit debet puniri.*
23 *Adulter ſi punitur, adultera pariter eſt puniend*a.
24 *Sodomita ſi punitur, cinedus pariter eſt puniendus.*
25 *Delictum vi permiſſum non punitur.*
26 *L. vnica, C. de Rapt. virgin. in viridi obſeruantia conſeruatur.*
27 *Fornicatio ſimplex non punitur de iure ciuili.*
28 *Sicut ſe habent ſponſalia ad matrimonium, ſic habitus Regularis ad profeſſionem.*
29 *Profeſſio tacita operatur quod ſponſalia iurata.*
30 *Profeſſio tacita quando dicatur emiſſa.*

DECI-

DECISIO LVII.

PRima facie in hac cauſa dicebatur, quod ille qui cognouit Monialem Conuerſam, licet non profeſſam, ſed in habitu Monachali, vel Regulari incedentem, eadem pœna teneretur ac ſi Monialē in clauſura exiſtentem profeſſam cognouiſſet, hoc modo ſcilicet argumentando, videlicet ſolo
1 conſenſu † contrahitur matrimonium carnale, & ad illius eſſentiam conſenſus tantum ſufficit. notat *Abb. in capitulo licet, numero 4. in capit. cum locum, numero 3. in capitulo cum apud, numero 3. de ſponſalibus & matrimonialibus, & in capitu. tuas, de ſponſal. duorum, numero 3. & 6.* & iſte conſenſus
2 requiritur, vt ſit mutuus, quia † matrimonium dicitur contractus reciprocus, vltro, citroque obligatorius, quo alter alteri obligatur vſque ad diem mortis, quo tempore, & non antea ipſum matrim. ſoluitur, intelligendo de morte naturali, non ciuili, vt latè & doctè quidem voluit *Sebaſtian. Medic. in ſuo aureo Tractatu, Mors omnia ſoluit, concluſ. 65. numero 207.* huius conſenſus tanta, & talis eſt efficacia, vt ſi superue-
3 nerit † ex poſt facto, actum ipſum conualidat, *capitulo cura paſtoralis, de iure patronatus. vbi Doctores, præſertim Abb. numero ſecundo,* & nedum hoc
4 cauſat expreſſus, verum & tacitus conſenſus † facit conualeſcere matrimonium, idem *Abb. in capitulo veniens, de eo qui duxit in matrimonium,*

ſum quam polluit, numero tertio, quia expreſſus † 5
non operatur plus, quam tacitus, & è contra,
idem *Abb. in capitulo dilecti filii de foro compet. nu-
mero quarto*, & hæc concluſio vtique in matri-
monio carnali procedit de iure, ex ſupra bre-
uiter allegatis, ſed quia valet argumentum † 6
de matrimonio carnali ad matrimonium ſpi-
rituale. notat *Euerar. in ſua topica iuris, in loco à ma-
trimonio carnali, ad ſpirituale, ſub num. 3. & 9. ac* 10.
Hæc itaque monialis accepit ſponte habitum
monachalem, de conſenſu totius conuentus,
ergò conſenſit ſe velle viuere, & mori mo-
nialem, & ita conſenſit totum monaſterium,
vt talis eſſet ergò Monialis.

Accedat quod permanſerat per multos an-
nos (quaſi decem) in dicto monaſterio, & in-
duta eo habitu Regulari, & quando ingreſſa
eſt, erat ætatis aptæ ad profitendum, † ideſt 7
annorum ſedecim, iuxta formam Concilij
Trident. *cap. in vnaquaque, Seſſio. 25. de Regular. &
Monial.* adeo vt arguatur profeſſionem tacitè
ſaltem emiſiſſe ex † delatione habitus, vt latè 8
*Abb. in capitulo ex parte numero 1. & 3. de Regular. &
tranſeunt. ad Religion.* qui quidem habitus † o- 9
peratur, vt ipſa gaudeat priuilegio fori, ratio
ne delicti vel contractus initi vel commiſſi à
reſpectiuè loquendo) ipſa Religione, vt lati-
tius dixi *in tractatu de modo & ordine criminaliter
procedendi inter Regulares cap. 3. nu. primo, incipien.
qui Regulares*, & non ſolum priuilegio fori, vt
dictum eſt, ſed etiam Canonis, ſi quis ſuaden-

tè

te diabolo, &c. *cap. religioſo, de ſententia excommunic. in ſexto, & latè Henrich. Boich. in cap. ſtatuimus, de Regularibus numero vndecimo, de modo criminaliter procedendi inter regular. capitulo 3. numero*
10 *primo*, Et priuilegio † Canonis, ſi quis ſuadente diabolo, *capit. Religioſo, de ſentent. excommunic. in*
11 *ſexto, & Henrich. Boich. in cap. ſtatuimus de regular. num. 12.* Et ſi ipſa Monialis ſentit † commodũ, hoc eſt priuilegia Religionis ſupra dicta, debet & onus vel incommodum ſentire, iuxtà regulam: Qui ſentit commodum, &c. & ideò vti Monialis puniri, & non vt ſæcularis mulier ſuique iuris, N. enim qui eam in eo habitu carnaliter cognouit, vtique inexcuſabilis eſt, vt non puniatur pœna vltimi ſupplicij
12 tanquam ſacrilegus, † quia excuſari non poteſt quin ipſam Monialem pluries viderit in habitu tali Regulari ſcilicet: habitus enim ar-
13 guit † concludenter eſſentiam, & qualitatem perſonæ, eo inductæ, ita dixi ſupra *hoc eodem libro, decis. 26. numero 22.* tex. clariſſimus, *in lege item apud labeonem, §. ſi quis ff. de iniur. lege ſi quis ignorans. ff. locati, & ita conſuluit Fran. Tigrin. de piſis, inter conſil. crimin. diuerſorum. conſil. 7. numero 2. primæ impreſſionis*, & ideo ex hoc capite potiſſimum dictus N. debebat pœna ſacrilegij puniri.

His tamen non obſtantibus, ex altera parte, ad fauorem ſcilicet dicti Rei inquiſiti, ac de tanto crimine proceſſati dicebatur, quod nec tali, nec vlla alia pœna debebat puniri,

quia

quia monialis non profeſſa ſui iuris eſt, † *ca. decimo quinto, & decimo ſexto, Sac. Conc. Trident. Seſſ.* 25. quod quidem adeo notorium eſt, vt nulla indigeat comprobatione, & ideo non veniunt appellatione Monacharum Regularium, nisi † profeſſę Regulam: ipſę namque ſunt nouiter receptæ, & adhuc nullam profeſſionem fecerunt, vt voluit *Hoſtienſ. in capitulo quid per nouale, de verborum ſignificat. numero tertio, Ioan. de Anna. in capitulo ſtatuimus, de regular. numero ſecundo;* & ſunt adeo ſui iuris, vt de bonis ſuis † teſtari poſſint, *c. 16. Sac. Concil. Trident. Seſſ. 25. de regul. & Monial. Archid. in cap. beneficium de Regular. in 6. numero 1. Philip. Franc. ibidem numero 2. & 3. Nauarr. conſilio 12. de teſtam. num primo,* & non teſtando tali caſu, proximiores ſuccedunt, & non Monaſterium in quo reperiuntur, quia verè Regulares adhuc non dicuntur, *c. Religioſis, de ſent. excom. in ſexto,* dicant tamen quid velint *Cyn. & Bart. in Authe. ingreſſi Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. Anton. de Butr. in capitul. in præſentia, de probat. in Authen. ſi qua mulier, in finali Codic. de ſacroſanct. Eccleſ. Tiraquel. de vtroque retractu. libro primo, gloſ. 1. numero vigeſimo primo, cum ſequen. & numero 36.* Nec minus ratione talis habitus dicitur libera talis Monialis à iuriſdictione † ſæculari, quemadmodum latius tetigi *in tractatu de modo, & ordi. criminaliter proceden. inter Regular. capitulo ſecundo, de regularibus, numero vigeſimo primo, & ſequen.* quinimo † matrimonium carnale contrahere poteſt, *dicto. conſilio 15. & 16. Sac. Concil.*

14
15
16
17
18

Trid.

Trident. Seſſ. 15. de regular. & monial. Et hæc eſt ratio euidentiſſima, quia habitus non facit mo-
19 nachum, † *in d. tractatu de modo, & ordine criminaliter procedendi. Latius dixi c. 2. in initio, de Regu-*
20 *larib.* vel Monacham, ſed regularis † profeſſio. *Abb. in capit. porrectum, de regul. num. 4.* vbi notat etiam hoc idem *Ioan. de Anan. nu. 1.* Nam quouſque monialis profeſſa non eſt, quandocunque poteſt exire, & diſcedere à religione arbitrio ſuo abſque alio incurſu pœnarum. *c. 15. & 16. Sac. Concil. Trident. Seſſ. 25. de regular. & monial.* & ideò quando permiſit ſe carnaliter cognoſci, ſignum eſt, quod in religione amplius permanere nolebat, & ſic ipſa non poteſt aliquo modo puniri, prout etiam minimè punita fuit, ſed cum delictum hoc, quo ad illius conſu-
21 mationem duos neceſſario † requirat, & vnus abſque alio illud perpetrare non poteſt, & ſi
22 duo, † ambo debent puniri, vt in caſu adulte-
23 rij, tam adulter, † quam adultera punitur, *toto tit. C. & ff. ad legem Iul. de adult. & ſtup. & Clarus,*
24 *in §. adulterium, per totum,* in caſu Sodomiæ † tá agens, quam patiès punitur, vt *in l. cum vir nubit. in fœminam, C. ad legẽ Iul. de adulterio, & ſtupro & ſimiliter Clarus, §. Sodomia per totũ.* Et ſic in omni delicto copulę carnis, niſi ex ipſis vnus co
25 actè inuitus per vim, & metum † hoc permiſiſſet, vt in caſu raptus fieri, & accidere ſolet, tunc vnus punitur, alteri indulgetur, quinimò bona Rapientis applicãtur raptæ, † ita tex. *in lege Vnica, C. de rapt. virgin.* quæ eſt in viridi ob-

obſeruantia, penes optimos principes; at hoc caſu omnes fuerunt volentes, ideò ſi mulier non punitur, vir debet abſolui, quia fornicatio ſimplex † de iure ciuili non punitur. 27

Non obſtat ergò primò allegatus conſenſus Religionis, & nouitiæ, quia conſenſus facit mátrimonium, & conſenſus facit matrimonium ſpirituale, & argumentum de vno ad aliud valet in iure, ſed in caſu noſtro diuerſimodè conſenſus hic accipitur, quia qui conſenſit matrimonio, tenet matrimonium, ſed nondum iſta conſenſerat profeſſioni, id eſt matrimonio ſpirituali, quia eam non emiſit, & ſic valet argumentum de matrimonio ſpirituali ad carnale, & è contrà, ſed in caſu noſtro ſumus in ſimplicib. ſponſalibus, id eſt in promiſſione, de profeſſionem emittẽdo, ideò in nondũ admiſſa, cõſenſus non fuit adhibitus, ſe habet enim † habitus regularis ad pro- 28 feſſionem ſicut ſponſalia ſimplicia ad matrimonium, & profeſſio tacita ad expreſſam, ſicut ſponſalia iurata ad matrimonium, & argumentum de ſponſalibus ad matrimonium nõ valet. *Euerardus loco citato.*

Nec dicendum eſt, tacitè profeſſionem feciſſe, quia delatio habitus indiſtincti, ab habi- 29 tu profeſſarum non arguit profeſſionem, præſertim cum nunquam officium ad profeſſos ſpectans, exercere voluerit, ideo conſtat, de contrario conſenſu, idest de non voluiſſe profiteri, vt à contrario conſenſu, probatur *in cap.*

 vidua

vidua, vbi Doct. de Regular. & tranſeunt. &c. quo factum fuit. vt ipſe N. expenſis factis, & fiendis territus cum primum potuit aufugit, & per triennium tantum bannitus fuit a Ciuitate duntaxat commiſſi prædicti delicti, nec aliud euenit in cauſa huiuſmodi prima facie ita ardua apparente. Thomas Triuiſ. I.V.D.

EPITOME.

In homicidio puniendo, quæ qualitates, & circumſtantiæ attendantur.

SVMMARIA.

1 *Differentia inter percutere, & vulnerare.*
2 *Animus in delictis attenditur.*
3 *Dolus in delictis inſpicitur.*
4 *Arma vel inſtrumentum quo offenditur dat argumentum iudici an animo occidendi vulnerauit.*
5 *Pars corporis, in qua percutitur arguit animum, & num. 8.*
6 *Poſſe maius damnum facere, & minus facere arguit defenſionem.*
7 *Lapides veniunt appellatione armorum.*
9 *Percuſſio in capite ſæpe lethalis dicitur.*
10 *Defenſio cum ſit de iure natura tolli non poteſt.*
11 *Defenſio rerum ſuarum denegari non debet.*
12 *Filius eſt pars viſcerum patris, & iniuria vni facta intelligitur communis.*
13 *Defendendo offendentem poteſt impunè occidere.*
14 *Sacerdos poteſt aggreſſorem occidere, & ad celebrationem Miſſæ redire abſque incurſu pœnarum.*

15 De

15 *De corpore delicti in primis conſtare debet.*
16 *Delicta impunita remanere non debent.*
17 *Pœna homicidij eſt mors naturalis.*
18 *Regula medicinæ attenditur, in cognoſcendo an vulneratus ſit ad mortem, nec ne?*
19 *Accidens, vel ſignum mortale apparens in vulnerato, dicitur vulneratus ad mortem.*
20 *Tam percußio quàm vulnus dat mortem alicui.*
21 *Verba ſui natura iniurioſa præſumuntur animo iniuriandi prolata.*
22 *Percußiones aptæ ad occidendum, dicuntur occidiſſe.*

DECISIO LVIII.

IN vna Auſſeren. criminalis nũcupata, fuit dubitatũ, An Presbyter N. teneretur de homicidio per eum commiſſo in perſonam clerici N. factum enim ſic ſe habebat, certa die, Antonius filius Presbyteri N. (natus tamen antequam ad Sacros Ordines pater ipſe promotus eſſet) ſtante quadam præcedenti inimicitia cum quodam clerico N. ipſum clericum inuenit exiſtentem in agro occaſione Meſſis, & incontinenti cœpit ipſe Antonius ſaxa, & lapides inijcere in ipſum clericum, clericus verò verſa vice rabie quadam ductus ſimiliter lapides maioris põderis, in ipſum Antonium proijciebat, & ſic orta controuerſia inter ipſos, & timentes, qui aſtabant ne peiora occurrerent, cœperunt obuiare tando ſcandalo, modo detinẽdo vnum,

modo alium, & quia in hoc rumore alta voce vociferabatur dicendo, *ſta adietro, à queſto modo? mi volete amazzare?* adeo quod ſonitus clangoris ad aures Presbyteri N. Patris dicti Antonij peruenit, qui Presbyter. tunc equitabat, occurrit rumori, & vidit filium ſuum cũ alio bellum gerere, cum periculo magno vtriuſq;, cum primum potuit ex equo deſcendit, & habens præ manibus quidem ſecurim, pluries ſuper humeros percuſſit dictum clericum ex parte ferri, non tamen cum taleo, ſed cum parte poſt, tandem ſedata quæſtione, clericus ex percuſſionibus illis incepit euomere ſanguinem, & ita per xxj. dies continuauit, & tandem mortuus eſt, quod itaque non teneretur de homicidio, allegabatur primo quod non

1 † vulnerauit cum potuiſſet (habens ſecurim præ manibus) ſed tantum percuſſit ex ea parte, quæ vulnera inferre non poterat, & ſic voluit percutere, non occidere vulnerando, *arg. tex. l. eum, C. ad legem Cornel. de ſicar. vbi Bald. & cæteri Doct. fere omnes.*

2 Secundo dicebatur, quod animus, † & intentio attenditur in delictis, & quando fortuito accidit ſimilis caſus, etiamſi ex aliqua percuſſione mors ſequatur, tunc minimè de homicidio ſeu morte tenetur, ita text. *in l. 1. C. ad legem Corn. de ſicar. vbi pariter Doctores, &c.* ideò non animo occidēdi percuſſit clericum, & ſic

3 abſque dolo, & animo malo, qui † dolus & animus in delictis, præſertim in homicidio, pluri-

plurimum attenduntur, tex. *in dicta lege 1. & l. eum cum omnibus aliis, C. ad leg. Cornel. de ſicar.* Hæc enim ſolent conſiderari reſpectu offendentis, nunquid doloſè fecerit, nec ne?.

Reſpectu verò vulnerum, ſeu percuſſionum, an ſcilicet percuſſio lethalis fuerit, vel 4
non: duo † etiam conſiderantur, & potiſſimũ attenduntur, inſtrumentum, ſeu arma, quibus percutitur vel vulneratur: primum, vt ſi eſt baculus, (prout in caſu noſtro) ex eo non
† præſumitur percutiens habuiſſe animum 5
occidendi, ita eleganter voluit *Felyn. in cap. ſignificaſti, el ſecundo, de homicidio, nume. 11.* vbi multos congerit, & hoc idem voluit *Bald. in l. cum mandati, C. mandat. circa finem,* licèt à contrario ſenſu, hoc idem arguat, & probet *Angel. in lege, 1. d. §. Diuus Adrianus, el primo, numero 1. ff. ad legem Corne. de ſicar.* potuiſſet ſiquidem ipſe presbyter non percutere abſque effuſione ſanguinis, ſed vulnerare cum illa ſecuri in ea partè ferrea molata, quod facere noluit, quia † non fe- 6
cit, & facere potuit, vel aſſumere lapides & ipſe, & lapidibus ſimiliter ipſum clericum offendere, cum lapides appellatione † armo- 7
rum comprehendantur, *lege, armorum appellatio, ff. de verborum, & rerum ſignificat.* Ideo ex parte inſtrumenti quo percuſſit, lethalis percuſſio dici non poteſt.

Secundo attenditur † locus, ſcilicet in qua 8
parte corporis percuſſit: nam de loco ad locum magna eſt differentia, percutere aliquem

9 in capite iure merito † præſumitur animo occidendi feciſſe, ſecus tamen in alijs partibus corporis, *Felyn. loco citato, numero 10. Bald. in capit. 1. de poſtul. Prælat. numero 14. & ſequen. Angel. in leg. 1. §. Diuus Adrianus, el. primo, ff. ad legem Cornel. de ſicar. numero 1. Anton. de But. in dicto cap. ſignificaſti, el ſecundo, de homicid. nu. vbi Ioan. de Anan. numer. 4.* At in hoc caſu, clericus iam mortuus non fuit à presbytero percuſſus nec in capite, nec in alia parte corporis nobili, vt puta in viſce-
10 ribus propè cor, ſed ſic per humeros, † pars corporis oneroſa ſemota valde ab alijs partib. corporis nobiliorib. ideò ratione loci percuſſi non debet dici percuſſio lethalis.

Vltimò defenſio naturalis, à natura ipſa in-
11 ſita † tolli non poteſt ab homine limitari, *cap. Paſtoralis, de re iudic. le. 1. §. cum arietes, ff. ſi quadrupedes pauper. feciſ. dicat. l. vt vim, ff. de iuſtit. & iure,* proceditque hæc defenſio naturalis, nedum ratione proprij corporis, ſed etiam bonorum
12 † ſuorum. Notant *Doctores in locis ſupra allegatis, ſed in lege vt vim, ff. de iuſtit. & iur. vbi vltra alios, Seyſſel. per totam quaſi.* Ideò pater, & filius dicitur † vna caro, & offenſa facta vni intelligitur facta alteri, *ita textus in lege prima, & ſecunda, in Inſtit. de iniur. Baldus in lege prima numero decimo nono, verſiculo circa perſonas, C. vnde vi, lege iſti quidem, ff. quod met. cauſa.*

13 Propterea pater cum aliter filium † in diſcrimine vitæ conſtitutum defendere non poteſt, niſi inimicum occidendo, videtur im-

punè

punè fieri, & filius pro patre, ita *Abb. in ca clerici, el primo. de vita & honeſtate cleric. & in capitulo ſicut dignum, de homicid. Baldus in lege data opera, C. qui accuſ. pot.*

Nec obſtat, quod ſit ſacerdos, quia etiam abſq; incurſu excommunicationis † poteſt aggreſſorem contra ſe venientem occidere, & ad celebrationem Miſſæ incontinenti redire, *Idem Abbat. in capitulo clerici, el primo, de vita & honeſtate cleric. & in dicto capitulo ſicut dignum, &c.* & ſi præmiſſa pro defenſione ſui rerumvè ſuarum facere poteſt, vtique pro defenſione filij fortius poterit. 14

Ex igitur videbatur dicendum dictum presbyterum nullatenus de occiſo teneri.

His tamen non obſtantibus, contrariam opinionem tanquam veriorem ſuſtinui, rationibus infraſcriptis.

Primo enim dicebam, quod ſatis ſuperque conſtabat de † corpore delicti, de quo in primis, & ante omnia Iudici conſtare debet, *lege prima. §. idem illud ff. ad ſenatuſconſul. Syllan. Blanc. in initio, practica crimin. numero primo.* Apparebat enim dictum clericum iuuenem ætatis ſuæ xix. mortuum eſſe ex percuſſionibus ſibi illatis à dicto presbytero, & ſic ex maleficio, & in criminalibus punitur delictum, hoc eſt ipſum homicidium, non autem qualitates vel circumſtantiæ delicti, ſufficit quod mortuus ſit ex ea cauſa, abſque qua mortuus non eſſet: & propterea iſtud maleficium 15

16 cium impunitum † remanere non debet, ita tex. *in l. ſi ita vulneratus, §. aſtimatio, ff. ad legem Aquil. l. 4. §. cum dominus, ff. de noxal. action. l. ſi operis,*
17 *C. de pœnis.* Cuius pœna eſt mors naturalis, † & ſic de communi atteſtatur *Clar. §. homicidium verſiculo. ſed quaero,* tam in nobili quam in ignobili.

Quod autem dictus clericus mortuus ſit ex percuſſionibus prædictis, probatur ex eo, quod quis dicitur vulneratus, vel percuſſus ad
18 † mortem, qui iuxtà regulas medicinæ non poteſt euadere, & ſi euadit, ſaltem cum magna difficultate, & potius dicendum eſt viuere ex miraculo, quam ex natura, *argum. l. ſi ab hoſtibus §. fin. ff. ſoluto matri. & l. maritus, ff. locati.*

Item quando aliquod accidens, vel ſignum
19 mortale † apparuit in vulnerato, vel percuſſo, modo in tẽpore vulneris, vel paulo poſt, tũc dicitur percuſſus ad mortem, *ex not. in l. damni §. Sabini, ff. de damno infecto, Bart. in l. ſi in rixa, ff. ad Cornel. de ſicar. numero duodecimo. per totum.* Ideò tam, ex depoſitionibus medicorum quam ex fluxu continuo ſanguinis, qui ex ore ſuo exibat, mortuus ante quam moreretur iudicatus fuit, propterea intrepidè dicendum eſt, occiſum fuiſſe dictum Presbyterum, & de homicidio teneri, ipſumq; puniri debere.

Nec obſtant quæ primò allegabantur, quod ſcilicet non vulnerauit cum potuerit, ſed percuſſit, & ſic percutere, nõ vulnerare voluit, cum vulnus magis, quàm percuſſio mortẽ infe-

inferat, quia reſpondetur: quod hoc minimè verum eſt: quia mors vtroque modo indiſtinctè alicui irrogatur † percutiendo, vel vulnerando; Iugulatio non eſt vulnus, eſt tamen pcuſſio gutturis, ex qua iugulatus neceſſariò moritur; Eijcere aliquem ex loco eminentiori, præcipitatus, non vulneratus ſed percuſſus moritur, ideò ex percuſſionibus quis facilimè mortem cum vita commutare poteſt, vt recenſent *Doct. in l. 1. & 2. C. de bonis eorum, qui ſibi mortem. &c.* 20

Nec obſtant quæ ſecundo allegantur, vt in delictis animus, & intentio attendatur, quia hoc veriſsimum eſt, ex iuribus ex aduerſo allegatis: at in caſu noſtro, animus, & intentio dicti presbyteri nonne arguunt malam qualitatem, & ſic mortem inferendi? quod ſic vtique dicendum eſt, namque ſibi ſat erat, detinere clericum inermem, & tum finita erat cõtentio, & ſuccurrit quò ad potuit, & abſque alio cœpit percutere non ſemel, ſed bis, & pluries, adeo vt clericus non valens vlterius ſe defendere, permiſit ſe vulnerari, & ad mortem vſq; puniri, & ſicuti verba ſui natura † iniurioſa, præſumuntur animo iniuriandi fuiſſe prolata, niſi contrarium probetur, text. 21
in leg. ſi conuitii, vbi Salyccenſ. & alii ferè omnes Doctor. C. *de iniur.* ſic percuſſiones ſui natura aptę † ad occidẽdum, reddunt præſumptionem 22
contra percutientem de animo, & intentione occidendi.

te diabolo, &c. *cap. religioſo, de ſententia excom-
munic. in ſexto, & latè Henrich. Boich. in cap. ſtatui-
mus, de Regularib. numero vndecimo, de modo crimi-
naliter procedendi inter regular. capitulo 3. numero*
10 *primo*. Et priuilegio † Canonis, ſi quis ſuadente
diabolo, *capit. Religioſo, de ſentent. excommunic. in*
11 *ſexto, & Henrich. Boich. in cap. ſtatuimus de regular.
num. 12.* Et ſi ipſa Monialis ſentit † commo-
dũ, hoc eſt priuilegia Religionis ſupra dicta,
debet & onus vel incommodum ſentire, iux-
tà regulam: Qui ſentit commodum, &c. & i-
deò vti Monialis puniri, & non vt ſæcularis
mulier ſuique iuris. N. enim qui eam in eo ha
bitu carnaliter cognouit, vtique inexcuſabi-
lis eſt, vt non puniatur pœna vltimi ſupplicij
12 tanquam ſacrilegus, † quia excuſari non po-
teſt quin ipſam Monialem pluries viderit in
habitu tali Regulari ſcilicet: habitus enim ar-
13 guit † concludenter eſſentiam, & qualitatem
perſonæ, eo inductæ, ita dixi ſupra *hoc eodem li-
bro, decis. 26. numero 22.* tex. clariſſimus, *in lege i-
tem apud labeonem, §. ſi quis ff. de iniur. lege ſi quis
ignorans. ff. locati, & ita conſuluit Fran. Tigrin. de pi-
ſis, inter conſil. crimin. diuerſorum. conſil. 7. numero 2.
primæ impreſſionis*, & ideo ex hoc capite potiſſi-
mum dictus N. debebat pœna ſacrilegij pu-
niri.

His tamen non obſtantibus, ex altera par-
te, ad fauorem ſcilicet dicti Rei inquiſiti, ac
de tanto crimine proceſſati dicebatur, quod
nec tali, nec vlla alia pœna debebat puniri,
quia

quia monialis non profeſſa ſui iuris eſt, † *ca. decimo quinto, & decimo ſexto, Sac. Conc. Trident. Seſſ. 25.* quod quidem adeo notorium eſt, vt nulla indigeat comprobatione, & ideo non veniunt appellatione Monacharum Regularium, 14
niſi † profeſſę Regulam: ipſę namque ſunt nõ 15
vlter receptæ, & adhuc nullam profeſſionem fecerunt, vt voluit *Hoſtienſ. in capitulo quid per nouale, de verborum ſignificat. numero tertio, Ioan. de Ana. in capitulo ſtatuimus, de regular. numero ſecundo;*
& ſunt adeo ſui iuris, vt de bonis ſuis † teſtari 16
poſſint, *c. 16. Sac. Concil. Trident. Seſſ. 25. de regul. & Monial. Archid. in cap. beneficium de Regular. in 6. numero 1. Philip. Franc. ibidem numero 2. & 3. Nauarr. conſilio 12. de teſtam. num primo,* & non teſtando tali caſu, proximiores ſuccedunt, & non Monaſterium in quo reperiuntur, quia verè Regulares adhuc non dicuntur, *c. Religioſis, de ſent. excom. in ſexto,* dicant tamen quid velint *Cyn. & Bart. in Authe. ingreſſi Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. Anton. de Butr. in capitul. in præſentia, de probat. in Authen. ſi qua mulier, in finali Codic. de ſacroſanct. Eccleſ. Tiraquel. de vtroque retractu. libro primo, gloſ. 1. numero vigeſimo primo, cum ſequen. & numero 36.*
Nec minus ratione talis habitus dicitur libera 17
talis Monialis à iuriſdictione † ſæculari, quẽadmodum latius tetigi *in tractatu de modo, & ordi. criminaliter proceden. inter Regular. capitulo ſecundo, de regularibus, numero vigeſimo primo, & ſe-* 18
quen. quinimo † matrimonium carnale contrahere poteſt, *dicto. conſilio 15. & 16. Sac. Concil.*

Trid.

Trident. Seſſ. 15. de regular. & monial. Et hæc eſt ratio euidentiſſima, quia habitus non facit mo-
19 nachum, † *in d. tractatu de modo, & ordine criminaliter procedendi. Latius dixi c. 2. in initio, de Regu-*
20 *larib.* vel Monacham, ſed regularis † profeſſio. *Abb. in capit. porrectum, de regul. num. 4.* vbi notat etiam hoc idem *Ioan. de Anan. nu. 1.* Nam quouſque monialis profeſſa non eſt, quandocunque poteſt exire, & diſcedere à religione arbitrio ſuo abſque alio incurſu pœnarum. *c. 15. & 16. Sac. Concil. Trident. Seſſ. 25. de regular. & monial.* & ideò quando permiſit ſe carnaliter cognoſci, ſignum eſt, quod in religione amplius permanere nolebat, & ſic ipſa non poteſt aliquo modo puniri, prout etiam minimè punita fuit, ſed cum delictum hoc, quo ad illius conſu-
21 mationem duos neceſſario † requirat, & vnus abſque alio illud perpetrare non poteſt, & ſi
22 duo, † ambo debent puniri, vt in caſu adulte-
23 rij, tam adulter, † quam adultera punitur, *toto tit. C. & ff. ad legem Iul. de adult. & ſtup. & Clarus,*
24 *in §. adulterium, per totum,* in caſu Sodomiæ † tā agens, quam patiēs punitur, vt *in l. cum vir nubit. in fœminam, C. ad legē Iul. de adulterio, & ſtupro & ſimiliter Clarus, §. Sodomia per totū.* Et ſic in omni delicto copulę carnis, niſi ex ipſis vnus co
25 actè inuitus per vim, & metum † hoc permiſiſſet, vt in caſu raptus fieri, & accidere ſolet, tunc vnus punitur, alteri indulgetur, quinimò bona Rapientis applicātur raptæ, † ita tex. *in lege Vnica, C. de rapt. virgin.* quæ eſt in viridi ob-

obſeruantia, penes optimos principes; at hoc caſu omnes fuerunt volentes, ideò ſi mulier non punitur, vir debet abſolui, quia fornicatio ſimplex † de iure ciuili non punitur. 27

Non obſtat ergò primò allegatus conſenſus Religionis, & nouitiæ, quia conſenſus facit matrimonium, & conſenſus facit matrimonium ſpirituale, & argumentum de vno ad aliud valet in iure, ſed in caſu noſtro diuerſimodè conſenſus hic accipitur, quia qui conſenſit matrimonio, tenet matrimonium, ſed nondum iſta conſenſerat profeſſioni, id eſt matrimonio ſpirituali, quia eam non emiſit, & ſic valet argumentum de matrimonio ſpirituali ad carnale, & è contrà, ſed in caſu noſtro ſumus in ſimplicib. ſponſalibus, id eſt in promiſſione, de profeſſionem emittẽdo, ideò in nondũ admiſſa, cõſenſus non fuit adhibitus, ſe habet enim † habitus regularis ad profeſſionem ſicut ſponſalia ſimplicia ad matrimonium, & profeſſio tacita ad expreſſam, ſicut ſponſalia iurata ad matrimonium, & argumentum de ſponſalibus ad matrimonium nõ valet. *Euerardus loco citato.* 28

Nec dicendum eſt, tacitè profeſſionem feciſſe, quia delatio habitus indiſtincti, ab habitu profeſſarum non arguit profeſſionem, præſertim cum nunquam officium ad profeſſos ſpectans, exercere voluerit, ideo conſtat, de contrario conſenſu, id eſt de non voluiſſe profiteri, vt à contrario conſenſu, probatur *in cap.* 29

 vidua

vidua, vbi Doct. de Regular. & tranſeunt. &c. quo factum fuit. vt ipſe N. expenſis factis, & fiendis territus cum primum potuit aufugit, & per triennium tantum bannitus fuit a Ciuitate duntaxat commiſſi prædicti delicti, nec aliud euenit in cauſa huiuſmodi prima facie ita ardua apparente. Thomas Triuiſ. I.V.D.

EPITOME.

In homicidio puniendo, quæ qualitates, & circumſtantiæ attendantur.

SVMMARIA.

1 *Differentia inter percutere, & vulnerare.*
2 *Animus in delictis attenditur.*
3 *Dolus in delictis inſpicitur.*
4 *Arma vel inſtrumentum quo offenditur dat argumentum iudici an animo occidendi vulnerauit.*
5 *Pars corporis, in qua percutitur arguit animum, & num. 8.*
6 *Poſſe maius damnum facere, & minus facere arguit defenſionem.*
7 *Lapides veniunt appellatione armorum.*
9 *Percuſſio in capite ſæpe lethalis dicitur.*
10 *Defenſio cum ſit de iure naturæ tolli non poteſt.*
11 *Defenſio rerum ſuarum denegari non debet.*
12 *Filius eſt pars viſcerum patris, & iniuria vni facta intelligitur communis.*
13 *Defendendo offendentem poteſt impunè occidere.*
14 *Sacerdos poteſt aggreſſorem occidere, & ad celebrationem Miſſæ redire abſque incurſu pœnarum.*

15 De

15 *De corpore delicti in primis conſtare debet.*
16 *Delicta impunita remanere non debent.*
17 *Pœna homicidij eſt mors naturalis.*
18 *Regula medicinæ attenditur, in cognoſcendo an vulneratus ſit ad mortem, nec ne?*
19 *Accidens, vel ſignum mortale apparens in vulnerato, dicitur vulneratus ad mortem.*
20 *Tam percuſsio quàm vulnus dat mortem alicui.*
21 *Verba ſui natura iniurioſa præſumuntur animo iniuriandi prolata.*
22 *Percuſsiones aptæ ad occidendum, dicuntur occidiſſe.*

DECISIO LVIII.

IN vna Auſſeren. criminalis nũcupata, fuit dubitatũ, An Presbyter N. teneretur de homicidio per eum commiſſo in perſonam clerici N. factum enim ſic ſe habebat, certa die, Antonius filius Presbyteri N. (natus tamen antequam ad Sacros Ordines pater ipſe promotus eſſet) ſtante quadam præcedenti inimicitia cum quodam clerico N. ipſum clericum inuenit exiſtentem in agro occaſione Meſſis, & incontinenti cœpit ipſe Antonius ſaxa, & lapides inijcere in ipſum clericum, clericus verò verſa vice rabie quadam ductus ſimiliter lapides maioris pôderis, in ipſum Antonium proijciebat, & ſic orta controuerſia inter ipſos, & timentes, qui aſtabant ne peiora occurrerent, cœperunt obuiare tando ſcandalo, modo detinẽdo vnum,

modo alium, & quia in hoc rumore alta voce vociferabatur dicendo, *ſta adietro, à queſto modo? mi volete amazzare?* adeo quod ſonitus clangoris ad aures Presbyteri N. Patris dicti Antonij peruenit, qui Presbyter tunc equitabat, occurrit rumori, & vidit filium ſuum cũ alio bellum gerere, cum periculo magno vtriuſq;, cum primum potuit ex equo deſcendit, & habens præ manibus quidem ſecurim, pluries ſuper humeros percuſſit dictum clericum ex parte ferri, non tamen cum taleo, ſed cum parte poſt, tandem ſedata quæſtione, clericus ex percuſſionibus illis incepit euomere ſanguinem, & ita per xxj. dies continuauit, & tandem mortuus eſt, quod itaque non teneretur de homicidio, allegabatur primo quod non

1 † vulnerauit cum potuiſſet (habens ſecurim præ manibus) ſed tantum percuſſit ex ea parte, quæ vulnera inferre non poterat, & ſic voluit percutere, non occidere vulnerando, *arg. tex. l. eum, C. ad legem Cornel. de ſicar. vbi Bald. & cæteri Doct. fere omnes.*

2 Secundo dicebatur, quod animus, † & intentio attenditur in delictis, & quando fortuito accidit ſimilis caſus, etiamſi ex aliqua percuſſione mors ſequatur, tunc minimè de homicidio ſeu morte tenetur, ita text. *in l. 1. C. ad legem Corn. de ſicar. vbi pariter Doctores, &c.* ideò non animo occidēdi percuſſit clericum, & ſic

3 abſque dolo, & animo malo, qui † dolus & animus in delictis, præſertim in homicidio, pluri-

plurimum attenduntur, tex. *in dicta lege 1. & l. eum cum omnibus aliis, C. ad leg. Cornel. de ſicar.* Hæc enim ſolent conſiderari reſpectu offendentis, nunquid doloſè fecerit, nec ne?

Reſpectu verò vulnerum, ſeu percuſſionum, an ſcilicet percuſſio lethalis fuerit, vel non: duo † etiam conſiderantur, & potiſſimũ attenduntur, inſtrumentum, ſeu arma, quibus percutitur vel vulneratur: primum, vt ſi eſt baculus, (prout in caſu noſtro) ex eo non † præſumitur percutiens habuiſſe animum occidendi, ita eleganter voluit *Felyn. in cap. ſignificaſti, el ſecundo, de homicidio, nume. 11.* vbi multos congerit, & hoc idem voluit *Bald. in l. cum mandati, C. mandat. circa finem,* licèt à contrario ſenſu, hoc idem arguat, & probet *Angel. in lege, 1. d. §. Diuus Adrianus, el primo, numero 1. ff. ad legem Corne. de ſicar.* potuiſſet ſiquidem ipſe presbyter non percutere abſque effuſione ſanguinis, ſed vulnerare cum illa ſecuri in ea parte ferrea molata, quod facere noluit, quia † non fecit, & facere potuit, vel aſſumere lapides & ipſe, & lapidibus ſimiliter ipſum clericum offendere, cum lapides appellatione † armorum comprehendantur, *lege, armorum appellatio, ff. de verborum, & rerum ſignificat.* Ideo ex parte inſtrumenti quo percuſſit, lethalis percuſſio dici non poteſt.

4 5 6 7

8 Secundo attenditur † locus, ſcilicet in qua parte corporis percuſſit: nam de loco ad locum magna eſt differentia, percutere aliquem

punè fieri, & filius pro patre, ita *Abb. in ca cle- rici, el primo. de vita & honeſtate cleric. & in capitulo ſicut dignum, de homicid. Baldus in lege data opera, C. qui accuſ. pot.*

Nec obſtat, quod ſit ſacerdos, quia etiam abſq; incurſu excommunicationis † poteſt aggreſſorem contra ſe venientem occidere, & ad celebrationem Miſſæ incontinenti redire, *Idem Abbat. in capitulo clerici, el primo, de vita & honeſtate cleric. & in dicto capitulo ſicut dignum, &c.* & ſi præmiſſa pro defenſione ſui rerumvè ſuarum facere poteſt, vtique pro defenſione filij fortius poterit. 14

Ex igitur videbatur dicendum dictum presbyterum nullatenus de occiſo teneri.

His tamen non obſtantibus, contrariam opinionem tanquam veriorem ſuſtinui, rationibus infraſcriptis.

Primo enim dicebam, quod ſatis ſuperque conſtabat de † corpore delicti, de quo in primis, & ante omnia Iudici conſtare debet, *lege prima. §. idem illud ff. ad ſenatuſconſul. Syllan. Blanc. in initio, practica crimin. numero primo.* Apparebat enim dictum clericum iuuenem ætatis ſuæ xix. mortuum eſſe ex percuſſionibus ſibi illatis à dicto presbytero, & ſic ex maleficio, & in criminalibus punitur delictum, hoc eſt ipſum homicidium, non autem qualitates vel circumſtantiæ delicti, ſufficit quod mortuus ſit ex ea cauſa, abſque qua mortuus non eſſet: & propterea iſtud maleficium 15

16 cium impunitum † remanere non debet, ita tex. *in l. ſi ita vulneratus, §. æſtimatio, ff. ad legem Aquil. l. 4. §. cum dominus, ff. de noxal. action. l. ſi operis,*
17 *C. de pœnis.* Cuius pœna eſt mors naturalis, † & ſic de communi atteſtatur *Clar. §. homicidium verſiculo. ſed quæro,* tam in nobili quam in ignobili.

Quod autem dictus clericus mortuus ſit ex percuſſionibus prædictis, probatur ex eo, quod quis dicitur vulneratus, vel percuſſus ad
18 † mortem, qui iuxtà regulas medicinæ non poteſt euadere, & ſi euadit, ſaltem cum magna difficultate, & potius dicendum eſt viuere ex miraculo, quam ex natura, *argum. l. ſi ab hoſtibus §. fin. ff. ſoluto matri. & l. maritus, ff. locati.*

Item quando aliquod accidens, vel ſignum
19 mortale † apparuit in vulnerato, vel percuſſo, modo in tẽpore vulneris, vel paulo poſt, tũc dicitur percuſſus ad mortem, *ex not. in l. damni §. Sabini, ff. de damno infecto, Bart. in l. ſi in rixa, ff. ad Cornel. de ſicar. numero duodecimo. per totum.* Ideò tam, ex depoſitionibus medicorum quam ex fluxu continuo ſanguinis, qui ex ore ſuo exibat, mortuus ante quam moreretur iudicatus fuit, propterea intrepidè dicendũ eſt, occiſum fuiſſe dictum Presbyterum, & de homicidio teneri, ipſumq; puniri debere.

Nec obſtant quæ primò allegabantur, quod ſcilicet non vulnerauit cum potuerit, ſed percuſſit, & ſic percutere, nõ vulnerare voluit, cum vulnus magis, quàm percuſſio mortẽ infer-

inferat, quia reſpondetur: quod hoc minimè verum eſt: quia mors vtroque modo indiſtinctè alicui irrogatur † percutiendo, vel vulnerando; Iugulatio non eſt vulnus, eſt tamen pcuſſio gutturis, ex qua iugulatus neceſſariò moritur; Eijcere aliquem ex loco eminentiori, præcipitatus, non vulneratus ſed percuſſus moritur, ideò ex percuſſionibus quis facilimè mortem cum vita commutare poteſt, vt recenſent *Doct. in l. 1. & 2. C. de bonis eorum, qui ſibi mortem. &c.* 20

Nec obſtant quæ ſecundo allegantur, vt in delictis animus, & intentio attendatur, quia hoc veriſsimum eſt, ex iuribus ex aduerſo allegatis: at in caſu noſtro, animus, & intentio dicti presbyteri nonne arguunt malam qualitatem, & ſic mortem inferendi? quod ſic vtique dicendum eſt, namque ſibi ſat erat, detinere clericum inermem, & tum finita erat cõtentio, & ſuccurrit quò ad potuit, & abſque alio cœpit percutere non ſemel, ſed bis, & pluries, adeo vt clericus non valens vlterius ſe defendere, permiſit ſe vulnerari, & ad mortem vſq; puniri, & ſicuti verba ſui natura † iniurioſa, præſumuntur animo iniuriandi fuiſſe prolata, niſi contrarium probetur, text. 21
in leg. ſi conuitii, vbi Salyceen. & alii ferè omnes Doctor. C. de iniur. ſic percuſſiones ſui natura aptę † ad occidẽdum, reddunt præſumptionem 22
contra percutientem de animo, & intentione occidendi.

Nec obſtat tertio, quod percuſſio non fuerit lethalis, quia inſtrumentum, vel arma non erant apta ad occidendum: quia reſpondetur quod totum contrarium probatur, quia manibus tenebat manicum ligneum, & ferro ſecuris, percutiebat, debuerat enim in manibus tenere partem ferri ſecuris, & manico ligneo ad inſtar baculi percutere clericum, ſed quia habebat animum, & intentionem prauam, ideò eum lethaliter percuſſit, cum ferrum magis aptum ſit ad occidendum, quam baculus, præſertim ſuper humeros, quia ex proceſſu apparet, quod in capite eum offendere volebat, ſed quia clericus defendebat caput, non potuit tamen euadere humeros, & reliquam partem corporis.

Nec obſtat allegare defenſionem, cum nemo indigeat ſe defendere ab homine inermi, à quo offendi non poterat: & quod de ipſo presbytero dicitur, debet intelligi, etiam quoad perſonam Antonij eius filij, & ſic cum eſſet ſexagenarius, fuit declaratus irregularis, & in perpetuo bannitus ab vniuerſa inſula Auſſeren. Thom. Triuiſ. I.C. Aduoc. Fiſc.

E P I T O M E.

Fornicationis pœna quænam ſit, & quo tempore præſcribatur.

S V M M A R I A.

1 *Sacrilegii pœna quæ.*

2 *Sodomiæ pœna quæ.*

3 *Delicti contra naturam pœna.*

4 *Inceſti pœna.*
5 *Raptus pœna.*
6 *Delicta prædicta quanto tempore præſcribantur.*
7 *Adulterii pœna qualis.*
8 *Adulterii delictum quo tempore præſcribatur.*
9 *Stupri pœna.*
10 *Fornicationis pœna de iure ciuili non reperitur.*
11 *Fornicationis pœna de iure Canonico.*
12 *Regularis fornicando, quomodo ſit puniendus.*
13 *Pœnæ hoc tempore videntur ad libitum imponi.*
14 *Pœna à iure impoſita, ab homine alteratur.*
15 *Pœna à iure ſtatuta, quãdoquidem minoratur.*
16 *Arbitrium iudicis debet regulari ſecundùm diſpoſitionem iuris.*
17 *Fornicationis præſcriptio quando tempore fiat.*
18 *Præſcriptionis tempus debet incipere currere à die commiſſi delicti, non autem ſcientiæ iudicis.*

DECISIO LIX.

CErto tempore introducta erat quædam corruptela ſatis ſcandaloſa, impia, & propè infamis, vt quotieſcunque aliquis Regularis ſuperior vellet corrigere delicta, & ſcandala ſuorum confratrum, incontinenti vnus, duo, vel tres conſilium faciebant aduerſus ſuperiorem, & tandem reperiebant, quod à viginti annis citrà, vnica vice fornicauerat, ſeu ſaltem ſcandala fornicationis dederat, & ſic ipſum ſuum ſuperiorem apud Illuſtriſſimum Legatum tunc temporis exiſtentem accuſabant, & querelabant, & re-

& reperta veritate, ſeu ſaltem quibuſdam indicijs, abſque alio proceſſu, præfatus Illuſtriſſimus Legatus ipſum Superiorem Regularem puniebat, & ne appellationi locus eſſet, ſcribebat ad Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimũ Cardinalem Sanctiſſimi Domini noſtri Secret. delictumque ampliabat, & dilatabat, & ſic Regulares ſubditi, erant impuniti, Protectores Illuſtriſſimi Ordinum, deluſi, ſuperioresque abſque cauſa puniti, & infamati. Huic malo obuiare intendens N. Romam ſe contulit, & vna cum Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Protectore ſuo, à Sanctiſſimo D. N. obtinuit, vt delicta Regularium non concernentia intereſſe ſęcularium, à Regularibus tantum punirentur, & tandem ſententiæ ipſæ ab Illuſtriſſimo Protectore reuiderentur, moderarentur, & ampliarentur, ad ſui libitum, iuxta tamen formam iuris, in his verò, quæ concernerent intereſſe ſæcularium, tunc vbi Regulares accuſati eſſent, ibidem forum ſortirentur, loquendo de Legato Apoſtolico, vel Superiori Regulari. Prior Religionis N. Monaſterij N. Venetiarum, incarcerauerat vnum ſeditioſum; quendam falſarium, & alium Sodomitam, & intendens eos acriter punire, illico dictus Superior fuit ab vno affinitate cõiuncto, cum dictis carceratis ad Illuſtriſſimum Legatum querelatus de fornicatione, adeoq; carcerari fuerunt relaxati, & etiam abſoluti, & Superior, ad Illuſtriſſimum Protectorem recur-

curſum habuit, coram quo volens audiri, & iuſtificare ſe, & actiones ſuas, requiſito Legato, vt tranſmitteret proceſſum, pro parte eiuſdem Prioris dicebatur, vt infrà, ex quibus fuit abſolutus, & de cætero multi Illuſtriſſimi Legati, & poſtea Nuncij Apoſtolici, in ſimilibus terminandis huiuſmodi ſententia vſi fuerunt. In quocunque delicto reperitur pœna ſtatuta à iure, præſertim in delictis carnis, vel coitus, vt in ſacrilegio, † ideſt in coitu cũ Moniali profeſſa habito, ſtatuta eſt pœna mortis, *l. ſi quis in hoc genus, C. de epiſc. & cleric. l. ſi adulterium cum inceſtu, ff. ad leg. Iul. de adulter. & ſtup. l. quamuis, §. fin. C. eod. tit. argum. c. ſolitæ, de maiorit. & obedien. tex. in l. ſacrilegi, in principio, ff. ad leg. Iul. peculat. Salyc. in Rub. C. de crimin. ſacrileg. in fine, notat Boer. Deciſ. 254. numero 13.* 1

In crimine præter † intentionem naturæ (quod alij contra naturam, & malè appellant) hoc eſt Sodomiæ, impoſita eſt pœna mortis naturalis, *l. cum vir nubit, &c. C. ad leg. Iul. de adult. & ſtup.* nam contra naturam propriè dicitur delictum, quando cum Animali bruto quis coiuit, cuius † pœna mors eſt naturalis, *c. hoc ipſum, §. 1. 33. q. 1. tex. in cap. mulier, 15. q. 1.* 2 3

Inceſti pœna † pariter mors eſt, gloſ. eſt notabilis communiter approbata, *in l. ſi adulterium cum inceſtu, in verbo, ſi adulterium. ff. ad leg. Iul. de adult. & ſtupro, vbi latè Bart.* 4

Pro raptu † ſtat pœna legis Vnicæ, *C. de rap. Virg.* id eſt mortis. Hæc omnia tamen delicta, 5

quæ

quæ pœna mortis puniuntur, præſcribuntur
6 ſpatio † viginti Annorum, à die vltimi commiſſi delicti, *l. querelam, C. ad leg. Cornel. de falſ. Boer. Deciſ. 26. num. 6. & de communi atteſtatur Abb. in cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium, &c. num. 4.*

7 Adulterij pœna mors eſt, † ita ſunt plures textus in vtroque iure relati à Iul. Claro, *in §. Adulterium, verſic. ſed quæro,* qui de communi etiam plures conglomerat authores; licèt in
8 praxi citrà mortem puniatur, præſcribitur † tamen delictum huiuſmodi quinquennio, tex. eſt *in l. mariti, §. hoc quinquennium, ff. ad l. Iul. de adult. & ſtup.*

9 Stuprum punitur, † vt dotet, vel in matrimonium recipiat ſtupratam, *ita Clar. in §. ſtuprum, verſic. ſed quæro. de communi hoc atteſtando.*
10 Fornicationi verò † pœna de iure ciuili non reperitur impoſita, vt atteſtatur *Clarus §. fornicatio, verſic. & in primis.* De iure verò Canoni-
11 co videtur † potius arbitraria, vt *Clar. loco modo citato.* Ita etiam voluit *Diaz. in cap. 72. verbo forni-*
12 *carij, circa medium.* Regulares verò † ſimiliter, Ioan. de Anan. *in capitul. ſignificauit, de adulter. numero quarto, Felyn. in capitulo at ſi Clerici, de iudic. numero decimo tertio, & vt latius dixi de modo, & ordin. criminaliter proceden. inter Regularib. capitul. decimo octauo. de pœnis, numero quadrageſimoſecundo, & ſequentib.* ſiquidem hoc tẽpore
13 videntur pœnæ ad libitum † imponi: multoties namque vidi, pœnã â iure ſtatutã alterari,

& de iure hoc fieri poteſt cauſis, & rationibus, 14
de quibus conſuluit *Guido de Suzaria, inter conſ. crim. diuer. cōſ. 1. per totum, vol. 1. primæ impreßionis*, & ſi Iudex poteſt pœnā alterare, poterit vtique & minorare † pœnam à iure impoſitam, prout 15
ita de communi atteſtatur *Decius in capitulo de offic. & poteſt. Iudic. delegat. numero 18. & 19. Notat Aretin. in capitulo qualiter, & quando, el ſecundo, de accuſat. num. 24.* Arbitrium hoc tamen debe- 16
bit regulari † iuxta iuris diſpoſitionem, alias daretur appellatio *gloſ. in capitul. ſecundo, de corp. viciat. Bart. in lege ſi qua pœna, ff. ſignifi. Felyn. in capitulo ſuper hu, de accuſa. verſi. de verb. in gloſ. in verbo vltimo, numero 7.*

Cum itaque quęcunque delicta, ita grauiſſima, & morte ipſa compenſanda ſpacio viginti Annorum compeſcantur, & adulterium delictum ſui natura grauiſſimum ſpatio quinquennij præſcribatur, fornicatio igitur delictum de iure ciuili impunibile, & de iure Canonico arbitrium nullo vnquam tempore præſcribi non poterit? certè hoc nunquam reperi, ſed vidi præſcribi hoc delictum † ſpa- 17
cio triennij à die commiſſi vltimi delicti, cùm eo ſpatio mali mores, & crimē huiuſmodi intelligatur purgatum, ita conſuluit *Grammat. conſ. 50. inter ciuil. nu. 7. vbi alleg. Salyc. in l. minorem, C. de in integ. teſtit.* volens, vt hoc ſit dictū Iaſonis, *in lege ſi. prim ff. de nou. oper. nunc.* & præſcriptio hæc debet incipere à diè † vltimi cōmiſſi 18
delicti, non autem à die ſcientiæ Iudicis,

& eſt

& eſt magis communis opinio, notat *Ruin. conſil.27.numero 6. verſic.ſecundo iſtud, lib. 4. Marſil. in practic.crimin. §. conſtante, numero 85. & ſequen. & in conſil.87.numero 15.* dicat Bartol. *in l. cum qui, § in popularibus, circa finem, ff. de iureiuram.* quicquid vult, cum eius opinio communiter non ſit recepta, & præſcriptio huiuſmodi procedit tam in accuſatione, quàm in inquiſitione, *Iaſ. in l. 1. num. 8. in fine ff. de iuridic. omn. iudic.* Thomas Triuiſanus, I. V. Doct.

EPITOME.

An Iudex ratione delicti, poſsit punire reum de exceſsibus alibi commiſsis.

SVMMARIA.

1 *Fur tertio furans debet ſuſpendi.*

2 *Furtum committens in Eccleſia perpetrat ſacrilegium.*

3 *Delicta vbi commiſſa ibi puniri debere.*

4 *Delicta alibi commiſſa, non dant iuriſdictionem Iudici alterius ditionis, ſed operatur vt acrius puniatur.*

DECISIO LX.

ANtonius Parmenſis, huc Venetias perueniés, tempore Meſsis, hora prandij, dum ſolus in Eccleſia Sanctæ Mariæ Charitatis Venetiarum, Canonicorum Regularium, Ordinis S. Auguſtini Lateranenſis reperiretur, furto abſtulit neſcio quid, in di-

ĉta Eccleſia non tamen rem ſacram, fuit captus,& poſtquam confeſſus fuit ſponte delictum, interrogatus fuit de alijs furtis, iuxta vniuerſalem conſuetudinē Italiæ, de qua Clarus in ſua praxi ſparſim tradidit,*& in* §. *furtum per totum*, quia † fur tertio furans debet ſuſpen 1
di. *Idem Clarus eodem.* §. *furtum*, maximeque interrogatus fuit, quia in Eccleſia furatus fuerat,& ſic ſacrilegium † cōmiſerat, *Idem Clar.*§. 2
ſacril.& latius Diaz.in loco ſacril. ſed quia id quod furatus fuerat, erat quid leuis momēti, ideò de delicto tantum hic commiſſo actum fuit, cum delicta † vbi ſunt commiſſa ibi puniri de- 3
beant, & licèt plura furta alibi ſe commiſiſſe confeſſus fuerit, tamē in alieno territorio ſeu prouincia, nihilominus cum iure ſtatutū ſit, vt quis non niſi vbi deliquit puniatur; & inde aufugiens debet illuc tranſmitti, vt *in Auth. qua in prouincia.& in Autht. nulli Iudi.§. quis verò cōprehenſorum,& l. ſi cui,§. fin.* ergo Parmæ debuit inquiri, & puniri.

Cum itaque veriſſimum ſit, quod delicta alibi commiſſa, non puniantur, vbi Reus inuenitur extrà territorium delicti commiſſi, alterat tamen pœnam ſibi debendam, vel imponēdam, vt text. *in l.3.§.1.ff. de re milit.& l. ſi cui ff. de acc.*& ſic ad triremes condemnatus fuit à Domino meo Reuerendo Hieronimo Bonarello Auditore generali ex tunc. Thomas Triuiſanus, I.V.D.

modo alium, & quia in hoc rumore alta voce vociferabatur dicendo, *ſta adietro, à queſto modo? mi volete amazzare?* adeo quod ſonitus clangoris ad aures Presbyteri N. Patris dicti Antonij peruenit, qui Presbyter. tunc equitabat, occurrit rumori, & vidit filium ſuum cũ alio bellum gerere, cum periculo magno vtriuſq; , cum primum potuit ex equo deſcendit, & habens præ manibus quidem ſecurim, pluries ſuper humeros percuſſit dictum clericum ex parte ferri, non tamen cum taleo, ſed cum parte poſt, tandem ſedata quæſtione, clericus ex percuſſionibus illis incepit euomere ſanguinem, & ita per xxj. dies continuauit, & tandem mortuus eſt, quod itaque non teneretur de homicidio, allegabatur primo quod non
1 † vulnerauit cum potuiſſet (habens ſecurim præ manibus) ſed tantum percuſſit ex ea parte, quæ vulnera inferre non poterat, & ſic voluit percutere, non occidere vulnerando, *arg. tex. l. eum, C. ad legem Cornel. de ſicar. vbi Bald. & cæteri Doct. ferè omnes.*

2 Secundo dicebatur, quod animus, † & intentio attenditur in delictis, & quando fortuito accidit ſimilis caſus, etiamſi ex aliqua percuſſione mors ſequatur, tunc minimè de homicidio ſeu morte tenetur, ita text. *in l. 1. C. ad legem Corn. de ſicar. vbi pariter Doctores, &c.* ideò non animo occidēdi percuſſit clericum, & ſic
3 abſque dolo, & animo malo, qui † dolus & animus in delictis, præſertim in homicidio, pluri-

plurimum attenduntur, tex. *in dicta lege 1. & l. eum cum omnibus aliis, C. ad leg. Cornel. de ſicar.* Hæc enim ſolent conſiderari reſpectu offendentis, nunquid doloſè fecerit, nec ne?

Reſpectu verò vulnerum, ſeu percuſſionum, an ſcilicet percuſſio lethalis fuerit, vel non: duo † etiam conſiderantur, & potiſſimũ attenduntur, inſtrumentum, ſeu arma, quibus percutitur vel vulneratur: primum, vt ſi eſt baculus, (prout in caſu noſtro) ex eo non 4
† præſumitur percutiens habuiſſe animum 5
occidendi, ita eleganter voluit *Felyn. in cap. ſignificaſti, el ſecundo, de homicidio, nume. 11.* vbi multos congerit, & hoc idem voluit *Bald. in l. cum mandati, C. mandat. circa finem,* licèt à contrario ſenſu, hoc idem arguat, & probet *Angel. in lege, 1. d. §. Diuus Adrianus, el primo, numero 1. ff. ad legem Corne. de ſicar.* potuiſſet ſiquidem ipſe presbyter non percutere abſque effuſione ſanguinis, ſed vulnerare cum illa ſecuri in ea parte ferrea molata, quod facere noluit, quia † non fe- 6
cit, & facere potuit, vel aſſumere lapides & ipſe, & lapidibus ſimiliter ipſum clericum offendere, cum lapides appellatione † armo- 7
rum comprehendantur, *lege, armorum appellatio, ff. de verborum, & rerum ſignificat.* Ideo ex parte inſtrumenti quo percuſſit, lethalis percuſſio dici non poteſt.

Secundo attenditur † locus, ſcilicet in qua 8
parte corporis percuſſit: nam de loco ad locum magna eſt differentia, percutere aliquem

punè fieri, & filius pro patre, ita *Abb. in ca clerici, el primo. de vita & honeſtate cleric. & in capitulo ſicut dignum, de homicid. Baldus in lege data opera, C. qui accuſ. pot.*

Nec obſtat, quod ſit ſacerdos, quia etiam abſq; incurſu excommunicationis † poteſt aggreſſorem contra ſe venientem occidere, & ad celebrationem Miſſæ incontinenti redire, *Idem Abbat. in capitulo clerici, el primo, de vita & honeſtate cleric. & in dicto capitulo ſicut dignum, &c.* & ſi præmiſſa pro defenſione ſui rerumvè ſuarum facere poteſt, vtique pro defenſione filij fortius poterit. 14

Ex igitur videbatur dicendum dictum presbyterum nullatenus de occiſo teneri.

His tamen non obſtantibus, contrariam opinionem tanquam veriorem ſuſtinui, rationibus infraſcriptis.

Primo enim dicebam, quod ſatis ſuperque conſtabat de † corpore delicti, de quo in primis, & ante omnia Iudici conſtare debet, *lege prima. §. idem illud ff. ad ſenatuſconſul. Syllan. Blanc. in initio, practica crimin. numero primo.* Apparebat enim dictum clericum iuuenem ætatis ſuæ xix. mortuum eſſe ex percuſſionibus ſibi illatis à dicto presbytero, & ſic ex maleficio, & in criminalibus punitur delictum, hoc eſt ipſum homicidium, non autem qualitates vel circumſtantiæ delicti, ſufficit quod mortuus ſit ex ea cauſa, abſque qua mortuus non eſſet: & propterea iſtud maleficium 15

16 cium impunitum † remanere non debet, ita tex. *in l. ſi ita vulneratus, §. æſtimatio, ff. ad legem Aquil. l. 4. §. cum dominus, ff. de noxal. action. l. ſi operis,*
17 *C. de pœnis.* Cuius pœna eſt mors naturalis, † & ſic de communi atteſtatur *Clar. §. homicidium verſiculo. ſed quæro,* tam in nobili quam in igno bili.

Quod autem dictus clericus mortuus ſit ex percuſſionibus prædictis, probatur ex eo, quod quis dicitur vulneratus, vel percuſſus ad
18 † mortem, qui iuxtà regulas medicinæ non poteſt euadere, & ſi euadit, ſaltem cum magna difficultate, & potius dicendum eſt viuere ex miraculo, quam ex natura, *argum. l. ſi ab hoſtibus §. fin. ff. ſoluto matri. & l. maritus, ff. locati.*

Item quando aliquod accidens, vel ſignum
19 mortale † apparuit in vulnerato, vel percuſſo, modo in tẽpore vulneris, vel paulo poſt, tũc dicitur percuſſus ad mortem, *ex not. in l. damni §. Sabini, ff. de damno infecto, Bart. in l. ſi in rixa, ff. ad Cornel. de ſicar. numero duodecimo per totum.* Ideò tam, ex depoſitionibus medicorum quam ex fluxu continuo ſanguinis, qui ex ore ſuo exibat, mortuus ante quam moreretur iudicatus fuit, propterea intrepidè dicendum eſt, occiſum fuiſſe dictum Presbyterum, & de homicidio teneri, ipſumq; puniri debere.

Nec obſtant quæ primò allegabantur, quod ſcilicet non vulnerauit cum potuerit, ſed percuſſit, & ſic percutere, nõ vulnerare voluit, cum vulnus magis, quàm percuſſio mortẽ infer-

inferat, quia reſpondetur: quod hoc minimè verum eſt: quia mors vtroque modo indiſtinctè alicui irrogatur † percutiendo, vel vulnerando; 20
Iugulatio non eſt vulnus, eſt tamen pcuſſio gutturis, ex qua iugulatus neceſſariò moritur; Eijcere aliquem ex loco eminentiori, præcipitatus, non vulneratus ſed percuſſus moritur, ideò ex percuſſionibus quis facilimè mortem cum vita commutare poteſt, vt recenſent *Doct. in l. 1. & 2. C. de bonis eorum, qui ſibi mortem. &c.*

Nec obſtant quæ ſecundo allegantur, vt in delictis animus, & intentio attendatur, quia hoc veriſsimum eſt, ex iuribus ex aduerſo allegatis: at in caſu noſtro, animus, & intentio dicti presbyteri nonne arguunt malam qualitatem, & ſic mortem inferendi? quod ſic vtique dicendum eſt, namque ſibi ſat erat, detinere clericum inermem, & tum finita erat cōtentio, & ſuccurrit quò ad potuit, & abſque alio cœpit percutere non ſemel, ſed bis, & pluries, adeo vt clericus non valens vlterius ſe defendere, permiſit ſe vulnerari, & ad mortem vſq; puniri, & ſicuti verba ſui natura † iniurioſa, præſumuntur animo iniuriandi fuiſſe prolata, niſi contrarium probetur, text. 21
in leg. ſi conuitii, vbi Salyceenſ. & alii ferè omnes Doctor. C. de iniur. ſic percuſſiones ſui natura aptę † ad occidēdum, reddunt præſumptionem 22
contra percutientem de animo, & intentione occidendi.

Nec obſtat tertio, quod percuſſio non fuerit lethalis, quia inſtrumentum, vel arma non erant apta ad occidendum: quia reſpondetur quod totum contrarium probatur, quia manibus tenebat manicum ligneum, & ferro ſecuris, percutiebat, debuerat enim in manibus tenere partem ferri ſecuris, & manico ligneo ad inſtar baculi percutere clericum, ſed quia habebat animum, & intentionem prauam, ideò eum lethaliter percuſſit, cum ferrum magis aptum ſit ad occidendum, quam baculus, præſertim ſuper humeros, quia ex proceſſu apparet, quod in capite eum offendere volebat, ſed quia clericus defendebat caput, non potuit tamen euadere humeros, & reliquam partem corporis.

Nec obſtat allegare defenſionem, cum nemo indigeat ſe defendere ab homine inermi, à quo offendi non poterat: & quod de ipſo presbytero dicitur, debet intelligi, etiam quo ad perſonam Antonij eius filij, & ſic cum eſſet ſexagenarius, fuit declaratus irregularis, & in perpetuo bannitus ab vniuerſa inſula Auſſeren. Thom. Triuiſ. I. C. Aduoc. Fiſc.

EPITOME.

Fornicationis pœna quænam ſit, & quo tempore præſcribatur.

SVMMARIA.

1 *Sacrilegii pœna quæ.*

2 *Sodomiæ pœna quæ.*

3 *Delicti contra naturam pœna.*

4 *Incœſti pœna.*
5 *Raptus pœna.*
6 *Delicta prædicta quanto tempore præſcribantur.*
7 *Adulterii pœna qualis.*
8 *Adulterii delictum quo tempore præſcribatur.*
9 *Stupri pœna.*
10 *Fornicationis pœna de iure ciuili non reperitur.*
11 *Fornicationis pœna de iure Canonico.*
12 *Regularis fornicando, quomodo ſit puniendus.*
13 *Pœnæ hoc tempore videntur ad libitum imponi.*
14 *Pœna à iure impoſita, ab homine alteratur.*
15 *Pœna à iure ſtatuta, quãdoquidem minoratur.*
16 *Arbitrium iudicis debet regulari ſecundùm diſpoſitionem iuris.*
17 *Fornicationis præſcriptio quando tempore fiat.*
18 *Præſcriptionis tempus debet incipere currere à die commiſſi delicti, non autem ſcientiæ iudicis.*

DECISIO LIX.

CErto tempore introducta erat quædam corruptela ſatis ſcandaloſa, impia, & propè infamis, vt quotiescunque aliquis Regularis ſuperior vellet corrigere delicta, & ſcandala ſuorum confratrum, incontinenti vnus, duo, vel tres conſilium faciebant aduerſus ſuperiorem, & tandem reperiebant, quod à viginti annis citrà, vnica vice fornicauerat, ſeu ſaltem ſcandala fornicationis dederat, & ſic ipſum ſuum ſuperiorem apud Illuſtriſſimum Legatum tunc temporis exiſtentem accuſabant, & querelabant, & re-

curſum habuit, coram quo volens audiri, & iuſtificare ſe, & actiones ſuas, requiſito Legato, vt tranſmitteret proceſſum, pro parte eiuſdem Prioris dicebatur, vt infrà, ex quibus fuit abſolutus, & de cætero multi Illuſtriſſimi Legati, & poſtea Nuncij Apoſtolici, in ſimilibus terminandis huiuſmodi ſententia vſi fuerunt. In quocunque delicto reperitur pœna ſtatuta à iure, præſertim in delictis carnis, vel coitus, vt in ſacrilegio, † ideſt in coitu cũ Moniali profeſſa habito, ſtatuta eſt pœna mortis, *l. ſi quis in hoc genus, C. de epiſc. & cleric. l. ſi adulterium cum inceſtu, ff. ad leg. Iul. de adulter. & ſtup. l. quamuis, §. fin. C. eod. tit. argum. c. ſolitæ, de maiorit. & obedien. tex. in l. ſacrilegi, in principio, ff. ad leg. Iul. peculat. Salyc. in Rub. C. de crimin. ſacrileg. in fine, notat Boer. Deciſ. 254. numero 13.* 1

In crimine præter † intentionem naturæ (quod alij contra naturam, & malè appellant) hoc eſt Sodomiæ, impoſita eſt pœna mortis naturalis, *l. cum vir nubit, &c. C. ad leg. Iul. de adult. & ſtup.* nam contra naturam propriè dicitur delictum, quando cum Animali bruto quis coiuit, cuius † pœna mors eſt naturalis, *c. hoc ipſum, §. 1. 33. q. 1. tex. in cap. mulier, 15. q. 1.* 2 3

Inceſti pœna † pariter mors eſt, gloſ. eſt notabilis communiter approbata, *in l. ſi adulterium cum inceſtu, in verbo, ſi adulterium. ff. ad leg. Iul. de adult. & ſtupro, vbi latè Bart.* 4

Pro raptu † ſtat pœna legis Vnicæ, *C. de rap. Virg.* id eſt mortis. Hæc omnia tamen delicta, 5

quæ

quæ pœna mortis puniuntur, præſcribuntur
6 ſpatio † viginti Annorum, à die vltimi commiſſi delicti, *l. querelam, C. ad leg. Cornel. de falſ. Boer. Deciſ. 26. num. 5. & de communi atteſtatur Abb. in cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium, &c. num. 4.*

7 Adulterij pœna mors eſt, † ita ſunt plures textus in vtroque iure relati à Iul. Claro, *in §. Adulterium, verſic. ſed quæro,* qui de communi etiam plures conglomerat authores, licèt in
8 praxi citrà mortem puniatur, præſcribitur † tamen delictum huiuſmodi quinquennio, tex. eſt *in l. mariti, §. hoc quinquennium, ff. ad l. Iul. de adult. & ſtup.*

9 Stuprum punitur, † vt dotet, vel in matrimonium recipiat ſtupratam, *ita Clar. in §. ſtuprum, verſic. ſed quæro. de communi hoc atteſtando.*
10 Fornicationi verò † pœna de iure ciuili non reperitur impoſita, vt atteſtatur *Clarus §. fornicatio, verſic. & in primis.* De iure verò Canoni-
11 co videtur † potius arbitraria, vt *Clar. loco modo citato.* Ita etiam voluit *Diaz. in cap. 72. verbo forni-*
12 *carii, circa medium.* Regulares verò † ſimiliter, Ioan. de Anan. *in capitul. ſignificauit, de adulter. numero quarto, Felyn. in capitulo at ſi Clerici, de iudic. numero decimo tertio, & vt latius dixi de modo, & ordin. criminaliter proceden. inter Regularib. capitul. decimo octauo. de pœnis, numero quadrageſimoſecundo, & ſequentib.* ſiquidem hoc tẽpore
13 videntur pœnæ ad libitum † imponi: multoties namque vidi, pœnã à iure ſtatutã alterari,

& de

& de iure hoc fieri poteſt cauſis, & rationibus, 14
de quibus conſuluit *Guido de Suzaria, inter conſ. crim. diuer. cōſ. 1. per totum, vol. 1. primæ impreſſionis*, & ſi Iudex poteſt pœnā alterare, poterit vtique & minorare † pœnam à iure impoſitam, prout 15
ita de communi atteſtatur *Decius in capitulo de offic. & poteſt. Iudic. delegat. numero 18. & 19. Notat Aretin. in capitulo qualiter, & quando, el ſecundo, de accuſat. num. 24.* Arbitrium hoc tamen debebit regulari † iuxta iuris diſpoſitionem, alias 16
daretur appellatio *gloſ. in capitul. ſecundo, de corp. viciat. Bart. in lege ſi qua pœna, ff. ſignifi. Felyn. in capitulo ſuper his, de accuſa. verſi. de verb. in gloſ. in verbo vltimo, numero 7.*

Cum itaque quęcunque delicta, ita grauiſſima, & morte ipſa compenſanda ſpacio viginti Annorum compeſcantur, & adulterium delictum ſui natura grauiſſimum ſpatio quinquennij præſcribatur, fornicatio igitur delictum de iure ciuili impunibile, & de iure Canonico arbitrium nullo vnquam tempore præſcribi non poterit? certè hoc nunquam reperi, ſed vidi præſcribi hoc delictum † ſpa- 17
cio triennij à die commiſſi vltimi delicti, cum eo ſpatio mali mores, & crimē huiuſmodi intelligatur purgatum, ita conſuluit *Grammat. conſ. 50. inter ciuil. nu. 7. vbi alleg. Salyc. in l. minorem, C. de in integ. reſtit.* volens, vt hoc ſit dictū Iaſonis, *in lege ſi. prius ff. de nou. oper. nunc.* & præſcriptio hæc debet incipere à diè † vltimi cōmiſſi 18
delicti, non autem à die ſcientiæ Iudicis,

& eſt

& eſt magis communis opinio, notat *Ruin. conſil. 27. numero 6. verſic. ſecundo iſtud, lib. 4. Marſil. in practic. crimin. §. conſtante, numero 85. & ſequen. & in conſil. 87. numero 15.* dicat Bartol. *in l. cum qui, § in popularibus, circa finem, ff. de iureiuran.* quicquid vult, cum eius opinio communiter non ſit recepta, & præſcriptio huiuſmodi procedit tam in accuſatione, quàm in inquiſitione, *Iaſ. in l. 1. num. 8. in fine ff. de iuridic. omn. iudic.* Thomas Triuiſanus, I.V. Doct.

EPITOME.

An Iudex ratione delicti, poſsit punire reum de exceſſibus alibi commiſſis.

SVMMARIA.

1 *Fur tertio furans debet ſuſpendi.*

2 *Furtum committens in Eccleſia perpetrat ſacrilegium.*

3 *Delicta vbi commiſſa ibi puniri debere.*

4 *Delicta alibi commiſſa, non dant iuriſdictionem Iudici alterius ditionis, ſed operatur vt acrius puniatur.*

DECISIO LX.

ANtonius Parmenſis, huc Venetias perueniēs, tempore Meſsis, hora prandij, dum ſolus in Eccleſia Sanctæ Mariæ Charitatis Venetiarum Canonicorum Regularium, Ordinis S. Auguſtini Lateranenſis reperiretur, furto abſtulit neſcio quid, in di-

cta

ta Eccleſia non tamen rem ſacram, fuit captus, & poſtquam confeſſus fuit ſponte delictum, interrogatus fuit de alijs furtis, iuxta vniuerſalem conſuetudinē Italiæ, de qua Clarus in ſua praxi ſparſim tradidit, *& in §. furtum per totum*, quia † fur tertio furans debet ſuſpen- 1 di. *Idem Clarus eodem. §. furtum*, maximeque interrogatus fuit, quia in Eccleſia furatus fuerat, & ſic ſacrilegium † cōmiſerat, *Idem Clar. §.* 2 *ſacril. & latius Diaz. in loco ſacril.* ſed quia id quod furatus fuerat, erat quid leuis momēti, ideò de delicto tantum hic commiſſo actum fuit, cum delicta † vbi ſunt commiſſa ibi puniri de- 3 beant, & licèt plura furta alibi ſe commiſiſſe confeſſus fuerit, tamē in alieno territorio ſeu prouincia, nihilominus cum iure ſtatutū ſit, vt quis non niſi vbi deliquit puniatur; & inde aufugiens debet illuc tranſmitti, vt *in Auth. qua in prouincia. & in Autht. nulli Iudi. §. quis verò cōprehenſorum, & l. ſi cui, §. fin.* ergo Parmæ debuit inquiri, & puniri.

Cum itaque veriſſimum ſit, quod delicta alibi commiſſa, non puniantur, vbi Reus inuenitur extrà territorium delicti commiſſi, alterat tamen pœnam ſibi debendam, vel imponēdam, vt text. *in l. 3. §. 1. ff. de re milit. & l. ſi cui ff. de acc.* & ſic ad triremes condemnatus fuit à Domino meo Reuerendo Hieronimo Bonarello Auditore generali ex tunc. Thomas Triuiſanus, I.V.D.

EPITOME.

Traditur modus, ac praxis ſingularis pro excitando iniuriantem, quòd de iniuria conuincatur, vel iniuriam ſeu delictũ ſeminatum concludenter probet.

SVMMARIA.

1 *Iniuria duobus modis infertur.*

2 *Intellectus l. 1. ff. de iniur.*

3 *Iniuria præualens verbis, duplex eſt.*

4 *Iniuria concernens delictum, quod intereſt Reipublicæ ſcire, iniurians non punitur iniuriando, & iniuriam probando.*

5 *Iniuria quæ Reipublicæ non intereſt ſcire, iniurians punitur eam probando, & non probando.*

6 *Intellectus l. diffamari, Cod. de ingenuis, & manumiſſ.*

DECISIO LXI.

1 OMne id quod non iure fit, iniuria dicitur, quaſi quod dictio illa in ſeruet pro contra, & ſic procedit iniuria, id eſt contra iura iniuria huiuſmodi † duobus modis committitur, facto, ſcilicet vel verbo, ita diſtinguit Iuriſconſult. *in l. 1. & 2. ff. de iniur. verbis*, vt conuicium factũ eſt facto, quãdo quis pugno, baculo, vel enſe offenditur, ſed re vera hæc diſtinctio verè nõ diſtinguit, quia verba ſunt animi paſſionum notæ, vt *Ariſtotel. 2. Perihermen. capit. de nomine,* adcò

ideò vt factum abſque nomine non detur, & nomen niſi quid eſſentiale nominet, non formatur, † ideò quolibet iniuria committi- 2
tur verbis & factis, quia quis aliquem percutiendo verbis, & facto eum vilipendit, & verbis aliquem iniuriando, vt aſſimilando eum Aſino, Hirco, & ſimilibus, quod facto aſſimilatur, ideò vna abſque alia non datur, verum quidem eſt vna magis verbis, quàm facto prævalet, & alia magis facto, quam verbis; quia vna principalis trahit ſecum in conſequentiam & aliam, & ſic publicè Ferrariæ Año 1580. die 12. Menſis Maij, hanc concluſionem ſuſtinui licèt magis ſtudioſè.

Iniuria igitur, verbis magis præualens, itidem † duplex eſt, nam quædam intereſt pu- 3
blicari Reipublicæ, alia verò non, ſi quis iniuria veneit aliquem allegando ipſum Rebellem intereſt Reipublicæ delictum hac diſcuti,
† & ſciri, & iniurians iniuriam illatam vel de- 4
lictum ei attributum probando eo caſu non tenetur, vt de communi atteſtatur *Boer. conſil. 4. num. 36.* & latius dixi *hoc eodem libro 1. deciſ. 10. num. finali.*

Quæ autem non intereſt † Reipublicæ ſci- 5
ri, tunc probando, & non punitur iniurians, & hanc voluit eſſe communem opinionem, *Curt. iun. in leg. finali, ff. quod quiſque iuris vtitur, &c. numero 3. & dicta deciſ. mea 10. num. fin.* & quia ſępiſſimè occurrit in foro cõtrouerſia huiuſmodi, vt altercationes tollantur, & deſcen-

ſiones præſertim Religioſorum permittebat Dominus Deſiderius Guido, tunc Generalis Auditor huius Palatij, vt iniuriatus † excitaret iniuriantem ad probandum iniuriam ſibi illatam, aliàs ius &c. qui ſi non comparebat, perpetuum ei imponebatur ſilentium, ſi probabat, & eſſet talis, vt iniuriatus puniretur, puniebatur, ſi vero erat deformitas allegata, vt potè *taci golbo*, & ſimilis iniurians puniebatur arbitrio *l. in vim, l. diffamari*, *C. de ingenuis, & manumiſſis*, quam legem ſic ſemper practicaui in foro hoc. Thom. Triuiſ. I. V. D.

EPITOME.

Teſtis ſeruatis ſeruãdis in Iudicio examinatus contra N. Reum conuentum, & defendentem, poſtquàm delictum concludenter (mediante eius depoſitione) probauerit, non auditur aliter aſſeuerans cum iuramento.

SVMMARIA.

1 *Teſtis vnicus in criminalibus non probat, facit tamen indicium ad torturam.*

2 *Teſtis inhabilis depoſitio, ſanatur depoſitione teſtis habilis, & quacunq; exceptione maioris.*

3 *Teſtis quicunque exceptione maior, qui dicatur.*

4 *Teſtis etſi vnicus concludenter probat contra eum inducentem.*

5 *Teſtis quamuis vnicus, probat contrà inducentem, etiam ſi deponat de credulitate.*

6 *Teſtis vnicus cõcludẽter probat, de partiũ conſenſu.*

7 *Par-*

7 Partes poſſunt concordare de ſtando dicto vnius.
8 Teſtis depoſitio non poteſt eſſe, vno & eodem tempore vera & falſa.
9 Delatio iuramenti teſtibus deferendi ſapit iuriſdictionem.
10 Dicto primo teſtis ſemper ſtandum eſt.
11 Teſtis qui primò extraiudicialiter abſq; iuramento vnum depoſuit, ſi poſtea cum iuramento in iudicio alterũ deponit, primo dicto ſtandũ erit, & de ſecundo tanquam falſus poteſt puniri.
12 Contra propriam confeſſionem, quando admittatur probatio.
13 Teſtis qui nulliter examinatus, falſum deponendo, tamen puniri non poteſt.
14 Teſtis affirmatiuam deponens magis probat.
15 Vni potius affirmanti, quam mille negantibus ſtandum eſt.
16 Negatiua vaga, ſui natura eſt improbabilis.
17 Teſtium examẽ in criminalibus non committitur.
18 Teſtis nulliter examinatus nedum probat, ſed nec iudicium facit.
19 Intereſt Reipublicæ ne delicta remaneãt impunita.
20 Reus niſi conuictus puniri non debet.
21 Probationes in criminalibus ad offenſam deſiderantur clariſſimæ, & luce meridiana clariores.
22 In confeſſis partes iudicis ſunt in condemnando.
23 Confeſſio quandoque dicitur contumacia.
24 Confeſſio meticuloſa nulla eſt.
25 Condemnare innocentem inhumanum eſt.
26 Delictum non præſumitur, niſi probetur.
27 Bonus quiſq; præſumitur, niſi contrariũ probetur

29 *Teſtis contrarius non probat.*

30 *Contraria insimul ſtare non poſſunt.*

31 *Teſtis non dicitur quacunque exceptione maior, ſi depoſitionem ſuam reuocauerit.*

32 *Depoſitio incerta non probat.*

33 *Partium conſenſus in criminalibus, & ſic in pœnalibus non attenditur.*

34 *Non quod volunt partes, ſed quod ſtatuit ius, Iudex perquirere debet.*

35 *Teſtibus deponentibus pro non delicto magis ſtandum eſt, quàm deponentibus pro delicto.*

36 *Teſtibus negantibus in criminalibus potius ſtandum eſt.*

37 *Teſti aſſerenti ſe per metum depoſuiſſe vtiq; ſtandum eſt.*

38 *Contra propriam confeſſionem admittitur probatio, & eſt communis.*

39 *Teſti prius iudicialiter examinato ſtandum eſt, & eſt communis opinio.*

40 *Tortura quando ſuper incidenti inſerri poſſit.*

DECISIO LXII.

ANtonius Presbyter ſæcularis Bergomenſis, fuit ab N. viro Margheritæ accuſatus de adulterio per eum commiſſo, cum eius vxore, examinatiſque teſtib. tam pro parte eiuſdem N. querelantis ad offenſam, quam ipſius Antonij ad defenſam, tandem deciſio propè huius cauſæ poſita erat ſuper depoſitione cuiuſdam Franciſci famuli, qui continuò domi permanebat, & ab vtraq; par-

parte in teſtem erat inductus, an ſcilicet ex foramine oſtij Tolami, viderit nec ne? iſtũ Antonium, & Margharitam vxorem ipſius N. querelantem adulterium committere, is ita examinatus in iudicio depoſuit, quod ſic, ſed incontinenti extra iudicium in actis Notarij cum iuramento depoſuit, quod non, retractando quidquid iudicialiter dixerat tãquàm per vim, & metum atteſtatũ, querebatur quid iuris modo eſſet dicendum, namque nullibi dubium eſt, quod teſtis à parte productus, & à Iudice admiſſus, cum iuramẽto examinatus, concludenter probet id quod deponit, ratione ſui, non autem delicti, quia vltrà vnum teſtem, teſtes requiruntur, ſed ſat eſt, vt iſte cum alio ſimili delictum probaret, ſufficit ergo, vt fuerit, & ſit ritè ac legitimè examinatus, quò ad praxim Curiæ, & quò ad ſuam depoſitionem, poſtea concludenter depoſuerit de delicto, qui etſi non probet, (cum ſit vnus) facit † tamen concludenter indicium ad tortu- 1
ram, ita notat *Bar. in l. ſi quis, C. ad l. Iuliam Maieſt. num. 1. Abb. in c. at ſi clerici, de iudic. num. 14. gloſ. in l. 6. C. ad legem Iuliam Maieſt. cap. ſi. de iureiuran. Abb. itidem, in capit. 1. de depoſit. num. 6.* & tantæ eſt efficaciæ, vt illius depoſitione ſanctur, & adiuuetur depoſitio teſtis minus habilis, † ita vt ſi- 2
mul iunctæ concludenter probent delictum. *Bal. in l. ſi quis, §. quid enim, in princ. ff. de eden. Iaſon in l. cunctos populos, ver.* ſic iſtam regulã ponit *Bal. in 2. lectura, C. de Summa Trinit. & ſi. de Catholica,*

 &

& in caſu noſtro, de quo agitur iam requiritur tamen, vt teſtis ille ſit quacunque exceptione maior, ex ſuprà annotatis, aliàs non conualidat dictum teſtis minus habilis, cum hoc caſu vterque eſſet minus validus, & tunc teſtis dicitur omni exceptione maior, quando † nulla exceptio opponi poteſt, *gloſ. in c. 1. in verbo, maiores & ibi Doctor. omnes, de conſanguinit. & affinit. & in §. item verbor. in Inſtit. de inutil. ſtipulat. Andr. Sicul in Rubr. de probat. num. 29. Iaſon. in l. admonendi. num. 92. verſic. venio ad quartum, & Ripa, numer. 176. ff. de iureiur. Alex. conſil. 180. num. 5. & conſi. 183. num. 11. volum. 6.* Sed quia teſtis huiuſmodi ab vtraq; parte inductus fuit, ideò quicquid depoſuit, & contra quemcunque, concludenter
4 ꝓbat † etſi ſit vnicus, ita Dominus meus Riminal. iunior, *conſil. 128. nu. 24. lib. 2. conſil. 152. nu. 2. conſ. 183. nu. 11. & conſ. 210. nu. 31. lib. 2. Cephal. conſ. 141. num. 16. & conſ. 168. num. 52. volum. 1. Pariſ. conſil. 23. num. 1. lib. 4. Bero. conſil. 96. num. 2. lib. 3. Rom. conſil. 104. Socin. iun. conſil. 69. lib. 1.* Et hæc proce-
5 dit opinio † etiam ſi deponat teſtis, de credulitate. quia adhuc planè probat, *ita Socin. iun. in dicto conſil. 69. volum. primo, numero 11. Iaſon in Rubr. ff. de iureiuran. in ſexta limitatione. Roman. ſingul. 104. in fine. Crauet. de antiquit. temp. in 1. parte, numer. 255.* Et quòd vnico teſti de parti-
6 um † conſenſu ſtandum ſit, voluit Felyn. qui multos adducit in *cap. veniens, el primo, de teſtibus, Iaſon poſt Roman. & Alexan. in l. 1. §. fin. ff. de verborum*

borum obligat. numero octauo, vbi dicit communem in l. admonendi numero 188. & num. 200. vbi dicit cõmunem opin. ff. de iureiuran. Alexan. conſilio 54. nu. ſeq. vbi de magis communi atteſtatur, volum. 1. quia partes poſſunt concordare ſtandi dicto vnius † teſtis, notat. *Anton. de Butr. in capitul. veniens, el primo, de teſtibus. Iaſon in l. admonendi, ff de iureiur. num. 200. Bertrand. conſil. 119. colum. 1. in fine volum. 2. Iaſon in l. 1. §. finali. num. 8. ff. de verborum obligation. vt de communi teſtatur, & ſic Dec. de magis communi atteſtatur, in cap. veniens circa finem, verſ. idem ergo*, de teſtibus probauit ergo teſtis huiuſmodi concludenter adulterium, ſeu ſaltem ſemiplenè, vel denique operatur illius depoſitio, vt diuerſimodè poſtmodum deponere non poſſit, nec audiri debeat, ergo prima depoſitio coram iudice habita adeo valida, & iuridica eſt, vt de ea non ſit dubitandum; ſi ergo prima tenet, † ſecunda eſt nulla, ſi prima vera, ſecunda falſa, ſi prima validà, ſecunda inualida, & ſi primæ ſtandum eſt, ſecunda venit reijcienda tanquàm contrariæ inter ſe, vt Dec. *in l. vt vim ff. de iuſtit. & iure, nu. 1. & 2.* vbi allegat Bartolum & alios Doctores in initio illius legis ſic tenentes.

7 (margin, at "† teſtis") · 8 (margin, at "tenet, †")

Vltrà quòd ſecunda illa depoſitio non videtur iurata, quia qui iuramentum detulit, id eſt notarius, non habet † iuriſdictionem, 9 quæ attenditur in delatione iuramenti; ita dixi ſuprà *hoc eodem libro, Deciſ. decima, numero duodecimo*, vbi plures Doctorum opiniones

congeſſit, vt videre licet, vnde cum notarius
non habebat iuriſdictionem, ideo perinde di
ctum illius tenet, ac ſi examinatus non eſſet.
Additur etiam quod teſtis bis examinati pri-
10 mo dicto † ſemper ſtandum erit, ita poſt alios
voluit Baldus *in conſilio 101. numero finali libro 1.*
quod procedit etiam ſi primo extraiudicia-
liter abſque iuramento, vnum depoſuerit, &
11 iudicialiter alterū cum iuramento, primo † di
cto ſtandum erit, ita concludenter probaui,
primo libro, Deciſ. 11. numero 14. Sed ſaltem in ma-
teria tam ardua, debebat docere de errore, ob
12 quem primum depoſuerat falſum; † quia con
tra propriam confeſſionem admittitur proba
tio, ſi errorem allegat, & illum probare inten-
dit: ita tenui ſupra *libro 1. Dec. 5. numero 10. 12. in-*
de Neratius, §. fi. ff. ad l. Aquil. & l. proinde, ff. eo late-
que Guido Suzaria de indic. & tort. numero 48. Sed
hoc non docuit, nec in actis notarij docere
non poterat, immò quicquid ſecundo loco
depoſuit, nullius momēti vel roboris eſt, quia
licet quis in actis notarij aliquid iureiuran-
do depoſuerit, ſi falſa erit depoſitio peccat
13 mortaliter: ſed de falſo à quo erit puniendus?
certè a nemine, *But. in capit. cum cauſam, de teſtib.*
& atteſt. numero 28

Additur vlterius, quod prima illa depoſi-
14 tio concernit † affirmatiuā, & ſic ei magis ſtan
dum eſt, ita poſt Nattam *in conſilio 283. numero*
quarto, & multos alios voluit Riminald. ſenior, con-
ſilio 430. numero 32. & quos omnes enumerat
Domi-

Dominus meus Riminald. iunior, *conſilio 28. numero 68. & 69. volum. 2.* notatque gloſ. *in l. diem proferre, §. ſi plures in verbo, inde quæritur ff. de arbit. Boer. Deciſ. 100.* quia vni affirmanti † magis quam mille negantibus creditur. *not. Bart. in l. hæredes, ff. de teſtamen. numero 7. Fulgoſ. conſi. 147. poſt medium Corn. Conſ. 343. numero 12. vol. 1. Hyppol. de Marſil. Conſil. 113 num. 46. Decius conſilio 349. numero 13. conſ. 534. numero 13. & 97. volum 4. numero 2.* 15

Negatiua ſiquidem † eſt illa ſecundo loco atteſtata in actis notarij, & dicitur negatiua vaga ſui natura improbabilis, vt idem conſuluit *Dominus meus Riminaldus iun. conſil. 27. numero 61. volum. 1.* & quod ſecunda depoſitio in actis notarij facta, non teneat, tanquam recepta à notario, abſque præſentia Iudicis præſertim in cauſis criminalibus, in quibus examinatio † teſtium non delegatur. *Ioan. Menoch. in capitu. contrahentes, de foro compet. numero quarto, & b. in capitulo primo, de teſtibus cog. numero ſeptimo.* Ideò in dicta ſecunda depoſitione teſtis prædictus nedum probat, ſed nec facit indicium † tanquam nulliter examinatus, *Hyppol. de Marſil. ſingul. 242. incipien. quando teſtis, & in conſilio 63. numero 41. voiumin. primo.* Ex his igitur concludenter dicendum eſt, quod prima depoſitio teneat, & ſecunda ipſo iure nulla ſit. His tamē minimè ſic obſtantibus, non deerant rationes, & authoritates, quæ ex aduerſo allegabantur, ad conſtandū, ſ. quod prima depoſitio 16 17 18

per ſecundam reuocata, nullaq; fuerit & ſit, & per conſequens ſecundæ ſtandum eſſe, pro cuius opinionis comprobatione dicebatur.

19 Primò, quod licèt Reipublicæ interſit † ne delicta remaneāt impunita, *l. ſi ita vulneratus, §. æſtimatio, ff. ad leg. Aquil. l. 4. §. cum Dominus ff. de noxal. action.* nihilominus veriſſimum itidem eſt,
20 quod reus puniri non debet, niſi ſit † conuictus ſaltem per duos teſtes, *l. vbi numerus ff. de teſtib. l. 1. ff. de oper. liber. Gomez. in tract. delic. c. 12. nu.*
21 *2.* vt probationes huiuſmodi ſint † apertiſſimæ luce meridiana clariores, *ita tex. in l. fi. de pro.*
22 vel ſit ore proprio confeſſus, quia † tunc partes Iudicis ſunt in condēnando *c. 2. de cōfeſſ.* prę
23 termittendo confeſſionem illam † contumacialem, de qua tex. *in l. eius, qui delatorem, ff. de iure fiſci, l. qui ad certum, ff. locati, & leg. ſingularia, ff. ſi cer. petat.* ſed de confeſſione iudicialiter ore proprio prolata, etſi illa confeſſio ſit talis, vt dubi-
24 tari non poſſit quod metus cauſa † facta fuerit *lege 1. §. ſi quis vltro, ff. de quæſtion. Anch. conſ. 24. nu.*
25 *2.* At quia occidere hominem † abſque cauſa valdè impium, & inhumanum eſt, ſicque & illum iniuſtè puniendo, ideo Iudex ex officio tenetur diligenter perquirere defenſiones Reorum, *l. non defendantur, ff. de pœnis, l. prima. §. ſ. ff. de qu. Marſ. in conſ. 16. nu. fi.* Cum aūt ex dicto vnius quis debeat abſolui vel condēnari, qui etiam ſibi ipſi cōtrarius eſt, diligenter veritas indaganda eſt, ſiquidem delictum non pręſumatur niſi expreſsè probetur, & præſumptio ob

† ob quam delictum excludatur ſemper capi 26
enda, *l. merito, ff. pro ſocio, Andre. Sicul. conſilio 77. in princ. vol. 4. Marſ. conſ. 2. numero 1. & ſeq. Boer. Deciſ. 215. num. 22.* quia hæc eſt ratio, quoniam quilibet pręſumitur † bonus, niſi malus probe- 27
tur. *c. vnico, de ſcrutinio in ord. facien. c. final. de præſumpt. l. omnimodo, C. de inoffic. teſt. Marſil. conſil. 2 nu. 9. & ſeq. And. Sicul. conſil. 77. in prin. vol. 4.* Et ideo vnicus teſtis concludenter non probat, cum duo ſaltem † requirantur, *alleg. l. vbi nume.* 28
ff. de teſtib. l. 1. ff de oper. liber. Gomez in tract. de delic. c. 12. nu. 9. minuſq; vnico, & ſibi ipſi † cõtrario, 29
vt dixi ſupra *hoc eidem l. 2. Dec. 53. nu. 4. & 5. & De. 51. nu. 14. eod. lib. 2.* credendum eſt, quia duo cõtraria ſimul ſtare non poſſunt, † innocentia 30
ſcilicet, & delictum, ita elegantiſſimè, vt ſui moris eſt conſuluit Dominus meus Riminal. iun. *conſil. 73. num. 14. vol. 1. & Socin. conſil. 27. num. 1. vol. 3.* Ideo dicebatur omninò, quod dicta mulier deberet abſolui.

Nec obſtat ſi dicatur, quod teſtis vnicus ſi non probat, facit tamen indicium ad torturã quia reſpondetur, hoc procedere, quando ille teſtis † eſt quacũq; exceptione maior, vt ex iu- 31
ribus primò ex aduerſo allegatis habebatur, ſed hic fuit contrarius, & dictum ſuum ſponte reuocauit, ergò ei non eſt credendum.

Nec obſtat, quod ab vtraque parte fuerit inductus, & de partium conſenſu, quia depoſuit prius delictum pro querelante, & poſtea innocentiam querelata, & ſic depoſitio ſua, cum ſit

32 ſit † incerta, pro nullo probat, ac talis eſt, perinde ac ſi examinatus non fuiſſet, vltrà quod non poteſt partes concordare de ſtando dicto vnius teſtis, qui ſi de iure non probat, minus
33 † de conſenſu partium, in criminalibus, quia nemo Dominus eſt membrorum ſuorum. *Deciſ. 1. num. 16. lib. 2. l. liber homo, ff. ad leg. Aquil. Deciſ. 58. num. 16. eodem. lib. 2.*

Nec obſtat, vt primę teſtis depoſitioni tam iudicialiter, quam extraiudicialiter habitæ, ſtandum ſit, cum propoſitio hæc militet tantum in ciuilibus, non autem in criminalibus,
34 in quibus non id quod volunt partes, † ſed quod iuris eſt, Iudex tenetur perquirere, notat *Blanc. in tract. criminal. in initio numero 1. & ſeq.*

Nec obſtat, quod teſtis, qui affirmatiuam depoſuit, magis probet, quia iura ibi allegata militant in cauſis ciuilibus, ſecus autem in criminalibus, in quibus creditur teſtibus depo-
35 nentibus pro non delicto, † quam comprobantibus delictum notat *Cæpolla in conſilio ciuilium, 60. colu. 2. & in conſilio criminalium, 1. colum.*
36 *2.* in criminalibus quidem potius † negantibus delictum, quam affirmantibus creditur, ita voluit *Anton. Gabriel. commun. conclu. tit. de teſtibus, concluſ. 4. numero 10. incipien. Quinto limita in criminalibus,* & ſic de communi ibi atteſtatur.

Vltra quod in ſecunda depoſitione aſſerit,
37 † ſe per metum ita depoſuiſſe: cui ſic aſſerenti ſtandum eſt; *Bald. in lege. ſi quis in hoc genus, C. de Epiſcop. & cleric. & Andreas Sicul. in capitulo 1.*

de hu

de his quæ vi, metuſue cauſ. ſi. quia contra propriam † confeſſionem admittitur probatio, & eſt 38
communis opinio, *Aret. in capitulo cum dilecti, de accuſat. in vltimis verbis.* Et quamuis in ſimili caſu ſit communis opinio, vt primo dicto ſtãdum ſit, ex Doctrina Grati, *conſil. 59. nume. 26. lib. 2. & Alexan. in l. ſciendum, in fine, nume. 33 ff. de verb. obligat. Curt. iun. in l. 1. nume 36. ff. ſi cert. petat: Marſi.. in Rubr. de fideiuſſ. num. 39.*

Nihilominus mandauit Iudex ipſum incarcerari teſtem, & ad torturam poni, in qua aſſeueranter ſtetit pro ſecundo dicto, dicendo primum falſum commiſiſſe, ita à querelante perſuaſum, & inductum prece, & precio quod preuidens accuſator, aufugit, & revera primum dictũ falſum erat, & ſic accuſator, & teſtis non fuerunt puniti, quia ſunt ſæculares, ſed mulier fuit abſoluta.

EPITOME.

Presbyter ſacerdos qua pœna puniatur ob ſacrilegium commiſſum.

SVMMARIA.

1 *Legatus de latere in conferendo beneficia concurrit cum Ordinariis.*

2 *Legatus de latere confert omnia beneficia, in Prouincia decreta ſibi exiſtentia.*

3 *Presbyteri forenſis modo ſub iuriſdictione Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. Patriarchæ ſunt.*

4 *Pœna presbyteri Sacerdotis virginem deflorantis.*

DECI-

DECISIO LXIII.

PResbyter Bernardin. Bertellius de Salodio Brixien. diœceſis, in Ciuitate hac Venetiarum morã trahens, neſcio quo fato duas ſorores carnaliter cognouit, quarum vna corrupta, quia virum habebat: altera vero virgo, de quo delicto conuictus fuit; & quia inquirebatur coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Laurentio Campegio, qui nõ legatus, ſed Nuncius erat, ſicuti fuerat per antea Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D. Albertus Bolognetus, qui primus Nuncius hic fuit, anteriores verò erant Legati cũ poteſtate de latere, & Illuſt. & Reueren. D. Annibal de Capua, & Illuſt. & Reuerendiſſi. D. Ioa. Baptiſta Caſtanea, poſtea Cardinalis tit. S. Marcelli, ac denique Pontifex Vrbanus VII. nuncupat.
1 fœl. re. qui cum Ordinarijs † concurrebant, quo ad conferenda beneficia. *ita Andr. Gamb. in tract. de offic. atque auctoritate Legati de latere, ſub Rubr. de poteſtate Legat. de latere circa beneficia con-*
2 *ferenda, num. 17. fol. 66.* quia legatus de latere cõfert omnia beneficia, exiſtentia in prouincia ſibi decreta, *c. 1, de offic. l. in 6. & late idemmet Gambar. loco cit. nu. 6.* cognoſcebant cauſas Regularium exemptorum criminales de delictis in monaſterio perpetratis, & de Presbyteris pere-
3 grinis, de quibus modo, per Synodum Venetiarum non niſi Illuſt. & Reuer. D. Patriarcha eſt

eſt attributa facultas: in *Synod. c. 43. §. clericis.* Ideo Presbyter iſte forenſis erat, & ad omnem finem, & effectum obtinui reſcriptum Apoſtolicũ cauſæ huiuſmodi delegatorium, directum eidem Illuſtr. & Reuer. Nuncio, coram quo ad vlteriora procedendo, legitimis probationib. idem Presbyter de delicto huiuſmodi fuit ſuperatus, & conuictus, & cum eſſet tũc ſexagenarius, & vltra, depoſitus † fuit ab ordinibus, *Paul. Grilland. in trac. de pœnis omnis coitus, in cap. 7. videndum*, & condemnatus ad dotandam illam, quam virginẽ ipſe cognouit, ex doctrina Abb. in hac materia certè ſingulari *in cap. 2. de adult. & ſtup. nu. 4.* Et ita deciſum fuit. Thomas Triuiſanus, I.C. Fiſcalis. 4

EPITOME

Iudex qui dicatur ſuſpectus, & quæ ſuſpicionis cauſæ ſint attendendæ.

SVMMARIA.

1 *Clauſula quatenus preces veritate nitantur, ſi nõ adponitur, intelligitur tamen.*

2 *Iudex ſuſpectus allegatus, eius Iuriſdictio illico ſuſpenſa dicitur.*

3 *Ex defectu Iudicis, quæ oppoſitiones dentur.*

4 *Pars quæ aliquem in Iudicem petiit, non poteſt illum poſtea recuſare.*

5 *Iudex affinis partis, ab altera parte poteſt ſuſpectus allegari.*

6 *Amicitia quomodo probetur.*

7 *Iudex à parte petitus nominatim, ab alia ſuſpe-*

ctus redditur.

8 *Iudex delegatus, debet primum delegationem publicare.*

9 *Iudex habens affectionem ad cauſam recuſatur.*

10 *Commodũ ſportularum reddit Iudicẽ ſuſpectum.*

11 *Ob grauamina Iudex non recuſatur, ſed ab eo appellatur.*

13 *Inimicitia ex quibus probetur.*

14 *Ordinariis recuſatis, recuſati intelliguntur & eorum officiales.*

DECISIO LXIV.

QVotidiana eſt hæc quæſt. videlicet, quibus caſibus Iudex ſuſpectus allegari poteſt, & petere arbitros iuris pro verificatione ſuſpicionum (intelligendo de Iudice delegato) & quãuis certa regula dari non poſſit in hoc, tangam tantummodo ea quæ vidi hic obſeruari, & decidi.

Contra Iudicem delegatum duabus de cauſis opponitur: vel ratione delegationis, vel perſonæ ſuæ: delegationis intelligo, quotieſcunque commiſſio, vel reſcriptum, per obreptionem, & ſurreptionem fortè extorquetur, & ſic vitium ſtat in ipſo reſcripto, de quo non quæritur modo: ſed materia hæc diſcutitur in *tot. tit. de reſcri. præſertim in c. 2. ſub illa generali clau-*
1 *ſula, quatenus preces veritate nitantur,* quę etſi † nõ adponatur in reſcripto, nihilominus ſem-
2 per intelligitur, ac intelligi debet, *ita text. &*

Doct.

Doct, in d.c.de reſcript. ſed quia præſens noſter de hoc non eſt ſermo, ideo ad aliam oppoſitionem, ſcilicet contra perſonas, deuenio, cõtrà quam oppoſitiones infraſcriptas vidi proponi, & admitti, præſertim in cauſis criminalibus, quæ cauſæ non ab ipſo Iudice, ſed ab arbitris eligendis diſcutiuntur, & hoc interim, ſuſpenſa † remanet illius iuriſdictio, *iuxta tex. in capitul. ſuſpicionis de offic. & poteſt. Iud. deleg. & in cap. ſecundo requiris, §. tertio poſtulas, & in capit. cum ſpeciali, de appellat. notantq; communiter Doctores, in cap. ſuper literis, de reſcriptis.* 2

Quæcunque igitur oppoſitio, quæ fit contra Iudicem ad declinandum iuriſdictionem, bifariè procedit, vel ratione ſui, vel ratione partium: ſui, quando opponitur, † quod Iudex ſit excommunicatus, ſeruus, infamis, minor, furioſus, quod non eſt Epiſcopus, & ſimilia, ab Abb. allegata *in dicto capitulo ſuper literis. de reſcript. numero 10. & ibi Felyn.* vbi nonnullas adducit limitationes, *ſub numero 22. 23. 24. 25. 26. 27. & 28.* Iſtæ enim oppoſitiones infructuoſæ dicuntur, quia Actor querelãs, tenetur prius diligenter in ſpecie, ne iudicium per ſe intentandum nullum ipſo iure reddatur: Reus verò nequaquam, quinimò Reo prodeſt, talis namque Iudex ſi Reum abſoluet, tenet ſolutio, nec actor qui eum in Iudicem petijt poſt latã ſentẽtiã, poteſt audiri ſuper nullitate illius, ex defectib. ſupradict. *Reg. quod ſemel placuit de Reg. iur. in 6.* ſi vero condẽnabit, ipſe Reus, qui eũ 3

in Iudicē nō requiſiuit. poterit tales oppoſitio-
nes proponere,& obtinere ex hoc capite, ſen-
tentiam ab eo latam nullam declarari.

Ratione verò partium, etiam duobus mo-
dis conſideratur, ſcilicet ex parte Accuſatoris
petentis,& Rei inquiſiti,& ideo ratione petē-
tis, poterit Reus de præmiſſis excipere, videli-
5 cet quod Iudex ſit Affinis † vel cōſanguineus
Accuſatoris,& tūc ſicuti teſtis repellitur a te-
6 ſtimonio, ita Iudex à iudicando, vt dixi *eodem*
lib. Dec. 10. quod ſit amicus, † quæ amicitia pro-
batur ex cohabitatione, & deambulatione,
vel quia ſæpè ſecū comedit, vel alter alteri mu-
nera donat, ex his enim redditur Iudex ſuſpe-
ctus,& liberè recuſari poteſt.

7 Item quia † à parte nominatim fuit in Iudi-
cem petitus, præbet iuſtam cauſam ſuſpicio-
nis: ſic in vna Parentina iudicatum fuit.

8 Itē quando nō publicata † delegatione inci
pit cognoſcere,& ad vlteriora ꝓcedere, cōtra
formā *c. 2. de dilat. vbi Abb. nu. 4. & ſeq.* tunc dici-
9 tur habere † affectionem ad cauſam, quinimò
videtur quaſi cauſa propria,& ſic recuſatur. *ita*
Felyn. & Abb. in dicto cap. ſuper literis, de reſ. num. 10.

Item quando Actor querelans eſt potens,
querelatus verò eſt inops, & Iudex ille pro ſen
10 tentia recipit ſportulas, tunc Reus iuſtè debet
timere, quia ratione † commodi ſportularum
in maiori parte habendarum ab accuſatore di-
uite, quā à Reo pauperrimo poteſt ex hoc ca-
pite ſuſpectus allegari. ita *Abb. in d c. ſuper literis*
num.

nu.10 in fine, & ibi Felyn.nu. 22. Hæ igitur oppoſitiones reſultantes ex parte querelantis potentis, proponuntur in principio cauſę, quia poſt vel in progreſſu cauſa, ſi Iudex aggrauat aliquo ex ſupradictis modis, nõ poteſt amplius 11 † recuſari, ſed recurritur ad beneficiũ appellationis, vt *not.tit.de appellation.*

Oppoſitiones verò reſultantes ex parte Rei multæ ſunt: quæ tamen omnes proueniunt ex vno fonte, nempè inimicitię: inimicus † enim 12 Iudex licitè recuſatur, vt de teſte dixi, *in De.49. nu. 25.* item ſi Iudex eſt ſub ditione quærelantis, vt de Ancilla ibi dixi, *num.16.* ex inimicitia 13 capitali, quæ † probatur, ex ſurreptione bonorũ, ex minis, verbis iniurioſis, *vt eadem dec. 46.lib. 2.numer.26.& Dec.28.numer.4.& ſeque.eodem lib.2.* Omnes igitur oppoſitiones ſuſpicionis reducuntur ad ſupra enarratas, & Arbitri eas cognoſcunt, & terminant, verum quidem eſt, quod multi fuerunt hic Prelati, qui recuſati, incontinenti cauſam remittebant Cancellariæ Sanctiſs.D. N. quia non affectabant labores, diſſenſiones, & incommoda, ſignum euidentiſſimum enim eſt quod iudex ſit ſuſpectus, vel cauſa inimicitiæ Rei, vel amicitię querelantis, ſeu ob intereſſe ſportularum, quãdo recuſatus in ſcriptis, nedum cauſam remittit Deleganti, vt iuſti, & innocentes Iudices faciunt, vel ſaltem permittit ab arbitris oppoſitiones ipſas cognoſci, vt iuris eſt, ſed incontinẽti ſubdelegant cauſam Vicario ſuo, vel Locũ

tenenti ſuo, & ſic etſi ſubdelegant, adhuc Iudex remanet, quia in Iudicem ſubdelegatum † habet imperium, & per alium facit, quod p ſeipſum facere conſueuerat Dominus Deſiderius Guido, quia vbi non poteſt caput, cutim ponere intendit. Tho. Triuiſ. I.V. Doct.

EPITOME.

Ex quibus præſumptionibus, quis conuincatur de hæreſi.

SVMMARIA.

1 *Ex quocunque indicio quamuis leui, vel ſuſpicione, poteſt ad capturam deueniri.*

2 *Praxis Reos conſtituendi Reuerendiſſimi Guidonis.*

3 *Ex inſpectione membri, cognoſcitur an qui fuerit Circumciſus de recenti, nec ne.*

4 *Conſtitutio Sanctiſs. D. N. Papæ Pauli IIII. contra Luſitanos Hæbraice viuentes.*

5 *Decretum Sacræ Congationis contra Luſitanos Hebraicè vuentes.*

6 *Officium Aduocati Sanctiſſimæ Inquiſitionis, quale.*

DECISIO LXX.

FVit N. certa die indiciatus per teſtes in Sancto Officio, quod licèt viueret Hebraicæ, tamen Baptizatus erat, & ideò incontinenti incarceratus fuit, cum ex quacunque leui ſuſpicione ad capturam deueniri
1 poteſt. † ita dixi *in deciſ. 11. in initio hoc eodem libro*, & illicò cõſtitutus fuit à Reuerendiſs. Dn. Deſiderio Guid. interrogationibus infraſcriptus.

2 Conſtitutus N. † interrogatus de nomine, cognomine, & conditione, Reſpondit Hebræus

bræus ſum, natus in Lithuania, & ſum ætatis annorum 54. Et dictũ ei fuit quare ſe denominabat N. cum eſſet Hebræus. Reſp. quia ferebam pileũ nigri coloris, & vt exigere poſſem redditus meos Lithuaniæ, & neſcirent, quod eſſem Hebręus, & hic nolebam videri Hebręus, ſed Chriſtianus.

Et dictum ei fuit, quod declaret, quis videri volebat, & cum ſtetiſſet mutus, ſæpè adhortatus, quod vellet reſpondere. Reſpondit, neſcire vlterius reſpondere. Et dictum ei fuit, an ipſe conſtitutus ſciat, quod in hac ciuitate Venetiarum, Hebræi nequeunt deferre Biretum nigrum nec pernoctescere niſi in loco Hebræis deſtinato, Gheto nuncupato. Reſp. verum eſſe. Et dictum ei fuit, quod declaret eius habitationem, & illius conuerſationem in Riuoalto. Reſpondit, habito Venetijs in confinio, &c. negotiabam cum Hebræis, & cum Chriſtianis, vt talis, qualem ipſi me reputabant eſſe. Et dictum ei fuit quibus in locis hucusque permanſerit.

Reſpondit in Germania, Flandria, & ego natus ſum in Ciuitate Galli Galitiam verſus, Regni Portugalliæ, fui, & Coloniæ, & tandem Biſantij, & modo hic moram traho.

Et dictum ei fuit an ipſe conſtitutus ſciat, quod in Lithuania, in Hiſpania, & alibi, in terris Maieſtatis Regis Catholici, Hebræi commorari non poſſint.

Reſpondit, hoc ſe ſcire, immo quod illi, qui nati ſunt Hæbræi puniuntur ad triremes, & illi qui Baptizati fuerunt comburuntur. Et dictum ei fuit, an prohibito hæc includat vniuerſam Flãdriam. Reſpondit quod ſic. Et dictum ei fuit, dum ipſe conſtitutus moram traxit in Flandria, & Lituania, faciebat ſe Hæbreum tam habitu, quam nomine, vel Chriſtianum. Reſpondit, ego contraxi, & negotiaui tanquam Chriſtianus. Et dictum ei fuit, quænam negotia geſſerit cũ Odoardo, &c.

Reſpon. Odoardus eſt verus Chriſtianus, & ſi me vti Hæbręũ cognouiſſet mecum nullatenus tractaſſet. Et dictum ei fuit, dum Venetiis habitas, Eccleſias, vel Sinagogam frequentas? Reſpon. Hæbreus ſum, ſed talem me eſſe nunquam detegere volui. Et dictum ei fuit, an tempore veſpertino dũ in Riuo alto adeſſet, & daretur ſignum Virginis Mariæ, vna cũ alijs Chriſtiani genuflexus orabat, vel more Hebręorum irridebat. Reſpon. nunquam tali tempore repertus fui in Riuoalto Et dictum ei fuit, ſatis iuſtitiæ notum eſt, quod per decreta Regis Portugalliæ edita Anno 14.94. & poſtea à Sereniſſimis Regibus Hiſpaniarum prohibentia Hæbreos commorari in ditionibus ſuis, in viridi obſeruantia, & non niſi Chriſtiani ibidem commorantur, & ideo cũ ipſe acceſſerit ad loca illa, neceſſarium eſt, vt Chriſtianus eſſet. Reſpõdit, ego tẽtaui ſortem meam, & cum magno periculo illuc acceſſi, meus Pater, & Auus effecti fuerunt per

vim Chriſtiani, & ne tales viuerent, ſed Hebraicè, iter cœperunt Coloniam verſus vt more Hebræo facilius viuerent.

Et dictũ ei fuit, hęc tua excuſatio non tollit præſumptionem violentã contra te exiſtentẽ Apoſtatã à Fide Catholica, ideò monitus ſis, vt recognoſcas tuos errores, & Deũ ipſum Filium natum ex Maria Virgine, Saluatorem vniuerſi, quia tunc Deus tibi parcet, & Vicarius illius D. N. Papa. Reſp. ego Hebræus, non autem Chriſtianus ſum.

Ex tunc Sanctum Tribunal mandauit inſpici membrum illius, & repertum fuit de recenti Circunciſum de nouo, quæ † ocularis 3
inſpectio plurimum attenditur, vt notãt Doctores vnanimes, *in c. fi. de frigid. & maleficiat.*

Exinde verò prælectis Decr. infraſcriptis, videl. Paul. Papa IIII. Seruus Seruorũ Dei, &c.

Quod † Porthugalẽſis ſeu Luſitani Porthu- 4
galliam, ſeu Luſitaniam inhabitantes, & inde in Italiam venientes ſi reperiantur Iudaizare, condemnentur tanquam Apoſtatæ à fide, die vlt. Aprilis 1566.

In congregatione † coram Sanctiſſimo D. 5
N. & Reuerendiſſimis, ac Illuſtriſſimis Dominis Cardinal. Inquiſitorib. Sanctiſſimus D. N. Paul. Papa IIII. mandauit, ſtatuit, & ordinauit, quòd conſtito legitimè quoſcunq; Porthugalẽſes ſeu Luſitanos in Portugalia ſeu Luſitania permanſiſſe, & inde diſceſſiſſe, & in Italiam veniſſe, vbi reperiantur eſſe Iudæi, ſiue

EPITOME.

Iudex in quibus magis delinquat in omittendo criminoſos puniri, quam criminoſi crimina perpetrando.

SVMMARIA.

1 *Regulares ob intereſſe Religionis tenentur accuſare Apoſtatas,*

2 *Comedere carnem in die Sabbathi ſapit hareſim.*

3 *Celebrare abſq; conſecratione, &c. & ſic cauſando cōmitti Idolatriam ſapit hareſim.*

4 *Approbando Ritus non approbatos à S. M. Eccleſia Catholica, & Apoſtolica Romana ſapit hareſim.*

5 *Apoſtatare voluntariè paruu faciendo Religionis Chri- na inſtituta, ſapit hareſim.*

6 *Hareſis prima vice poteſt abiurari, alias tanquam impœnitentes ad mortem damnantur recuſantes.*

7 *Sodomia pœna mors eſt naturalis.*

8 *Sodomia tam cum maſculo, quam cū fœmina committitur.*

9 *Dilapidantes bona Monaſterij quomodo ſint puniendi.*

10 *Prior Regularis, qui concubinam infra ſepta Monaſterij, & in propriam Cellulam conducit, ipſam ibidem adulterando, & Sodomitando, qua pœna puniendus ſit.*

11 *Delicta maiora abſorbent minora.*

12 *Iudex abſq; cauſa tanquam ſuſpectus recuſari non poteſt.*

13 *Iudex non aggrauando, non dat iuſtam cauſam appellandi.*

14 *Decretum Sacri Concil. Triden. c. 20. Seſſ. 24. de reformatione, quomodo ſit intelligendum.*

15 *Iudex delinquendo plus delinquit, & acrius debet puniri.*

16 *Iudex permittendo vt delicta impunita remaneant, magis delinquit, quàm ſi ea ipſa commiſiſſet.*

17 *Iudex Iudicis nomen non meretur, iuſtitiam indifferenter non adminiſtrando cuicunq;.*

18 *Iudex partialis quandocunq; recuſari poteſt.*

DECI-

DECISIO LXXI.

Certa die, à quodam P. Priore Sanctiſſimæ approbatæque Religionis fui requiſitus, vt in caſu infraſcripto, quid faciendum eſſet de iure reſpondere. Namq; N. natione Græcus ſpurius, dũ hic eſſet, mercaturam exercuit, ęre alieno grauatus, etiam in magna quantitate, aufugit, & nomen ſibi mutauit, inſecutus à curia ſęculari, ingreditur Religionẽ approbatã à S. Sede Apoſtol. poſtea profeſſionem emiſit Regulárem, primum Procurator Monaſterij, ſecundò Prior creatus extitit, hic Sodomiá cum quadam iuuencula virgine cõmiſit, poſtea cum muliere maritata adulterando, & eam Sodomitando deliquit, ſecũ ipſam duxit in ſuam Cellulam, die noctuq; ſecum detinuit, cũ qua ex vtraque parte venerem exercebat: Miſſam celebrabat, nec conſecrabat, in dieb. Quadrageſimalibus in Aduentu Dn. noſtri Ieſu Chriſti præſertim in die Sabbathi carnem comedit, aſtitit Anniuerſario pro mortuis celebrato in Eccleſia Græcorum eorum more, dilapidat redditus, & prouentus Monaſterij Ducatorum quinq; mille, & vltrà, ſupplicat Sanct. Dn. noſtro Papæ pro licentia ſe transferendi ad Balneæ Patauium, extorſit à Iudice Commiſſario licentiã permanendi in habitu clericali vſquequo aliter à Sanct. Dn. noſtro demandatum fuerit, ſi redit ad mercaturam, & vſuras: quotidie ad Tribunalia Criminalia laicorum querelat, accuſat,

cuſat,& denunciat modo vnum, modo alium Eccleſias,& earum ingreſſus refugit, Orationem Dominicalem Symbolũ Apoſtol. recitare,& ignorat,ac recuſat,manuſcripta falſa cõponit, & in tanto ſcelere de nunquã benefacere,gloriatur. De quibus omnib. & ſingulis, coram Iudice cõpetenti formatus eſt proceſſus,& de omnib.his ſatis cõuictus extitit. Re-
gulares † ob intereſſe Religionis, & animæ 1
ipſius Apoſtatæ,inſtant à Iudice (ſatis rigoroſo contra Regulares etiam in leuibus) ipſum prout eſt iuris puniri, *c. ex parte, de accuſ. vbi Ant. de Butrio num. 1. 3. & 10. & Hoſt. ibidem, num. 1.* Iudex verò ipſum tolerat, & neſcitur qua de cauſa; quærebit igitur,qua pœna eſſet puniendus,
ex delicto † comedendi carnem in diebus pro 2
hibitis à S. Matre Eccleſia, & præſertim in die Sabbathi abſq; neceſſitate aliqua, vnde redditur ſuſpectus de hæreſi,& contra eum Inquiſitor procedere poteſt, *c. excommunicamus, § adiicimus, de purg. canon. notat. Zanch. de hæret. cap. 35. numer. 2.*

Item celebrando,† & non conſecrando, i 3
pſe, & aſſiſtentes committunt Idolatriam. *ita Reper. Inquiſitorum, in verbo, adorare, & in verbo, Idolatria. & idem Zanchin. cap. 22. nu. 1. & in addit. in litera C. pœna cuius traditur à Zanchin. loco modo citato, ſub num. 10.* & quia interfuit Ritibus à S.
Romana Eccleſia licèt toleratis non tamen † 4
approbatis,nihilominus ſe ſuſpectum de hæreſi fecit, ita poſt alios *Repert. Inquiſit. in verbo,*

deto-

detegitur, verſic. Item ex facto detegitur, &c. de vo-
5 luntaria Apoſtaſia † remitto me ad ea quæ ſupra dicta ſunt à Domino Deſiderio Guidone, *Deciſ. 34. per totam, hoc eodem lib. 2.*

Pro quibus omnibus, & quibuſcunque
6 deberet † abiurare de vehementi, ſeu formali, prout Sancto Officio videbitur numquam erranti, *ita Zanchin. poſt alios, in capit. 20. nume. 2. Repert. Inquiſi. in verbo, abiuratio, verſ. ſed abiurationis, alia leuis, &c.* vltra quam pœnam ſalutarem eſſet pariter condemnandus ad perpetuos carceres, vt iuris eſt, tam ex authoritatibus iam allegatis, quam ex generali cõſuetudine totius mundi, vbi Chriſtiani imperant.

7 De alijs verò delictis, vtpote † Sodomiæ, pœna mortis impoſita eſt, *l. cum vir nubit in fœminã, C. ad legem Iuliam, de adult. & ſtupro,* & vitium hoc, ſeu delictum atrociſſimum com-
8 mittitur † tam cum maſculo, quam fœmina, & eſt communis opinio, vt atteſtatur Viuius, *in libro commun. opinion. in verbo, Sodomia delictum.*
9 Pro dilapidatione † bonorum Monaſterij impoſita eſt pœna extraordinaria, grauiſſima tamen, conſiderato valore bonorum deperditorum, vt dixi *in tractatu de modo, & ordine criminaliter procedendi inter Regulares capit. 18. vbi de pœnis agitur.* Ducendo mulierem in Monaſteri-
10 um † grauiſſimè debet puniri, vt à fortiori argumentando, dixi *de modo & orgine criminaliter procedendi inter Reg. d. cap. 18. de pœnis, nu. 39.*

Sed quia poſteriora delicta mitiorem pœ-

nam

nam merentur,& † maiora delicta abſorbent 11
minora, vt colligitur ex gloſ. *in l. qui de crimine, in verbo, plurima, C. de accuſation. & vt voluit Clar. qui alios multos enumerat in pract. crim. qu. 48. verſic. alius eſt caſus*, ideò poſt abiurationem, quę concernit Animam, poſſet ad mortem cōdemnari, caputque illius amputari, & cadauer comburi.

Altera vera hoc eſt ſecunda pars dubij erat, an poterat peti ſibi alium Iudicem delegari; ex eo quod præſens Iudex poſt formationem proceſſus ad vlteriora procedere noluit: circa quod dubium prima facie mihi videbatur dicendum, quod nō, quia petere 12
cauſam coram † vno Iudice indeciſam pendētem, alteri committi, & delegari, neceſſe eſt cauſam aliquam allegare, licèt leuem, ita *Rota Deciſ. 7. de reſcript. in nou.* ſed hic cauſas aliquas non reperio, ergò non videtur hoc remedio extraordinario poſſe vti, quia iſte Iudex non aggrauauit, adeò vt † ex grauamine aliquo il- 13
lato detur iuſta cauſa appellandi, vt dixi latius *lib. 1. Deciſ. 4. num. 16. & in c. cum ceſſante, de appellatio. vbi Doctores, & præſertim Francus*, nec decretum Sacri Concilij, *in c. cauſæ omnes, el 2. Seſſ. 24. de reformat.* locum habet, quia vt † quotidiè 14
pract. in Curia, oportet vt partes vel earū altera, congruis locis, & tempore inſtet ꝓ expeditione, aliàs biennium (non petenti, & inſtāti) non currit, & hæc eſt ratio: quia Iudex non niſi parte inſtante tenetur interloqui, & non aliàs

alias, ita dixi *lib.1.Dec.2.num.9.& 10.* Tamen his non obſtantibus, contrariam partē tanquam veriorem ſuſtinui, quia ſicuti notoriū eſt, Iu-
15 dex † delinquendo, plus delinquit, & acrius debet puniri, ita *Puteus de Syndic. fol. 176. num. 41*

At Iudex permittendo delicta ſimilia impunita remanere, cauſat, vt delinquens continuet delinquēdo, & cæteri ſui exemplo facilio
16 res ſe reddant ad delinquendū † ideò plus abſque dubio meretur puniri: ita ſi quis obuiare poteſt, ne delictū cōmittatur, ſi non obuiat, tenetur de delicto, & de ſimili negligentia meretur puniri, vt de modo & ordine criminaliter procedendi latius tetigi materiam hanc, *c.5. de delictis, num.2.*

17 Et ideò nedum † nomen Iudicis perdit cū iuſtitiam recuſet adminiſtrare, verum etiam, & ipſammet perdit cauſam, immò vniuerſam
18 † iuriſdictionem, *ita Puteus de Syndic. fol. 239. numer.1. & ſequen.* Et quia cauſa hæc erat criminalibus criminaliter intentata, ideò non erat attendenda ratio ſupra allegata, videlicet, vt parte inſtante, Iudex iuſtitiam adminiſtret, & nō aliàs, qui in criminalibus maximè in atrocioribus, Iudex ex ſe procedit, & delinquentium ex hac negligentia iudicis ſæpè, quinimò ſæpiſſimè, cauſæ à Sanctiſſimo fuerunt auocatæ, & alteri commiſſę, vt & hæc, de qua agitur.

LAVS DEO.

INDEX

INDEX RERVM SIMVL ET VERBORVM MAXIME MEMORABILIVM,

Et notatu digniſſimarum, quæ in hiſce Clariſſimi Iuriumque Conſultiſſimi viri

D. THOMAE TRIVISANI

DVOBVS DECISIONVM LIBRIS legenti paßim occurrere poſſent,

ALPHABETICA SERIE NON INCONCINNE DIGESTVS.

A

ABiurari poteſt hæreſis pro prima vice, aliàs tanquā in pœnitentes ad mortem damnantur recuſantes, D.66.*lib.2.num.6.*

Qui abiurauit de formali hæreſi, ſi poſtea incidat in vehementem ſuſpicionem, non habetur pro relapſo, D.37.*lib.2. num.1. fallit tamen, vt nu.2.*

Abolenda eſt conſuetudo inducens delictum, Deciſ.16. libro 1. numero 6.

Abrogatio dicitur legis ipſius alteratio, D.42.*lib.2. nu.11.*

Abſens citatur ad domum ſolitæ ſuæ habitationis, Deciſ.55. lib.1.num.1. & 3.

Abſoluere nocentem ſanctius eſt, quàm innocentem condemnare, D.1.*lib.2. num.14.*

Abſoluitur qui tortus, & tamē nihil confeſſus fuerit, Deciſ. 45.lib.2. num.4.

Abſolutus quò ad Deum, non dicitur abſolutus quò ad Eccleſiam, D.36.*lib.2. num.18.*

Abſolutus à Iudice prætenſum delictum non præſumitur admiſiſſe, & idcirco ſi fuerit bānitus, iniuſtè dicitur fuiſſe

a banni-

bannitus, Deciſione 35. libro 2. numero 24
Abſolutio ab excommunicatione Canonis maioris, quatuor requirit, D.35. lib. 2. num. 24.
Abſolutio in foro pœnitentiæ, non prodeſt in foro fori, Deciſ. 36. lib. 2. num. 17.
Abſolutio à iuramento non niſi cauſa cognita fieri debet, D. 64. lib. 1. num. 4.
Abſolutio à iuramento non debet fieri, niſi ex cauſa ſubſiſtẽte, ibid. num. 5.
Abſolutio à iuramento parte abſente nulla dicitur, Deciſ. 64. lib. 1. num 7.
Abſolutio à iuramento conceſſa, ex narratione ſurreptitia, vel obreptitia, eſt nulla, ibid. numero 8.
Abſorbent minora, delicta maiora, D. 66. lib. 2. num. 11.
Accidens, vel ſignum mortale apparens in vulnerato, dicitur vulneratus ad mortem, Dec. 58. lib. 2. num. 19.
Acquirit quicquid monachus, monaſterio acquirit, Dec. 30. lib 1. num. 2.
Actio duplex, D. 34. lib. 1. nu. 4.
Actio attendenda quæ principaliter venit in conſideratione negotij, de quo agitur, ibidem numero 5.
Actio iniuriarum, an detur aduerſus eam à meretrice, qui cauſa libidinis exercendæ eam interpellauit, Deciſione 33. lib. 2. numero 10
Actio tantum competit Raptæ offenſæ, D. 25. lib. 2. num. 12.
Actione iniuriarum non tenetur iniurians, ſi iniuriam probat veram eſſe, & in probando ſuccumbat, Deciſ. 10. libro 2. numero 43. & 44.
Actus cenſetur factus, ex eo capite, quo poteſt fieri, etiamſi nõ exprimatur, quando ex alio capite fieri non poteſt, Deciſ. 6. lib. 2. num 1.
Actus incontinenti factus, cenſetur factus reſpectu actus immediatè præcedentis, Deciſ. 6. lib. 2. num. 2.
Actus ſemper præſumitur factus iuxta diſpoſitionem iuris, Dec. 26. lib. 1. num. 8.
Actus contrarius tollit priuilegium, D. 15. lib. 1. num. 20. & quando, num. 21. & 23. 24. 25. & 28.
Actus ſecundus reuocat tacitè primum, partium præſertim mutuo interueniente conſenſu Dec. 58. lib. 1. num. 4.
Actus cum conditione factus, conditione non adimpleta, actus dicitur nullus, Dec. 21. lib. 1. num. 4.
Actum conualidat conſenſus ex poſt falſa ſuperueniens, D. 57. lib. 2. num. 3.
Actu in iudiciario non conceditur denunciatori appellatio, Dec.

Deciſione 29. libro ſecundo numero 10.
Actus Veneris præparatorij, probant adulterium, Dec. 12. lib.2.num.5.
In actibus voluntarijs non inducitur conſuetudo, Deciſ.54. lib.2.num. 26.
Acta in foro ſæculari probant in Eccleſiaſtico, Deciſ. 8. libro 2. numero 6.
Acta per metum, tenent mero iure. D.63. lib.1. num.1.
Acta incompetentis Iudicis perinde tenent ac ſi à priuato iocosè facta fuiſſent, Dec. 68. lib. 1.num.4.
Actor fit ipſe Reus in ſuis exceptionibus probandis, Deciſ. 5. lib.1.num.3.
Actor ſequitur forum Rei, Dec. 5. lib.1.num.8. & Dec. 34. lib. 1.numero 6. & Deciſ. 32. libro 2.num 6.
Actor plures actiones proponere non poteſt, ſed vnam de pluribus eligere tenetur, Dec. 22. lib.1.num.5.
Actor intentionem ſuam non probando, venit condemnandus etiam cum expenſis, Dec. 62. lib.1. num.2.
Actor non tenetur ſupplere negligentiam rei, Deciſ. ſecunda lib.1.num.11.
Actor qui ſuccubuit non poteſt audiri, etiam per beneficium reſtitutionis in integrum, D. 27. lib.1. num.4.
Actor plus petendo, Reus verò debitum fatendo, quis eorum in expenſis condemnandus erit? D.62. lib. 1. num.4.
Actor plus petens, Reus totum negans, expenſa erunt compẽſandæ, ibid. nu.5.
Actor vel accuſator non concludet in libello ſuo accuſatorio, in cauſis criminalibus ciuiliter intentatis, Deciſ. 32. lib.2. num.15.
Actor inſequi tenetur forum Rei, D.58. lib.1. num.11.
Actori incumbit onus probandi, D.4. lib. 1. nu. 7.
Ad actorem ſpectat iudicis electio, D.7. lib.1. num.6.
Actore non probante reus abſoluitur, D.15. lib. 1.num.14.
Actore non probante reus abſoluitur, etiamſi reus aſſumpſerit onus probandi, & non probauerit, D.4. lib.1.nu.30.
Actore non probante, reus abſoluitur tritiſſima iuris Regula, D.56. lib.1. num.1.
Accuſare poteſt de iure ciuili infamis infamia facti, ſecus de iure Canonico, Deciſione 3. lib.2. num.3.
Accuſare tenentur Regulares Apoſtatas, ob intereſſe Religionis, Deciſione 66. libro 2. numero 6.
Accuſatus infamis ab altero infami, exceptione infamiæ vti poteſt, & repellitur ab

accuſando, D.3.lib.2. num.6.
Accuſata mulier de adulterio, id eſt de publico delicto, & de eodem conuicta, infamis eſt, D.3.lib.2.num.8.
Accuſatio adulterij criminalis eſt, inimicitias capitales præſupponens, D. 45. lib.1. nu. 11.
Accuſatio adulterij eſt accuſatio criminalis, quia adulterium eſt delictum, Deciſione 61. lib. 1. num. 2.
Accuſatio depoſitionem inducit, denunciatio verò correctionem, D. 29. lib. 2. num. 9.
Accuſatio eſt manifeſta excuſatio non petita, Deciſione 13. lib.2.num.40.
Accuſatio perſonæ Eccleſiaſticæ permittitur tantum habētibus intereſſe, & non alijs, D. 25. libro 2. num.7.
Accuſationis definitio, Deciſ. 29. lib.2. num.6.
Accuſationis & denunciationis differentia quanam ſit, D. 29.lib.2.num.4.
Ab accuſatione deſiſtens, aut eidem renuncians, vlterius non auditur, vt nec defenſionibus ſuis renuncians non venit audiendus iteratò, dec. 1. lib.2. num.5.
Sed vide contrarium infrà n.7.
Ab accuſatione regularium ſæculares repelluntur, niſi ſuam vel ſuorum iniuriā proſequantur, dec.15.lib.2,num.9.
Ex accuſatione criminali puta adulterij, oritur inimicitia capitalis, D.61.lib. 1. num.4.
Accuſator & Iudex quis eſſe quando poſſit, vel non, dec.10. lib.2. num. 40.
Accuſator dicitur denunciator tum quia per eum detegitur delictum, tum etiam quoniā tenetur facere expenſas teſtibus, vt accuſator, deciſio.29. lib. 2. num.2.
Accuſator non concludit in ſuo libello accuſatorio, idq; ex cōmuni vſu practicantium, dec. 1.lib.2.num.15.
Accuſator id quod non tenetur probare, non exprimere poteſt, D.20.lib 2.num.4.
Accuſator & teſtis in vna & eadem cauſa criminali quis eſſe non poteſt, deciſione 29. lib. 2. num.1.
Accuſator de iniuria ſibi illata, tenetur in libello accuſatorio apponere Annum & Menſem ſibi illatæ iniuriæ, deciſio. 22. lib.2.num.11.
Id quod accuſator non tenetur probare, non exprimere poteſt, D.20. lib.2. num. 4.
Accuſatori ſufficit deſcribere Annum, Menſemq; delicti cōmiſſi, die non ſpecificato, dec. 20.lib.2.num.1.
Accuſatorem à condemnatione expenſarum vnius teſtis dictum non excuſat, deciſione 45.

45.libro 2. numero tertio.
Accuſatores Lex inimicos vocitat,& quare, D.61.li.1.n.5.
Accuſatorio in libello appoſita concluſio non attenditur,quin imo pro non appoſita habetur, quia in cauſis criminalibus non eſt neceſſaria talis concluſio, deciſione 32. libro 2. numero 16.
Additionales articuli reiecti intelliguntur primis reiectis, dec. 32.lib.2.num. 26.
Adminiſtraſſe iuſtitiam,& ordinem iudiciarium ſe obſeruaſſe aſſerenti Iudici, non creditur, niſi ex actis appareat, dec. 23. lib. 2. num. 16.
Admiſſus an ſit procurator, nec ne, non ſpectat ad aduerſarium recipientem, ſed ad ipſum conſtituentem, deciſione 14. lib.1. num. 13.
Admiſſus ſemel debet manuteneri, D.12.lib.1. num.3.
Fallit tamen, vt num. 4. ibid.
Admiſſus ad accuſandum quis quis ille ſit de populo delicta publica, debet eſſe ciuis illius loci, D. 25. lib. 2. num. 21.
Admitti non debent articuli impertinentes parte ſic inſtāte, D.4.lib.1. num.3.
Admitti non debent articuli merè obiectiui, deciſione 12. lib. 2.num.3.
Admiti debet Reus antequam condemnetur ad faciendas ſuas defenſiones, dec. 23. libro 2. numero 3.
Admittuntur teſtes domeſtici ad aſſer defenſam non verò ad offenſam, dec.53. lib. 2. nu. 8.
Non admittuntur ad offenſam teſtes attinentes rei, ad defenſam vtiq;, deciſione 53. libro 2.num.2.
Aduerſarius permittendo, vt quis cōpareat cum minus legitimo mandato, mandatum non conualidatur, deciſ. 68. lib.1.num.3.
Aduerſarius & inimicus expellentis dicitur ab aliquo loco eius opera expulſus, deciſ. 28. libro 2. num.5.
Aduerſariorum calumnia arguitur ex productione iurium, dec.55. lib.2. num. 42.
Adulterium adeò per ſe malum eſt, quòd ex nulla cauſa poſſit iuſtificari, D.3.lib.1. num.14.
Adulterium delictum eſt capitale,& ideo marito de violato coniugali thoro vxorem accuſante, legitimeq; id probare non valente, thori ſeparatio ab vxore peti poteſt, iudiciiſq; decreto æquiſſimo concedi, de. 45.lib.1.num.10.
Adulterium mutua compenſatione tollitur, deciſione 45. libro 1. num. 21.
Adulterium periurium, vſura & ſimilia, idem quod in furto, D.35.lib,2.num.7.8. & 9.

Adulterium probant actus Veneris præparatorij, decis. 12. lib. 2. num. 5.

Adulterium delictum eſt publicum, & ob id ſubiacet Iudicis inquiſitioni, quæ ipſi iudicatus ſui competit ratione, dec. 3. libro 2. num. 7.

Adulterium probando teſtis, quid debeat probare, dec. 21. lib. 2. num. 7.

Adulterij præparatoria operantur, vt vnus transferatur in contrarium, aliàs ſuccumbit, dec. 21. lib. 2. num. 6.

Adulterij pœna qualis, dec. 59. lib. 2. num. 7.

Conſanguinei, & affines admittuntur in teſtimonium in cauſa matrimoniali, quando non adeſt diſparitas, cuius cognitio relinquitur arbitrio iudicis, deciſione decima lib. 1. numero 1. & 2.

Conſanguinei, & affines pro matrimonio admittuntur in teſtes, deciſione 82. libro primo. numero 12.

Conſa-

Conſecrata Eccleſia, ſi reædificetur, indiget adhuc conſecratione, dec.55.lib.2. num.15.

Conſenſus partium in criminalibus, & ſic in pœnalib. non attenditur, dec.62.lib.2.n.33.

Conſenſus Epiſcopi quando neceſſarius, deciſione 55. libro 2. numero 23.

Conſenſus tantum facit matrimonium, deciſione 57.lib.2. numero 1.

Conſenſus debet eſſe mutuus in matrimonio contrahendo, D. 57.lib.2. num.2.

Conſenſus ſuperueniens ex poſt facto actum conualidat, dec. 57.lib.2.num.3.

Conſenſus tacitus facit conualeſcere matrimonium, dec. 57. lib.2.num. 4.

Conſenſus expreſſus non operatur plus quam tacitus, dec.57. lib. 2. num. 5.

Conſenſus in virgineum florem amittendum lenoni per virginem factus, eiuſdem amiſſionem virginitatis ſubindicat, dec.26.lib. 2. num. 10.

Conſenſus partium non conualidat defectum iuriſdictionis, dec.68.lib.1.num.5.

Conſenſus diœceſani, ſine quo nihil agitur, in iure patronatus acquirendo, requiritur, deciſione 55. libro ſecundo num. decimo.

Conſenſu Epiſcopi reædificans Eccleſiã, an acquirat ius patronatus, dec.55.lib.2. nu. 14.

De conſenſu partium, vnicus teſtis concludenter probat, D. 62.lib.2.num. 6.

Conſpirare poterant facilius teſtis vir & vxor, ac falſum deponere, dec.49.lib.2. num.34.

Conſtare debet inprimis, & ante omnia de corpore delicti, dec.13.lib.2, num. 12. & dec. 58.eod.lib. 2. num.14. & 15.

Conſtruere, dotare, & fundare Eccleſiam, quomodo differãt, dec.55.lib.2.num. 20.

Conſtitutio Sanctiſ.D.N.Papæ Pauli IIII. contra Luſitanos Hebraicè viuentes, deciſ. 61. lib.2. num. 4.

Conſtitutio Sanctiſſimi D. N. Syxti V. felic. record. contra illegitimos naturales &c. dec. 32.lib.2. num. 1.

Conſtitutionis facta verba ſemper aliquid operari debent, D. 7.lib.2.num.2.

Conſtructores, fundatores, vel dotatores Eccleſiarum, ius hoc patronatus ex gratia habuerunt, deciſione 55. libro ſecundo numero 9.

Conſuetudo eſt lex, & ſeruatur pro lege, deciſione 4. libro 1.num.11.

Conſuetudo & præſcriptio quomodo inter ſe differant, deciſione 54. libro ſecundo numero viceſimo quarto.

conſue-

Conſuetudo debet eſſe rationabilis, dec.54.lib.2.num.25.

Conſuetudo etiam in decimis ſeruatur, deciſione 29. libro 1. numero 7.

Conſuetudo inducens delictum abolenda eſt, deciſione 16. lib. 1. numero 6.

Conſuetudo quæ dicatur, ibid. numero 7.

Conſuetudo illa dicitur, quæ inducitur ex tacito conſenſu populi, vel maioris partis illorũ, deciſ.54.lib. 2. num.23.

Conſuetudo & ſtatutum loci commiſſi delicti, non iudicij, vel cauſæ commiſſæ, ſeu delegatæ attenditur, deciſione 44. lib. 2. num. 5.

Conſuetudo licet ſit praua, iniuſta, & temeraria, tamẽ excuſat à pœna temporali, deciſ. 44.lib.2. num. 6.

Conſuetudo excuſat à pœna, ibid.num.7.

Conſuetudo immemorabilis nõ reuocatur, niſi de ea ſpecialis fiat mentio, deciſione 25. lib.1. numero 32.

Conſuetudo non inducitur in voluntarijs actibus, deciſ. 54. lib.2. num. 26.

Conſuetudo eſt, vt decimæ ſoluantur, deciſione 15. libro 1. numero 3.

Conſuetudo non tollit ius tertij, tertio inſcio, deciſione 29. lib. 1.num.10.

Conſuetudinem non inducunt, quæ mera ſunt facultatis, & quæ conceduntur ex gratia. dec.54.lib.2.num.27.

Ad conſuetudinem, & Statuta argumentum à lege valet, D. 44.lib.2.num.4.

Conſuetudine introduci non poteſt, vt decimæ non ſoluantur, dec.65 lib.1.num.14.

Conſuetudines & ſtatuta veniunt appellatione iuris, dec. 44.lib.2.num.3.

Contemnere videtur, qui vbi ſciat ſe incurriſſe excommunicationem celebrat, deciſio.32. lib.2.num.18.

Contradictores legitimi ſunt, venientes ab inteſtato illius, qui petit ſe pronunciari legitimum, dec.32.lib.2. num.14.

Contrahatur quomodo domicilium, dec.23. lib.1. num.2.

Cõtra inimicũ teſtis in articulo mortis non probat, d.49.lib.2. num. 47.

Contra propriam confeſſionem quando admittatur probatio, dec.62.lib. 2.num.12.

Contra propriam confeſſionem admittitur probatio, & eſt cõmunis, dec.62.lib.2. num. 38.

Contra propriam confeſſionem quis non auditur, fallit, vt nu. 10. 11. 12. dec. 62. lib. 1. nu. 1.

Contra confeſſionem geminatam aliquis non auditur, dec. 5.lib.1.num.5.

Contra

Contra iuramentum, quis venire non poteſt abſq; incurſu periurij, dec. 64. lib. 1. num. 6.
Contra naturam peccantis pœna quænam ſit, deciſ. 59. lib. 2. numero 3.
Contra hæredem ſoluentis penſionem ordinariè, & non executiuè proceditur, dec. 48. lib. 1. numero 4.
Contra perſonam non maleuolam, dolus non committitur, dec. 50. lib. 2. num. 16.
Contra infamem admittitur infamis in teſtem, an multo magis in accuſatorem poſſit admitti? dec. 3. lib. 2. num. 10.
Contra mãdantem teſtis mandatarius probare non poteſt, dec. 49. lib. 2. num. 57.
Contra Alexandrum communis opinio, deciſ. 46. lib. 2. numero 12.
Contra Menochium, Abbat. à Bereo declaratur opinio, dec. 55. lib. 2. num. 40.
Contra Fiſcum commiſſa falſitas, eſt minus punienda, dec. 53. lib. 2. num. 24.
Contra inducentem teſtis quãuis vnicus, tamen probat, etiamſi de credulitate deponat, dec. 62. lib. 2. num. 5.
Contra producentem teſtes de auditu probant, deciſ. 49. lib. 2. num. 11.
Contra eum præſumitur de cuius intereſſe agitur, D. 49. lib. 2. num. 11.
Contra alium iudicium non facit teſtis inter certas perſonas receptus, dec. 49. lib. 2. nu. 43.
Contra reum antequam Iudex ad vlteriora procedat de delicto ei conſtare debet, deciſ. 23. lib. 2. num. 3.
Contrarius teſtis non probat. dec. 62. lib. 2. num. 29.
Contrarius actus tollit priuilegium, dec. 15. lib. 1. num. 20.
Et quando ibid. num. 21. 22. 23. 24. 25. & 28.
Contrarij teſtes non probant. dec. 49. lib. 2. num. 14.
Contraria inſimul ſtare non poſſunt, dec. 62. lib. 2. nu. 30.
Contrariũ donec probatur ſemper, quis bonus eſſe præſumitur dec. 62. lib. 2. num. 27.
Contrariè oppoſita ſunt abſoluere & condemnare, & idcirco vno eodemq́; tempore, in idem ſubiectum cadere nequeunt, dec. 23. lib. 2. num. 2.
Contrarietas teſtium facit eſſe locum quæſtioni, deciſ. 39. lib. 2. num. 9.
Item reuocatio diſpoſitionis facta, ibid. num. 10.
Contrarietas & diuerſitas ſcripturarum arguit ſuſpitionem falſitatis, dec. 4. lib. 2. num. 8.
Item & teſtium contrarietas. ibid. num. ſequen.
In contrahendo matrimonio mutuus debet eſſe conſenſus. dec. 57. lib. 2. num. 2.

Contra-

Contractus quilibet, vi metuue initus, nullus eſt, dec. 63. lib. 1. numero 5.

In contractibus ſibi præiudicialibus debet moneri mulier, & vulgari ſermone eidem declarari vis, & efficacia clauſularum Inſtrumentorum, aliàs ſi non ciuiliter, criminaliter auditur ad reſciſſionem contractuum ſimilium, deciſ. 43. lib. 2. num. 5.

Contumacia æquiparatur conſenſui, dec. 5. lib. 1. num. 9.

Contumacia dicitur quandoq; confeſſio, dec. 62. lib. 2. nu. 23.

Contumacia cauſa bānitus infamis non dicitur, & ideo accuſare non poteſt, præſertim, vbi de proprij honoris agitur intereſſe, dec. 3. lib. 2. num. 17.

Contumax in non parendo mādatis iudicis, incidit in pœnā mandati, dec. 38. lib. 1. num. 3. limita, vt num. 4.

Contumax in non reſpondendo poſitionibus, tanquam confeſſus condemnabitur, deciſ. 38. lib. 1. num. 1.

Conualeſcere facit matrimonium conſenſus tacitus, deciſ. 57. lib. 1. num. 1.

Conueniri tantum poteſt clericus coram iudice Eccleſiaſtico dec. 34. lib. 1. num. 1.

Idem coram ſæculari conueniri poteſt, ex iure congrui & prothomiſeos, ibid. num. 2.

Conuincitur quis concludenter de delicto ex duorum teſtium depoſitione, dec. 52. lib. 2. n. 3.

Conuincitur teſtis per alios teſtes de mendacio, dec. 13. libro 2. num. 27.

Conuictus abſq; alio cōdemnari poteſt, dec. 52. lib. 2. nu. 10.

Non conuictus reus, puniri non debet, dec. 62. lib. 2. num. 20.

Non benè conuictus poteſt extraordinariè condemnari, dec. 52. lib. 2. num. 12.

Conuictum de hereſi ſi excuſet aduocatus; dicitur hæretici fautor, & tanquam talis debet puniri, dec. 27. lib. 2. nu. 8.

Correctio legum in quantum fieri poteſt, euitanda eſt, dec. 57. lib. 2. num. 4.

Corrigenda quomodo ſit monialis aufugiens è monaſterio; dec. 24. lib. 2. num. 4.

Correctionem denunciatio, accuſatio verò depoſitionem, induxit, dec. 29. lib. 2. num. 9.

Correlatiuorum etiā in pœnalibus idem eſt iudicium, deciſ. 36. lib. 2. num. 9.

Corporis vitiati pœna abſq; diſpenſatione ordinatio, dec. 9. lib. 2. num. 3. & nu. 6. & 7.

Corporis pars in qua quis percutitur, arguit animum, deciſ. 58. lib. 2. num. 5. & 8.

De corpore delicti ante omnia debet conſtare, deciſ. 13. lib. 2. numero 12.

De corpore delicti ſatis conſtare dicitur, ſi verè, vel præſumptiuè conſtet, deciſione 13. libro 2. numero 29.

Corporalis pœna intelligitur de ea, quæ in potiori ſtat ſignificatu, dec. 30. lib. 2. num. 6.

In corporalibus locū tituli ſola habent patientia, deciſio. 54. lib. 2. num. 10.

Corruit cætera ſublato fundamento, dec. 48. lib. 2. num. 10.

Credere ſe eſſe Apoſtatam Reo reſpondente, & excommunicatum, & debere pœniteri, & ſacramentaliter confiteri, & Eucharistiam ſumere ſingulis annis, Inquiſitor non poteſt ſe vlterius intromittere, ſed reliqua ad Ordinarium pertinet, deciſione 35. libro ſecundo numero 28.

Creditur nequaquam Iudici aſſerenti ſe iuſtitiā adminiſtraſſe, & iudiciarium ordine obſeruaſſe, niſi ex actis appareat, dec. 23. lib. 2. num. 16.

Creditur magis teſtibus magis peritis ſuper aliquo quod iudicio percipitur, deponentibus, dec. 13. lib. 2. num. 19.

Credendum eſt magis illis teſtibus, qui bonis moventur rationibus, dec. 49. lib. 2. num. 20.

Credendum eſt bono viro, dec. 45. lib. 2. num. 21.

Credendum magis eſt teſtibus, magis concludentibus, & rationem probabilem aſſignantibus, dec. 53. lib. 2. num. 28.

Crimen læſæ maieſtatis humanæ probatur vti hæreſis, deciſ. 28. lib. 2. num. 11.

Crimen realiter eſſe admiſſum, & de eo ſparſam famam ad illam probandam, quæ requirantur, dec. 13. lib. 2. num. 23.

Crimen hæreſis conſumatur intellectu, & voluntate, dec. 38. lib. 2. num. 2.

Crimen Symoniæ quo ad accuſationem, & inquiſitionem æquiparatur crimini læſæ Maieſtatis, & Hæreſis, deciſ. 5. lib. 2. num. 1. Limitatur, vt num. 3. 4. & 5.

Criminis qualitas attenditur, ad effectum concedendi licentiā clerico de teſtimonium perhibendo coram iudice ſeculari, dec. 30. lib. 2. num. 7.

Criminis particeps, vel ſocius teſtis, repellitur à teſtimonio, dec. 28. lib. 2. num. 1.

Criminis ſocius, nedum probat, ſed nec indicium facit ad inquirēdum, dec. 49. lib. 2. n. 56.

Criminis ſocius de ſe confeſſus contra conſocium, non probat, & rationem ibi videto, deciſ. 14. lib. 2. num. 2.

Criminis ſocius non facit indicium ad torturam, dec. 50. lib. 2. num. 14.

Criminis notorietas eiuſdemq; à Reo facta confeſſio, non obſtante

ſtante lapſu temporis an inducere poſſint condemnationem, in dubio verſatur, deciſ. 5. lib. 2. num. 10.
Criminis cum aliqua qualitate operante inquiſitio, non verificata qualitate crimen corruit, dec. 13. lib. 2. num. 5.
Crimen paſſus facit indicium ad torturam, & eſt communis opinio, dec. 14. lib. 2. num. 2.
In crimine hæreſis, tutius eſt innocentem condemnare, vt abiuret, & pœnitentiam agat, quàm nocentem abſoluere, D. 35. lib. 2. num. 33.
crimine Sodomiæ, an ſit neceſſe, quod liquidò conſtet de corpore delicti, deciſio. 13. lib. . num. 30.
imina de iure Canonico, tēris ſpacio, etiam diuturno eſcribi non poſſe, quibus in nis habeat locum, deciſ. 5. .2. num. 11.
mina excepta quæ dicantur ſint, dec. 15. lib. 2. num. 13.
mina luxuriæ quandoq; cōi ſolent ad vindictam, D. b. 2. num. 35.
ina luxuriæ, potius volu-is, quàm vindictæ gratia t committi, deciſione 48. . num. 26.
noſus Regularis in odi-i, duos ſortitur Iudices, one quadrageſima octa-. 2. num. 20.
Criminalis eſt adulterij accuſatio, quia adulterium eſt delictum, dec. 61. lib. 1. num. 1.
Criminalis ſententia, conſtito de errore, reuocatur, dec. 1. lib. 2. num. 21.
Criminalis eſt adulterij accuſatio, & inimicitias capitales præſupponit, dec. 45. lib. 1. n. 11.
Criminali in cauſa non concluditur eo fine, ne reo ſe vlterius defendendi via præcludatur, deciſ. 1. libro 2. numero 19. & quid ſit in cauſa concludere, ibidem.
Criminali ex accuſatione, puta adulterij oritur inimicitia capitalis, dec. 61. lib. 1. num. 4.
Criminali in cauſa clerici cogi non poſſunt ad teſtificandum, pro qua imponenda venit pœna ſanguinis, vel alia mitior, ſicut fuſtigationis, mitrationis, vel bullationis in fonte, dec. 30. lib. 2. num. 4.
Criminali à ſentētia datur appellatio ſemper, idq; procedit, tam in diffinitiua, quàm interlocutoria, deciſione 1. libro 2. num. 22.
Criminalibus in cauſis concluditur nequaquam, dec. 1. libro 2. num. 17.
Criminalibus in cauſis confeſſio qualificata nunquam diuiditur, ſed cum ſua qualitate accipitur vel reſpuitur, deciſ. 46. lib. 2. num. 32.

Criminalibus in cauſis criminaliter intentatis actor, vel accuſator non concludit in libello ſuo accuſatorio, dec. 32. lib.2.num. 15.

In Criminalibus etiam duo teſtes plenè probare poſſunt, dec. 52.lib.2.num.1.

In Criminalibus ſtandum eſt potius teſtibus negantibus, dec.62. lib.2. num.20.

In Criminalibus inimicus teſtis non probat, deciſione 49. lib.2.num.25.

In Criminalibus duo teſtes probant, dec.49.lib. 2. num.1.

In Criminalibus vnicus teſtis non probat facit tamen praiudicium ad torturam, dec. 62. lib.2. num.1.

In Criminalibus requiruntur probationes & luce meridiana clariores, dec.46.lib. 2.nu.1.

In Criminalibus ad offenſam probationes requiruntur clariſſimæ, & luce meridiana clariores, dec.62.lib.2.num.21.

In Criminalibus nunquam cõcluditur in cauſa, dec. 13. libro 2.num. 10.

In Criminalibus duo teſtes neceſſario requiruntur, plures tamen non excluduntur, dec. 49.lib.2.num.2.

In Criminalibus, & ſic in pœnalibus, conſenſus partium nõ attenditur, deciſio.62.libro ſecundo num. 33.

In Criminalibus teſtis vnicus ſemiplenè probat, deciſ.52. lib. 2.num. 2.

In Criminalibus probationes de neceſſitate debent concludere, dec.52.lib.2. num. 17.

In Criminalibus examen teſtiũ nõ admittitur, D.62.l.2.n.17.

In criminalibus teſtis non iuratus deponens, pœna tenetur falſi, dec.53. lib.2. num.17.

Criminaliter Iudex de officio ꝓcedit, dec.25.lib.2. num. 20.

Crudelis eſſe dicitur, qui famã ſua bona prodigus eam tutari negligit, dec.10.lib.2. num. 15.

Cui longè maius conceſſum eſt, videtur etiam id conceſſum quod minus eſt, deciſione 42. lib. 2. num.4.

Cui conceditur quod eſt plus, conceditur & quod eſt minus, dec.36.lib.2.num.12.

Cui cõmunicatur viuo, communicatur & mortuo, ibid.nu.13.

Cui non competit quod eſt minus, nec quod eſt maius, deciſ. 22.lib.2. num.8.

Curia è manibus fugiens, vel è carceribus elabens, indicium facit, dec.13.lib.2.num.43.

Currere debet incipere tempus præſcriptionis à die cõmiſſi delicti, non autem ſcientiæ Iudicis, dec.56.lib.2. num. 18.

Curſus centum annorum, dicitur tempus immemorabile, dec.55.lib.2.num.71.

Damnum

D

Damnum facere minus, & poſſe facere maius, arguit defenſionem, dec.58.lib.2. num. 6.
Damnum magnum eſt famam amittere, quia res è precioſiſſimis fama ipſa, & ideo non venit à quolibet cordato negligenda, dec.10.lib.2.num.16.
Damnum pro quantitate paſſi ſtatur iuramento, dec. 48.lib. 2.num.4.
Damnum paſſi iuramento non ſemper ſtatur, deciſione 26.lib. 2.num.19.
Dari abſq; vi rapina non poteſt, dec.25.lib. 2. num. 28.
Data nullitate antecedentis, datur & conſequentis, dec.55. lib.2.num.80.
Dato literarum, & temporis reſpectu, etiam falſitas committitur, dec.4.lib.2.nu.26.
Idq; ante tempus de ſubſtantia actus, ibid.num. ſeq.
Debet pars citari ad examen fiendum per aduerſarium, etiamſi in litteris Apoſtolicis inſit Clauſula, Super quo conſcientiam oneramus, deciſ. 25. lib. 1.num.11.
Debet remoueri intruſus à poſſeſſione, dec.55.lib.2.num.56.
Debet eſſe conſuetudo rationabilis, dec.54.lib. 2.num.25.
Debitor non poteſt conueniri in loco contractus, niſi ibi præſentialiter & perſonaliter reperiatur, dec.48.lib.1.num.3.
In debitoribus penſionum non militat, ibid.num. 2.
Nec in obligatione Camerali, ibid. num. 2.
In cæteris debitoribus etiam iuratis, militat, & etiam ſuccũben. per tres conformes, ibid. num. 4. & 5.
An teneantur cedere bonis, ibidem num.6.
Decennalis habitatio, an domicilium contractum præſupponat & arguere poſſit, deciſ.23. lib.1. num.3.
Decima tolli non poteſt, dec.29. lib.1 .num. 13.
Decima diminui, vel co[illegible]poni non poteſt, abſq; aſſenſu Papæ, dec.22.lib.1.num.19.
Decima profana poteſt ſolui laicis, dec.29.lib.1.num.5.
Decima nõ ſoluitur domino decimæ, dec.29.lib. 1. num. 1.
Decimam non ſoluunt principis bona, dec.29. lib.1. num. 2.
Decimarum ſolutio, nec per appellationem, nec alia de cauſa retardari debet, deciſ. 29. lib. 1.num.16.
Non incurrit cenſuras, qui decimas non ſoluit in vim priuilegiorum Summorum Pontificum, dec.62.lib.1.num. 2.
In decimis ſeruatur etiam conſuetudo, dec.29.lib.1. num. 7.

De decimis compoſitio non niſi inter clericos tenet, deciſ. 29. lib.1.nu.12.

Deciſio à decidendo dicta, dec. 70.lib.1. num.1.

Deciſionum vtilitas & neceſſitas, Præf. lib.1. num. 3.

Deciſio etſi non decidat, adhuc tamen deciſio dicitur, dec. 70. lib.1. num. 3.

Deciſio ex duobus recipit vires, ab authoritate iuris & hominis, dec.70.lib.1.num.2.

Deciſio etiam ſimplicis Doctoris attendenda eſt, Præfat. lib. 1. num. 9.

Deciſio non decidenda expreſſè tacitè decidit pro affirmatiua, dec.79.lib.1. num. 3.

Deciſio vtilis eſt in cauſis ciuilibus, in criminalibus neceſſaria erit, Præf. lib.2. num.2.

Deciſio cauſæ hæreticalis, potius ad ſacros Theologos quàm ad Canoniſtas ſpectat, dec.31.lib. 2. num.7.

Deciſum in iure nihil eſt, quod dubitationem aliquam diſputando non recipiat, dec.55. lib. 2.num. 1.

Declarare & ſententiare quomodò inter ſe differant, dec.16. lib.2, num.4. & num. fin.8.

Declaratur opinio Abb. à Bero. contra Menochium. deciſ.55. lib. 2. num. 40.

Declaratur l.1.ff.de eo, quod cer [illegible]

Declaratur ſubſequens clauſula ex præcedentibus, dec. 26. lib.1.num.7.

Decretum Sacri Concil. Trid. c.20.Seſſ. 24. de reformatione quomodo ſit intelligendum, dec. 66.lib.2. num.14.

Decretum Sacræ Congregationis contra Luſitanos Hebraice viuentes, deciſ.65.lib.2.n.5.

Decretum Sereniſſimi Dominij Venetiarũ, in commodum bona eccleſiæ poſſidentium, ne in pacifica poſſeſſione moleſtentur, imo vt in ea quietè conſeruentur, prolatum iuri Canonico conforme eſt, deciſ.58.lib. 1.num. 2

Decretum alicuius nocet ei, qui decreuit, dec.54.lib.2.num.9.

Decretum admiſſionis ad beneficium eſt interlocutoriũ, dec. 25.lib. [illegible] *.17.*

Decretum ſacri Concil. Triden. ſtatuentis certam pœnam, cõtra non reſidentes, per conſtitutiones ſynodales alterari poſſunt, dec.42.lib.2. num. 24.

Deductũ in eſſe cenſetur Eccleſia quando dotata fuit, deciſ. 55. lib.2. num. 24.

Deo vt tutè clericus ſeruire poſſit, debet cauere ab occaſione homines contra ſe ad inimicitias prouocandi, dec. 30. libro 2.num. 5.

Defectum alterius vnius teſtis ſupplet, dec.57.lib. 2. num. 10.

De-

Defenſio à iure naturali hominibus inſita tolli nullo modo poteſt, dec. 1. lib. 2. num. 8.
Neq; etiam per ipſum Principem, ibid. num. 6.
Defenſio cum ſit de iure naturali tolli non poteſt, deciſ. 58. lib. 2. num. 10.
Defenſio rerum ſuarum denegari non debet, deciſio. 58. lib. 2. num. 11.
Defenſionem arguit maius poſſe facere damnum, & minus. Dec. 58. lib. 2. num. 6.
Defenſiones adimi non debent & ideo antequam condemnetur ad ſuas debet defenſiones admitti, Dec. 23. lib. 2. num. 7.
Defenſiones Reorum iudex ex officio perquirere tenetur, licèt ſui defenſionem negligat ipſe Reus. Dec. 23. lib. 2. num. 8.
Defenſionibus renũciari poteſt. Deciſ. 1. lib. 2. numero 74.
Defenſionibus ſuis iuriq; pariter ſuo renũcians poteſt denuo audiri. Dec. 1. lib. 1. num. 7.
Defendendo offendentem poteſt impune occidere, Dec. 28. lib. 2. num. 13.
Ad Defenſam quidem teſtes domeſtici admittuntur, ſecus tamen ad offenſam. Deciſ. 53. libro. 2. numero 8.
Definitio debet conuerti cum ſuo definito. Dec. 17. lib. 2. num. 6.
Definitio denunciationis quenam ſit, Deciſione 29. libro 2. num. 5.
[illegible] Accuſationis ibid. [illegible]
Definitio Raptus quanam ſit [illegible] opinionem Clari & [illegible] 17. libro 2. [illegible] ibid. num. 7.
[illegible] iuxta Carol. [illegible] opinionem. Deciſ. 17. lib. 2. num. 3.
Definitio Raptus vera ſecundũ opinionem authoris. ibid. num. 4.
Definitionem falſitatis vide deciſ. 4. libro 2. numero 2.
A definitione exordium ſumendum. Deciſ. 15. libro 2. num. 4.
Deflorata occultè monialis reperta in Monaſterio & defloratione non probata, quia non eſt pregnans, non debet Iudex pro tali pronunciare, ſed ei indicenda eſt purgatio Canonica, ſtante vehementi deflorationis ſuſpicione. Deciſ. 24. libro 2. numero 1.
Defuncti Epiſcopi ſigillo ſigillans de falſo punitur. D. 4. libro 2. num. 22.
Defuncti mala fides nocet hæredibus ratione præſcribendi. Deciſione 55. libro ſecundo numero 5.

Delatio habitus Regularis inducit profeſſionem tacitam, dec. 57.lib.2.num.8.

Delatio iuramenti teſtibus deferendi ſapit iuriſdictionem, dec.62.lib.2.num.9.

Delatio iuramenti teſtibus facta à iudice, ſapit Iuriſdictionem, & per ipſummet fit iudicem, dec.10.lib.2.num.12.

Delegari non poteſt literarum comparatio, deciſ.52.libro 2. num.27.

Delegantur nequaquam maleficia vel delicta committenda dec.22.lib.2.num.9.

Delegationem prius publicare debet qui delegatus index eſt, dec.64.lib.2.num.8.

Delegationẽ an importet clauſula in reſcripto appoſita, Cõcedimus tibi, &c. deciſ.1.libro 1.num.7.

Delegatione non apparente procedens iuridicè contra aliquẽ, delegatus dici non poteſt, & ei fides non eſt habenda, dec.10. lib.2.num.4.

Delegata & ordinaria iuriſdictionis differentia, deciſ.1.lib. 1.numero 5.10.11.12.13.14. & 20.

Delegatorium non dicitur reſcriptum Apoſtolicum aliàs Ordinario directum, ſed excitatorium, deciſione 1. libro 1. numero 1.

Delegatorium non dicitur reſcriptum de procedẽdo contra exemptos, ſed excitatorium, dec.1.lib.1.num.6.

Delegatus iudex debet primum publicare delegationem, dec. 94.lib.2.num.8.

Delegatus delegãtem repræſentat, dec.1.lib.1.num.11.

Delegatus recipit ſportulas, D. 1.lib.1.num.13.

Delegatus habet modũ & formam procedẽdi deſcriptum in reſcripto, dec.1.lib.1.num.14.

Delegatus & ordinarius in dubio delegatus habendus erit, dec.1.lib.1.num.15.

Delegatus iudex maior Ordinario Iudice dicitur, dec.11. lib.2.num.5.

Delegati appellatio deuoluitur ad delegantem, dec.1.libro 1. num.12.

Delegatum an conſtituat clauſula, vice & authoritate noſtra, dec.1.lib.1.num.13.& 18.

Delegati iuriſdictio quanta, dec.1.lib.1.num.10.

Delegatum non conſtituit mãdatum Papa aliquid faciendi per aliàs ordinarium, ibidem lib.1.num.4.

Delinquere nemo præſumitur, niſi cum delictum ei poteſt eſſe fauorabile & vtile, deciſ.4. lib.2.num.14.

Delinquit magis Iudex delicta non puniens, quàm ſi ipſe ea cõmiſiſſet, dec.66.lib.2.nu.16.

Qui

Qui deliquit debet puniri, dec. 57. lib. 2. num. 22.
Delinquens mentiens in vno, præſumitur mentiri in altero, dec. 13. lib. 2. num. 6.
Delinquens non debet puniri in eo, in quo non deliquit, neque vltra delictum, deciſ. 7. libro 2. num. 1.
Delinquens Iudex, plus delinquit, & acrius puniri debet. dec. 66. lib. 2. num. 15.
Delinquentes reuelare de iure communi quis non tenetur, deciſ. 51. lib. 2. num. 1.
Delinquentes reuelare in omni caſu, in cauſa hæreſis tenetur quilibet, nec vlla excuſatione ſe tueri poteſt, deciſ. 51. lib. 2. num. 6.
Delinquentes ſi quis ob metũ, vel obliuionem non reuelat, excuſatur, dec. 51. lib. 2. nu. 5.
Delinquentes reuelare in cauſa læſæ Maieſtatis, tenetur quilibet, dec. 51. lib. 2. num. 2.
Delictum non præſumitur, dec. 46. lib. 2. num. 20.
Delictum confeſſus de eo non conſtito, non debet condemnari, dec. 31. lib. 2. num. 2.
Delictum non poteſt cenſeri cõmiſſum, niſi effectualiter id ſequatur, dec. 7. lib. 2. num. 3.
Delictum non præſumitur, niſi probetur, deciſ. 16. lib. 2. num. 5. & deciſione 62. eodem lib. num. 26.
Delictum vbi non eſt, ibi nõ eſt pœna, dec. 22. lib. 2. num. 3. & dec. 23. eod. lib. 2. num. 1.
Delictum in omittendo longè minus eſt, quàm in committendo, dec. 53. lib. 2. num. 19.
Delictum aliud dicitur permanens, vt homicidium, aliud nõ permanens vel tranſitorium, vt adulterium & blaſphemia dec. 23. lib. 2. num. 5.
Delictum quolibet iure Canonico dicitur publicum, dec. 25. lib. 2. num. 6. & dec. 15. lib. 2. num. 6. & dec. 10. lib. 2. nu. 38.
Delictum eſt adulterium, ideo eius accuſatio eſt criminalis, dec. 61. lib. 1. num. 1.
Delictum eſt capitale adulterium, & ideo marito de violato thoro cõiugali vxorem accuſare, legitimeq; id probare non volente, thori ſeparatio ab vxore peti poteſt, iudiciſq; decreto æquiſſimo concedi, dec. 45. lib. 1. num. 10.
Delictum adulterij quo tempore præſcribatur, deciſ. 59. libro 2. num. 8.
Delictum publicũ poteſt à quolibet de populo accuſari, & quinam delictum publicum dicatur, deciſ. 15. libro ſecundo num. 1.
Delictum publicum eſt adulterium, & ob id ſubiacet Iudicis inquiſitioni, quæ ipſi iudicatus ſui competit ratione.

deciſio. 3. libro 2. numero 7.
Delictum publicum eſt furtum vt rapina, D. 25. libro 2. num. 35.
Delictum priuatum eſt furtū, D. 25. lib. 2. num. 29.
Sed vide infra contrarium num. 35.
delictum eſt priuatum iniuria, Deciſ. 10. lib. 2. num. 36.
delictum eſt ipſa iniuria, D. 32. lib. 2. num. 8.
delictum Raptus eſt publicum, Deciſ. 25. lib. 2. num. 5.
delictum publicum committere dicitur rapiens monialem, cū principaliter in offenſam Dei dicatur committi, D. 25. lib. 2. num. 15.
delictum eſt priuatum Raptus, D. 25. lib. 2. num. 10.
Sed contrarium vide infra. num. 10.
delictum prætenſum non præſumitur admiſiſſe, is qui à Iudice abſolutus eſt, & idcirco ſi fuerit bannitus, iniuſtè dicitur fuiſſe bannitus, dec. 22. lib. 2. numero 6.
Delictum in dubio nunquam præſumitur, niſi probetur, dec. 34. lib. 2. num. 2.
Delictum vi permiſſum non punitur, dec. 57. lib. 2. num. 25.
Delicti de corpore ante omnia conſtare debet, dec. 13. lib. 2. num. 12.
Delicti de corpore licèt non conſtet, ex quauis leui ſuſpicione Iudex ad capturam deuenire poteſt, dec. 13. lib. 2. nu. 1. & 2.
Delicti de corpore ſatis conſtare dicitur, ſi verè vel præſumptiuè conſtet, dec. 13. lib. 2. nu. 29.
Delicti de corpore in Sodomiæ crimine, an ſit neceſſe quòd liquido conſtet, dec. 4. lib. 2. n, 6.
Delicti confeſſio de quo non apparet, non præiudicet confitenti, dec. 4. lib. 2. num. 6.
Delicti commiſſi tempus, nō præſcribendi ſententia in delictis quo [illegible] pœnā attenditur, dec. 49. lib. 2. nu. 14.
Delicti commiſſi locum & tempus non declarantes, non probant, dec. 49. lib. 2. num. 7.
delicti notitiam Iudex antequā ad vlteriora contra reum procedat habere debet, deciſ. 23. lib. 2. num. 3.
Delicti notorietas, vel criminis eiuſdemq; à Reo facta confeſſio non obſtante lapſu temporis, an inducere poſſit condemnationem, in dubio verſatur, dec. 5. lib. 2. num. 10.
Delicti contra naturam pœna. dec. 59. lib. 2. num. 3.
De delicti corpore inprimis cōſtare debet, dec. 58. lib. 2. nu. 15.
Delictum inducens conſuetudo abolenda eſt, deciſione 16. lib. 1. numero 6.
Delicto principali probato, de acceſſorijs poſtea ſtatur iurapiente

mento damnum paſſi, dec. 26. lib. 2. num. 18.

Delicto æqualem pœnam in criminalibus Iudex ſtatuere tenetur non iuxta petitionem accuſationis, qualitate delicti cōſideratá, dec. 1. lib. 2. n. 16.

De delicto quis concludenter conuincitur, ex duorum teſtium depoſitione, dec. 52. libro 2. num. 3.

In delicto vel cauſa, potior eſt conditio poſſidentis, deciſ. 66. lib. 2. num. 11.

Delicta maiora abſorbent minora, dec. 66. lib. 2. num. 11.

Delicta ex officio iudex tenetur inuenire id eſt delinquentes: quia & eius, ipſiusq; Reipublicæ intereſt ne delinquentes delinquant impunè, dec. 1. libro 2. num. 12.

Tenetur etiam iudex inuenire defenſiones Reorum, ibidem num. ſeq.

Delicta per iudicem impunita remanentia, eum magis delinquere faciunt, ac ſi ipſe commiſiſſet, dec. 66. lib. 2. num. 16.

Inter delicta publica enumeratur vis, ſiue publica ſiue priuata, dec. 25. lib. 2. num. 36.

Delicta vbi commiſſa ibi puniri debere, deciſione 60. libro 2. num. 3.

In delicto carnis, pollutione excepta, duo neceſſariò requiruntur, dec. 57. lib. 2. num. 21.

Delicta alibi commiſſa, non dāt iuriſdictionem Iudici alterius ditionis, ſed operatur vt acrius puniatur, deciſio. 60. lib. 2. num. 4.

Delicta diſtinguuntur per pœnam, deciſ. 25. lib. 2. num. 39.

Delicta publica ea dicuntur, ad quæ accuſandum quilibet de populo admittitur, deciſ. 25. lib. 2. num. 18.

Delicta in offenſam Dei quilibet accuſare poteſt, ibidem numero 19.

Delicta, quæ pœna mortis puniuntur, quanto tempore præſcribantur, deciſione 59. lib. 2. num. 6.

Delicta impunita remanere nō debent, dec. 58. lib. 2. num. 16.

Delicta ne remaneant impunita Reipublicæ intereſt, dec. 25. lib. 2. num. 5. & dec. 25. eodem lib. 2. num. 25. & dec. 62. lib. 2. num. 19.

Delicta vel maleficia committenda non delegantur, deciſ. 22. lib. 2. num. 9.

Delictorum ac indiciorum contra Reum exiſtentium grauitas, operatur, vt tortura etiam tertio repeti poſſit, dec. 52. lib. 2. num. 11.

Delictis in quibus ſuffragetur præſcriptio & quænam, dec. 5. lib. 2. num. 6.

De delictis cum agitur grauioribus & atrocioribus probationes

tionis difficilima, tum ſingularitas non attenditur, dec. 52. lib. 2. num. 6.
De delictis corporis in primis conſtare debet, deciſio. 58 lib. 2. num. 14.
In delictis attenditur animus, dec. 58. lib. 2. num. 2.
In delictis malæ fama attenditur, deciſ. 14. lib. 2. num. 4.
In delictis difficilimæ probationis ſtatur indicijs & præſumptionibus, dec. 46. lib. 2. nu. 2.
In delictis quò ad pœnam imponendam, attenditur tempus commiſſi delicti, non proferendæ ſententiæ, deciſ. 48. libro 2. num. 14.
In delictis inſpicitur dolus, dec. 58. lib. 2. num. 3.
Denegatur uni quod alteri cōceditur aliquando, deciſ. 22. lib. 2. num. 6.
A denegatione publicationis atteſtationum datur appellatio, dec. 53. lib. 1. num. 6.
Denotat imperium animaduerſio, deciſ. 67. lib. 1. num. 17.
Denunciatio per litteras fieri poteſt, dec. 29. lib. 2. num. 8.
Denunciationis definitio, dec. 29. lib. 2. num. 5.
Denunciationis & accuſationis differētia quænam ſit, dec. 29. lib. 2. num. 4.
Denunciationem ſemper debet præcedere caritatiua monitio, dec. 29. lib. 2. num. 7.
In denunciatione debet præcedere monitio, deci [.] 10. libro 2. numero 41.
Denunciationes fiendæ in eccleſiis, quare introductæ, deciſ. 9. lib. 1. num. 4.
Denunciator dicitur accuſator tum quia per eū detegitur delictum, tum etiam quia tenetur facere expenſas teſtibus vt accuſator, dec. 29. lib. 2. nu. 2.
Denunciatio teſtis eſſe poteſt, ibid. num. 3.
Deponendo in ſpecie, quàm in genere teſtes plus probant, dec. 49. lib. 2. num. 8.
Deponens affirmatiuam teſtis, magis probat, deciſ. 62. lib. 2. numero 14.
Deponens falſitatem teſtis iuratus, pœna tenetur falſi, dec. 53. lib. 2. num. 16.
Deponentibus teſtibus pro non delicto, magis eſt ſtandū, quā deponentibus pro delicto, dec. 62. lib. 2. num. 35.
Deponentibus teſtibus magis peritis ſuper aliquo quod iudicio præcipitur, magis creditur, D. 13. lib. 2. num. 19.
Depoſitio incerta non probat, dec. 62. lib. 2. num. 32.
Depoſitio inhabilis teſtis, ſanatur depoſitione teſtis habilis, & quacunq; exceptione maioris, dec. 62. lib. 2. num. 2.
Depoſitio teſtis non poteſt eſſe uno & eodem tempore vera

&

& falſa, dec. 62. lib. 2. num. 8.
Depoſitio teſtis inualida, vel nulla declarata, conualidatur, ſi teſtis ſe referat ad illam, dec. 36. lib. 1. num. 1.
Depoſitio teſtis quæ refertur ad aliã inualidam, valet vtraq; ex nunc, non ex tunc, dec. 46. lib. 1. num. 3.
Depoſitio teſtis ſemel nulla declarata, ſemper erit nulla, adeo vt teſtis formiter debeat examinari in quacunq; cauſa, D. 46. lib. 1. num. 6.
Depoſitionem ſuam teſtis ſi reuocauerit, quacunq; exceptione maior non dicitur, dec. 62. lib. 2. num. 31.
Ex depoſitione duorum teſtium quis concludenter conuincitur de delicto, deciſione 52. lib. 2. num. 3.
Depoſitiones inualidas teſtium acceptando procurator domino non præiudicat, deciſ. 13. libro 2. numero 14.
Derogare legibus ſuperioris, inferior poteſt, dec. 56. lib. 2. n. ..
Derogatur generi per ſpeciem, dec. 42. lib. 2. num. 1.
Deſcribere annum menſemque delicti commiſſi, die non ſpecificato ſufficit authori, dec. 20. lib. ſecundo num. 1.
Deſiſtens ab accuſatione, aut eidem renuncians, vlterius nõ auditur, vt nec defenſionibus ſuis renuncians non venit audiendus iterato, dec. 1. lib. ſecundo num. 5. ſed vide contrarium infra, num. 7.
Deſtructa Eccleſia deſinit eſſe Eccleſia, dec. 55. lib. 2. num. 45.
Detentus in compedibus eſt inimicus detinentis, deciſ. 20. lib. 2. num. 6.
Deuenire ad quæſtionem nõ poteſt Iudex nullis extantib. indicijs, & non conſtito de corpore delicti, deciſ. 13. lib. ſecundo num. 18.
Deueniri non debet ad comparationem literarum, niſi dato prius iuramento ei, qui comparationi innititur, & iuret ſe non habere aliam probationem, dec. 2. lib. 2. num. 29.
Deuoluitur appellatio delegati ad delegantem, deciſ. 1. lib. 1. num. 12.
Dici quæ mereatur conſuetudo, dec. 10. lib. 1. num. 7.
Dicitur conſuetudo illa, quæ ex tacito populi conſenſu, vel maioris partis eorum inducitur, dec. 54. lib. 2. num. 23.
Dicitur is Iudex qui iuriſdictionem habet, deciſ. 10. libro 2. num. 8.
Dicitur iniurians ille qui iniuriauit, & author qui fuit iniuria, dec. 10. lib. 2. num. 47.
Non dicitur teſtis quacunq; exceptione maior, ſi depoſitionẽ ſuam reuocauerit, dec. 62. lib. 2. num. 31.

Dici-

Dicitur quodlibet delictum publicum iure Canonico, dec. 25. lib. 2. num. 6.

Dicuntur publica ea delicta ad quorum accuſationem, quilibet de populo admittitur, dec. 25. lib. 2. num. 18.

Dicuntur occidiſſe percuſſiones ad occidendum apta, dec. 58. lib. 2. num. 22.

Dicens ſe nolle comparere citatus non eſt amplius citandus, dec. 69. lib. 1. num. 3.

Dictum Doctoris intelligendũ eſſe, ſecundùm legẽ quam allegat, dec. 55. lib. 2. num. 33.

Dictum unius teſtis excuſat accuſatorem à condemnatione expenſarum, deciſio. 43. lib. 2. num. 3.

Dictũ unius teſtis facit quem torqueri, dec. 45. lib. 2. num. 2.

Dictum unius teſtis non excuſat accuſatorem à condemnatione expenſarum, dec. 45. lib. 2. num. 3.

Dictum in uno capitulo intelligitur repetitum in alio, dec. 26. lib. 1. num. 9.

Dictum de auditu à tertio, facit præſumptionem maiorem magis de auditu à principali, dec. 38. lib. 2. num. 8.

Dicti vel depoſitionis ſuæ teſtes rationem non reddẽdo non probant, dec. 49. lib. 2. num. 9.

Dicto primo teſtis ſemper ſtandum eſt, dec. 62. lib. 2. num. 10.

Dicta eſt deciſio à decidendo, dec. 70. lib. 1. num. 1.

Dictio, ſecundùm, aliquando ſtat aſſertiuè, aliquando verò limitatiuè, dec. 29. lib. 1. nu. 6.

Dictio, hæc, eſt multum uniuerſalis, dec. 65. lib. 5. num. 7.

A die commiſſi delicti, non autem ſcientiæ iudicis, tempus præſcriptionis currere debet, dec. 59. lib. 2. num. 18.

Differẽtia inter ordinarium & delegatum, dec. 1. lib. 1. num. 5.

Differentia inter Vicarium generalem, & Eccleſiarum, D. 19. lib. 1. num. 1.

Differentia inter ſucceſſorem dignitatis, & hæreditatis, dec. 55. lib. 2. num. 78.

Differentia quæ ſit inter principalem, & illius hæredem circa iudicialia. deciſio. 47. libro 1. num. 7.

Differentia quænam ſit inter ius in re, & ius ad rem, deciſ. 15. lib. 2. num. 12.

Differentia inter percutere, & vulnerare, dec. 58. lib. 1. nu. 1.

Differentia inter eſſe, & haberi pro eſſe, quæ ſit, deciſ. 25. lib. 2. num. 24.

Differentia inter petitorium & poſſeſſorium ratione præſcribendi quænam ſit, deciſ. 55. lib. 2. num. 61.

Differentia eſt legare omne marmor, & legare marmor, deciſ. 65. lib. 1. num. 9.

Diffe-

Differentia inter vſucapionem, & præſcriptionem, deciſ. 24. lib.1.num.6.

Differentia Simoniæ, quænam, deciſ.5.lib.2.num.8.

Differentia qualis ſit inter eſſe ciuem, & haberi pro eſſe, dec. 15.lib.2.num.3.

Differentia circa præſcriptionē inter ius Canonicum, & Ciuile, dec.24.lib.1.num.4.

Differētia quæ ſit inter ſententiare & declarare, deciſio. 16. lib.2.num.4. & num.fin. 8.

Differentia quænam ſit inter actorem, & reum quo ad telam iudiciariam, dec.22.lib.1.n.6.

Differentia quænam ſit inter conſuetudinem & præſcriptionem, dec.54.lib. 2. num.24.

Differentia inter fundare, conſtruere, & dotare Eccleſiam dec.55, lib.7.num.20.

Differentia inter accuſationem & denunciationem, deciſ. 39. lib.2.num. 4.

Differentia Doctorum circa iuris allegationes, Præfat. lib. 1.num. 1.

Differt ab excuſatione confeſſionali qualificata confeſſio, dec.46.lib.2.num.15.

Differt confeſſio extraiudicialis in crimine hæreſis, ab alia quæ fit de alijs criminibus, D. 38.lib.2.num.7.

Differunt dotare & dotem ſupplere, dec.56.lib.2.num.30.

Diffinitio prima virginis elicitur ex l.vnica C.de rapt. virgin.talis, quod ſcilicet an virgo ſit, quæ nūquam à viro fuit cognita, deciſ.26. libro ſecundo num. 4.

Diffinitio ſecūda virginis quænam ſit.dec.26.lib. 2. num.8.

Diffinitiua ſententia admittit appellationem, D.7 lib.1. n.1.

Diffinitiuam vſq; ad ſentētiam excluſiuè confeſſio quandocunq; reuocari poteſt, dec. 31. lib.1.num.1.

Dignior quo quis eſt, eo magis delinquendo peccat, & peccatum ipſius eſt magis punibile, dec.10.lib.2.num. 46.

Dignitatis & hæreditatis ſucceſſor differunt, deciſ. 55. libro 2.num.78.

Ad dignitates non extenditur de beneficijs loquens diſpoſitio, dec.54.lib.2.num.32.

Dilapidantes bona Monaſterij, quomodo ſint puniendi, deciſ. 66.lib.2.num.9.

Dilatio probatoria, aut vna, aut tres conceduntur, dec. 69. lib.2.num. 2. & quare numero 3. ibid.

Dilatio non niſi vnica tantum aſſignanda, deciſione 37. libro 1. numero 1.

Diligenter attēdenda & adimplenda clauſula, ſi preces veritate nitantur, deciſ.55. libro 2. numero 57.

Dili-

Diligenter debent attendi verba priuilegij, deciſ. 55. libro 2. num. 41.

Diocaſani, ſine quo nihil agitur, in acquirendo iure patronatus, requiritur conſenſus, dec. 55. lib. 2. num. 10.

Diruta Eccleſia æquiparatur homini mortuo, deciſ. 55. libro 2. num. 46.

Diſcordantes teſtes in verbis formalibus, non probant, dec. 53. lib. 2. num. 6.

Diſparitas in matrimonijs probandis, ratione teſtium affinium, quæ attendatur, deciſ. 28. lib. 1. num. 13.

Diſparitas litigantium attenditur, quo ad editionem teſtium examinandorum, dec. 44. lib. 1. num. 3.

An ſit diſparitas, nec ne? relinquitur arbitrio iudicis, ibidem num. 4.

Diſpenſatio eſt ſtricti iuris, maxime ad petitionem conceſſa, dec. 60. lib. 1. num. 4.

Diſpenſatus ad maiora, videtur & diſpenſatus ad minora, dec. 60. lib. 1. num. 9.

Diſpenſatio ſimplex ſubſequens poſt diſpoſitionem prohibitiuam ſecundum illam intelligi debet, dec. 7. lib. 2. num. 6.

Diſpoſitio c. is qui fidem, non eſt ſublata à Concil. Triden. c. 1. Seſſ. 24. de reformatione matrimonij, dec. 20. lib. 1. num. 4.

Diſpoſitio loquens de beneficijs, non extenditur ad dignitates, dec. 54. lib. 2. num. 32.

Diſpoſitiones legis deficiũt verbis legis deficiẽtibus, dec. 7. lib. 2. num. 5.

Diſputari de eo quod à iure eſt prohibitũ, ſacrilegium eſt, dec. 55. lib. 2. num. 59.

Diſtinctio rubricarum, dec. 56. lib. 2. num. 14.

Ex diuerſis non fit illatio, dec. 54. lib. 2. numero 33.

Diuerſitas cauſarum, parit diuerſitatem iudicũm, deciſ. 32. lib. 2. num. 18.

Diuerſitas pœnarum inter iudicium Eccleſiaſticum, & Sæculare, dec. 67. lib. 1. num. 16.

Diuerſitas & contrarietas ſcripturarum arguit ſuſpicionem falſitatis, dec. 4. lib. 2. num. 8.

Item & teſtium contrarietas, ibidem num. ſeq.

Diuidi poteſt confeſſio qualificata tanquam connexa, & à parte acceptari, pro parte verò reſpui, dec. 46. lib. 2. num. 26.

Diuiditur qualificata confeſſio, & ſtatur pro ea parte, pro qua adſunt indicia & præſumptiones, dec. 46. lib. 2. num. 16.

Diuiſibilis eſt ſeparatio confeſſionis hominis, quæ ſe habet vti cauſa, & effectus, dec. 46. lib. 2. num. 25.

Diuini iuris naturalis, & Eccleſiæ transgreſſio obligat ad mortale

mortale peccatum, & qui cõtrarium credit hæreticus eſt, dec.35.lib.2.num.26.

Diuino iure alia Symonia eſt prohibita, alia iure poſitiuo, dec.5.lib.2.num. 7.

Diuino à iure, & naturali dependet matrimonium ipſiusq́, iura, dec.3.lib. 2. num. 16.

Diuturnitas temporis, non facit de non capaci capacem, dec.55.lib. 2. num. 2.

Doctoris authoritas non debet allegari, quando adeſt textus legis, dec.9.lib. 2. num.2.

Doctoris alicuius verba mutilatè citare indecorum eſt, D. 55.lib.2.num. 35.

Doctoris dictum intelligendum eſſe, ſecundum legem, quam allegat, dec.55.lib.2.num. 34.

Doctorum differentia circa iuris allegationes, Præf.lib.1.n.1.

Doctorum miſerorum refugiũ quale ſit, ibid. num. 2.

Dolus in delictis inſpicitur, D. 58.lib.2. num. 3.

Dolus non committitur contra perſonam non maleuolam, D. 50.lib.2.num.16.

Dolus præſumitur, vbi vtilitas adeſſe cernitur, dec.4. libro 2. num. 12.

Doli præſumptionem fama bona probata ceſſare facit, dec. 50. lib. 2. numero 18.

Dolum lex in homicida præſumit, dec.46.lib.2.num.23.

Dolo reſiſtens per dolum cautus dicitur non doloſus, & id permiſſum videtur, dec. 63. lib.1. num. 9.

Domeſtici teſtes ad offenſam non admittuntur, ſecus tamẽ ad defenſam, dec.53.lib.2.n.8.

Domeſtici teſtes probant alicuius innocentiam, dec. 49. lib. 2.num. 53.

Domicilium verum non fictum ſemper venit attendendum, dec.23.lib.1.num.5.

Domicilium quomodo contrahatur, dec.23.lib.1.num.2.

Domicilium Rei attenditur in Iudicialib.D.48.lib.1.num.5.

Dominus membrorum ſuorum nemo eſt, dec.1.lib.2.num.32.

Nemo dominus, niſi in re propria, dec.15.lib. 1. num. 32.

Dos minus ſufficiens nõ acquirit ius patronato, dec.55.lib.2. num.28.

Dos mulieris tuta eſſe debet. D. 43.lib.2.num.3.

Dubius in fide hæreticus eſt, D. 46.lib. 2. num. 8.

In dubio nunquam præſumitur delictum, niſi probetur, deciſ. 34.lib.2. num.2.

Dubia nigri declarat rubrum, dec.56.lib.2. num.9.

Dubia verba debent interpretari à proferente, deciſ.34. lib. 2.num.3.

In dubijs ſemper fauetur reo, dec.49.lib.2.num.60.

Ducere ſecum ſocios, poteſt vir pro occidenda uxore reperta in adulterio, deciſ. 22. lib. 2. numero 1.
Duplex eſt actio, deciſ. 34. lib. 2. num. 4.
Duplex eſt confeſſionis ſeparatio, dec. 47. lib. 2. num. 21.
Duplex eſt iniuria praualens verbis, dec. 61. lib. 2. num. 21.
Duplici authoritate procedere poteſt Ordinarius in vim reſcripti, dec. 1. lib. 1. num. 8.
Duplicem intellectum habentia verba in benigniorẽ partem explicari debere ad tollendum delictum, deciſ. 34. lib. 2. num. 1.
Duo neceſſariò requiruntur in delicto carnis, excepta tamen pollutione, deciſione 57. lib. 2. numero 21.
Duo teſtes probant concludenter, ratione ſcilicet numeri, D. 62. lib. 1. num. 3.
Duo requiruntur periti in iudicio, ita deponentes, ſcripturam manu N. fuiſſe ſcriptam, dec. 52. lib. 2. num. 24.
Inter duo dicta contraria etiam iurata in cauſa fidei ſtatur ei, quod illius fauorem concerrit, Deciſione 30. libro ſecundo num. 13.
Duobus modis infertur iniuria, dec. 61. lib. 2. num. 1.
Dux & imperator iudicij Iudex dicitur, dec. 11. lib. 2. nu. 2.

E

Eccleſia deſtructa deſinit eſſe eccleſia, deciſ. 55. lib. 2. num. 45.
Eccleſia diruta æquiparatur homini mortuo, ibid. num. 46.
Eccleſia Cathedralis, tenetur ad funeralia ſui Epiſcopi ſubſiſtente ipſius ſui prælati inopia, & paupertate, dec. 18. lib. 1. num. 12.
Eccleſia Cathedralis, & Epiſcopus vnum corpus extant, ibid. num. 13.
Eccleſia dicitur in eſſe deducta, quando dotata fuit, deciſ. 55. lib. 2. num. 24.
Eccleſia conſecrata ſi readificatur indiget adhuc cõſecratione, ibid. num. 15.
Eccleſia ſi minus competenter dotatur ab vno, non acquiritur ab eo hoc ius patronatus, ibid. num. 20.
Eccleſia alicuius patronum Papa inferior, laicum creare non poteſt, ibid. num. 38.
Eccleſiæ Canones nil valere qui credit hæreticus eſt, dec. 35. lib. lib. 2. num. 17.
Eccleſiam quis dicitur fundare, quando fundum aſſignat, vbi Eccleſia conſtrui habet, dec. 55. lib. 2. num. 17.
Eccleſiã fundare, conſtruere, & dotare differũt, ibid. num. 20.

Eccleſiam ut patronatam efficiat Epiſcopus, quam cauſam legitimam habere debeat, ibidem num. 31.
Eccleſiam non dotantes, ius patronatus non exercent, ibidem num. 47.
Eccleſiam penitus dirutam cũ patronus non readificat, ius patronatus amittit, ibid. nu. 16.
Eccleſia in una & eadem plures poſſunt effici patroni, ibid. num. 18.
In Eccleſia furãs committit ſacrilegium, dec. 60. lib. 2. nu. 2.
Pro Eccleſia ſua teſtis non probat, dec. 49. lib. 2. num. 52.
Eccleſiarum benefactores, ius patronatus nõ acquirunt, D. 55. lib. 2. num. 22.
Eccleſiarum ius, an per laicos praſcribi valeat, ibid. num. 58.
Eccleſiarum fundatores nil iuris in eis habeant, ſecundum antiquos Canones, nec conſeruatores, & Eccleſiarum dotatores, ibid. num. 5.
Eccleſiaſtica, praſertim ſpiritualia tractare negotia laici prohibentur, ibid. num. 7.
Eccleſiaſtica perſona accuſatio permittitur tantum habentibus intereſſe, & non alijs, dec. 25. lib. 2. num. 7.
Eccleſiaſtico tantum coram Iudice, clericus conueniri poteſt, Deciſione 34. libro primo num. 1.
Idem coram ſaculari conueniri poteſt, ex iure congrui & protomiſeos, ibid. num. 2.
Effectualiter, niſi ſubſequatur delictum commiſſum, cenſeri idipſum non eſt dicendum, D. 1. lib. 2. num. 3.
Effici poſſunt patroni plures in Eccleſia una & eadem, deciſ. 55. lib. 2. num. 18.
Elapſo termino aſſignato, & de diligentia excuſabili à deſertione docto, ſententia abſq; alio meretur executionem, dec. 27. lib. 1. num. 4.
Electio iudicis ſpectat ad actorem. dec. 7. lib. 1. num. 6.
Vbi de electione peritorum agitur, magis periti ſunt eligendi, & adhibendi, deciſ. 13. libro 2. num. 7.
Eligendi & adhibendi ſunt magis periti, ubi de electione peritorum agitur, dec. 13. li. 2. n. 7.
Eligendi, & praſentandi iuris, an acquiratur quaſi poſſeſſio, & ex unico tantum actu, dec. 54. lib. 2. num. 2.
Emendus finis eſt denunciationis, dec. 29. lib. 2. num. 11.
Emendatur Beroi opinio, deciſ. 55. lib. 2. num. 34.
Emiſſa profeſſio tacita, quando dicatur, deciſione 57. libro 2. numero 30.
Emphyteuſis conceſſa non intelligitur, & conceſſa filijs & nepotibus, D. 26. lib. 1. num. 4.

Enumerãtur interlocutoriæ habentes vim diffinitiuæ, dec.4. lib.1.num.17.
Enumerantur multiplices ſæuitiæ à viris in vxores admiſſæ, quæ thori inducere poſſunt ſeparationem.dec.45.lib.1.n.7.
Enumerata in ſententia bannitoria, ſolum perdit bannitus, dec.3.lib.2.num.11.
Enunciatis in antiquis ſtandũ eſt, quãdo quid veriſimile apparet,dec.55.lib.2.num.54.
Enunciatis in antiquis ſtandũ non eſſe, quãdo conſtat de vitioſo ingreſſu,D.55.lib.2. n.55.
Epiſcopus æquiparatur peregrino,dec.18.lib.1.nu.3. & quomodo, num. 4. ibid.
Epiſcopus non poteſt rei ſacræ ſine cauſa legitima hanc ſeruitutem imponere, deciſio. 55. lib.2.num.36.
Epiſcopus propter quam cauſam ſatis legitimã Eccleſiam patronatam facere poſſit,dec. 55. lib.2.num. 31.
Epiſcopus manens in quocunq; loco, dummodo in Diœceſi ſit, intelligitur manere & reſidere in Cathedrali Eccleſia, D. 19.lib.1.num. 9.
Epiſcopus contra ius quicquam agere poteſt,D.55. lib.2.n.27.
Epiſcopus, licèt ſit Regularis, quanam habitum ferens coopertum,vel illum dimittendo, apoſtata dicitur. D.19. lib.2. num.3.
Epiſcopus, antequam iuri patronatus cõſentiat, quæ facere debeat,dec.55. lib. 2. nu. 11.
Epiſcopi cancellarius, non poteſt de actu rogari,niſi ſit Notarius,dec.4.lib.2. num.20.
Epiſcopi tanquam cancellarius ſubſcribens,cum non ſit, incidit in falſum,D.4.lib.2.n.17.
Epiſcopi conſenſus quando neceſſarius,D.55.lib.2.num. 23.
Epiſcopi conſenſu reædificãs Eccleſiam, an acquirat ius patronatus,D.55.lib.2.num.14.
Epiſcopi bona non ſoluunt decimã ex priuilegio perſonæ ipſa poſſidentis: & ceſſante poſſeſſore,ceſſat priuilegium, dec. 29. lib.1.num,3.
Epiſcopi defuncti ſigillans ſigillo de falſo punitur, deciſ. 4. lib. 2. num. 22.
Epiſcopi ſigillum dicitur authẽticum & faciens fidem,videlicet ex totius orbis generali conſuetudine etiam à Curia Romana obſeruata,dec.4.lib. 2.num. 25.
Epiſcoporum poteſtatem in hac materia non eſſe indefinitam, ſed coarctatam,deciſio.55. lib. 2.num. 25.
Æquiparari Iudex, & teſtis quatenus dicantur, deciſ. 10. lib.2.num. 19.
Error potius præſumitur,quàm falſum,dec.4.lib.2. num. 4.
Errorem allegans, illum probare

re debet, dec. 4. lib. 2. num. 29.
Eſſentiam & qualitatem perſonarum arguit habitus, dec. 57. lib. 2. num. 13.
Ætas quæ requiratur in profitẽdo Regulam approbatam, ibid. num. 7.
In æternum mala fides obſtat, vt non præſcribatur, dec. 55. lib. 2. num. 27.
Euitanda eſt legum correctio, quantum fieri poteſt, dec. 37. lib. 2. num. 4.
Notorium non indiget probatione, D.9.lib. 2. num. 8.

Notorium non dicitur ante cõcluſionem in cauſa, D.25. lib. 1.num. 29.

Notorium inducit confeſſio, D. 46.lib.2.num.4.

Notorietas criminis eiuſdemq; à reo facta confeſſio, non obſtante lapſu temporis, an inducere poſſint condemnationem, in dubio verſatur, D. 5. lib. 2. num. 10.

Notoriè illatam iniuriam propriam, an iudex vindicare poſſit, quamuis hoc facto ſit potius executor, quam iudex, D.10.lib.2.num.35.

Noua nil tribuit confirmatio, ſed antiquum conſeruat, deciſ. 25.lib. 1.num. 17.

Nullatenus eſt credendum aduocato, qui iuſtam cauſam nõ defendit, licet vera dicat, D. 27.lib.2.num.4.

Nullatenus facere, & facere vt nemo ſcire poſſit, paria ſunt, D 19.lib. 2.num. 5.

Nullus dicitur actus cum conditione factus, non adimpleta conditione, deciſio. 21.libro 1. num. 4.

Nullus eſt dominus membrorum ſuorum, D.37. lib. 2. numero 10.

Nullus de relapſu condemnari poteſt, niſi de vno vero lapſu conſtiterit, deciſio.37. libro 2. numero 8.

Nullus grauius puniri debet, quàm exigat delictum ab ipſo perpetratum, deciſio. 7. lib.2. num. 4.

Nulla eſt appellatio ab interlocutoria, ſi in ea cauſa grauaminum non ſint expreſſa, quæ etiam ſi ſint notoria, exprimi tamen debent, D.4.lib.1.numero 1. & 2.

Nulla eſt facta comparatio, ſeruandis non ſeruatis, D.52. lib. 2.num.30.

Nulla dicitur abſolutio à iuramento abſente parte, D.64.libro 2.num. 7.

Nulla item eſt abſolutio à iuramento conceſſa ex narratione ſubreptitia, vel obreptitia, ibidem.num.8.

Nullam habens in aliquem iuriſdictionem, ipſum citare nequit, deciſione 10.lib.2.numero 6.

Nullum allegare titulum meli-

ius eſt, quam allegare malum, aut vitioſum, D.55.lib.ſecun. numero 70.

Nulla ſunt ipſo iure, geſta per Iudicem ſuſpenſam iuriſdictionem habentem. D.11.libro 2.num. 7.

Nullitas eſt inſanabilis defectus iuriſdictionis, ibid. num. 1.

Nullitas ſententiæ ſubſequitur ex eo, quod Iudex alio modo procedat, quam ſibi competit, & tenetur lege Iuliæ Maieſtatis, ibid.num. 9. & 10. & vide infra, num. 13.

Nullitatẽ contractus initi parit obligatoria apocha à minorennis facta, Dec.60.libro 1. num.3.

Nullitate data antecedentis, datur nullitas cõſequentis, D. 55.lib.2.num.80.

Nullitates, conſtito de bono iure, non attenduntur, D. 6. lib. 1. num.4.

Nulliter factum, ille confirmare poteſt, qui de nouo facere poteſt, D.46.lib.1.num 4.

Nulliter examinatus teſtis, nedum probat, ſed nec indicium facit, D.62. libro 2.num.18.

Nuncius Apoſtolicus tenetur obſeruare ferias illius loci, in quo ius dicit, Deciſio. 31.libro 1.num.1.

Nuncius Apoſtolicus in Ciuitate Venetiarum exiſtens, eſt iudex appellationis ſententiarum Prælatorum totius Dominij, ſeu prioris inſtantiæ Regularium, tam in ciuilib. quã in criminalibus cauſis, D.32. lib.2.num.7.

Nuncius Sanctiſſ. Domini Noſtri Papæ, vices Pontificis gerit, D.31. lib. 1. num.3.

Nuncius Apoſtolicus, repræſentando Sedem Apoſtolicam, ferias Romanæ Curiæ ſeruare debet, ibid. num. 4.

Nuncius Venetiarum, eſt Iudex ordinarius Regularium, D. 56.lib. 1. num.4.

Nunquam præſumitur Papam velle præiudicium alicui inferre, D.65. lib.1. num.11.

Cauſis in criminalibus nunquã concluditur, deciſio.13. libro 2. num.10.

Nunquid malum ſit venenum, ante omnia debet probari, deciſio.50.libro 2.num.6.

Nuptiæ licet laudandæ ſint, & caſtitas coniugalis, laudabilior tamen eſt continentia vidualis, & multo magis integritas virginalis: quia ipſa replet paradiſum, D.26.l.2.n.2.

Nupta mulier ob adulterium, perdit dotem. D.33.lib. 2. numero 7. Limita tamen, ut numero 8.

O.

OBiectiui merè ſi ſint articuli, non debent admitti. D.12.lib.2.num.3.

Obli-

Obligare ſe promittens habetur pro obligato, D. 69. lib.1. numero 1.
Obligat nequaquam promiſſio promittentem, ſi ab altero promiſſio non acceptatur, dec. 69. lib.1. num. 2.
Obligatoria Apocha à minorẽnis facta, nullitatem parit initi contractus, Dec. 60. libro 1. num. 3.
Obligatus ad aliquid etiamſi non conſentiat, conſentire videtur, D. 14. lib.1. nu. 5.
Obligatio tenet quandoq; pro vna, & pro altera parte, dec. 69. lib.1. num. 4.
In obſcuris potius abſoluere, quã condemnare debemus. deciſio. 42. lib.2. num. 10.
Occaſionem clericus cauere debet, qua ſibi cum hominibus inimicitiæ comparantur, vt tutè Deo ſeruire poſſit, D. 30. lib.2. num.5.
Occidere poteſt aggreſſorem Sacerdos, & ad celebrationem Miſſæ redire, abſq; pœnarum incurſu, deciſio. 58. lib. 2. numero 14.
Occidere poteſt impunè offendentem defendendo, ibid. numero 13.
Occidere vxorem viro eſt permiſſum adulteram in flagranti crimine repertam, D. 22. libro 2. num. 5.
Occidi impunè ſi bannitus poteſt: ergo & bona ſua ſibi poſſunt auferri, deciſio. 3. libro 2. num. 5.
Occidiſſe dicuntur percuſſiones ad occidendum aptæ, Dec. 58. lib. 2. num. 22.
Occidendi animo num vulnerauerit, arma vel inſtrumenta quibus offenditur, iudici præbent indicium, D. 58. libro 2. num. 4.
Occidentes ſemetipſos puniuntur, D. 1. lib. 2. num. 11.
Octauiani Vulpelli refutatur reconciliatio, deciſio. 46. libro 2. num. 14.
Occultè deflorata Monialis reperta in monaſterio, & defloratione non probata, quia non eſt pragnans, non debet Iudex pro tali pronunciare, ſed ei indicenda eſt purgatio Canonica ſtante vehementi deflorationis ſuſpicione, D. 24. lib. 2. num. 1.
Occupatio loci non acquirit dominium in eo loco, maximeq; in Eccleſia, Deciſ. 4. lib. 1. numero 9.
Odioſa cum ſit præſcriptio, potius reſtringenda, quam amplianda, deciſio. 54. lib. 2. n. 34.
Offendentem defendendo impunè occidere poteſt, D. 58. lib. 2. num. 13.
Offenſi querelantis teſtis amicus, non facit indicium ad torturam, D. 50. lib. 1 nume. 13.

Ad offenſam in criminalibus probationes requiruntur luce meridiana clariores, D.62.libro 2.num.21.

Ad offenſam teſtes domeſtici non admittuntur, ſecus tamen ad defenſam, deciſio. 53.lib.2. num.8.

Offenſa Rapta tantùm competit actio, D.25. libro ſecundo, num.12.

Officium iudicis exuberat in matrimonialibus cauſis, D. 6.lib.1. num.5.

Officium aduocatorum publicum eſt, & inuentum, vt ſuccurratur ius ſuum tueri, & cauſam dicere ignorantibus, D.27.lib.2.num.2.

Officium aduocationis neceſſarium, & laudabile dicitur, D. 27.lib.2.num.1.

Officium Aduocati Sanctiſſimæ Inquiſitionis, quale, D.65.lib. ſecun.num.6.

Officium Cancellarij expirat morte Epiſcopi, D.4.lib.ſecun. num.1.

Officij ratione alicubi, vel lucri cauſa moram trahens, domicilium ibidem conſtituere dicitur nequaquam, D.23.libro 1.num.4.

Officij Sanctæ Inquiſitionis Venetiarum ordo, D.35.libro ſecundo, num.1.

Officium rubricæ quale ſit, D. 16.lib.2.num.16.

Ab officio depoſitus notarius, poteſt publicare inſtrumenta antea per eum recepta, D. 4. lib.ſecundo, num.21.

Ex officio quos iudex teſtes in criminalibus recipere poteſt, etiam ad partis inſtantiã recipere poteſt, D.13. lib.ſecundo, num.11.

Ex officio iudex tenetur inuenire delicta, id eſt delinquentes: quia & eius ipſiuſq; Reipublicæ intereſt, ne delinquẽtes delinquant impunè, D.1. lib.ſecundo, num.12.

Tenetur etiam iudex inuenire defenſiones Reorum, ibid. numero ſeq.

Ex officio procedens iudex ſuccumbens, tenetur vti accuſator, & vti talis plectendus erit, deciſione 11.lib.2. numero 13.& 14.

Ex officio iudex criminaliter procedit, dec.25. lib. ſecundo, num. 20.

Officiales recuſantur cum Ordinarij recuſati ſunt, Dec. 64. lib.2.num.14.

Omnes cauſæ in prima inſtantia coram duntaxat Ordinarijs locorum ſunt cognoſcendæ, & terminandæ, D.32. lib. 2. numero 2.

Omnes tenentur ſoluere decimas de iure communi, Dec.15. lib.1.num.1.

Non omne oſculum dicitur luxurio-

nurioſum, dec. 47. lib. ſecundo, num. 3.

Omnia quæ tendunt ad finem, iudicari debent ſecundum finem, intelligendo de principali, non idem de incidenti, Dec. 32. lib. ſecun. num. 17.

Omnia iudicem rimari decet, ideò tã in interlocutoria, quã diffinitiua, tum etiam in ipſo litis initio, ſeu cauſa principio eidem de delicto conſtare debet, D. 23. lib. ſecun. num. 4.

Omninò impertinentes articuli qui dicantur, dec. 4. lib. ſecun. num. 25.

In omittendo delictum longè minus eſt, quàm in committendo, deciſio. 53. lib. ſecundo, num. 19.

Omiſſum cenſetur id, quod non videtur expreſſum, deciſio. 25. libro 2. num. 11.

Omiſſo medio, an valeat appellatio, deciſione 7. libro 1. numero 5. & 8.

Onus probandi incumbit actori, Dec. 4. lib. 1. num. 7.

Onus probandi incumbit ipſi alleganti, Dec. 62. lib. 1. num. 3. & deciſio. 29. eodem libro 1. num. 8. & D. 55. libro 2. numero 50.

Onus probandi alleganti præſcriptionem incumbit tanquã fundamentum ſuæ intentionis, Deciſio. 24. lib. 1. nu. 2.

Cum onere & honore tranſeunt bona, deciſione 65. libro 2. nume. 15.

Onerum coacta ſolutio immunitatem conceſſam non tollit, deciſione 15. libro 1. num. 22.

Oneratus compedibus, & in eis detentus inimicus eſt detinẽtis, D. 28. lib. 2. nu. 6.

Operari ſemper aliquid debent verba in conſtitutione poſita, deciſio. 7. lib. 2. num. 2.

Operari ſolet concluſio in cauſa effectum renunciationis vlterioris probationis, Dec. 1. li. 2. num. 18.

Operetur quidnam hæc clauſula, implorans, &c. deciſione 4. lib. 2. num. 12.

Opera carnis non facere, & tamen in carne viuere, eſt cœleſte, D. 26. lib. 2. num. 3.

Opinio communis contra Alexandrum, D. 46. lib. 2. numero 12.

Opinio vnius conſulentis non eſt attendenda, D. 67. lib. 1. num. 14.

Opinio vnici Doctoris authentici pro matrimonio, præualet communi opinioni, exiſtenti contra matrimonium, D. 28. libro. 1. num. 16.

Opinio Alexandri de Neuo refutatur, in conſil. 59. Dec. 48. lib. 2. numero 17.

Opinio Beroi emendatur, Deciſione 56. libro ſecundo, numero 34.

Opinio Felyni laudatur, D.1.libro 1.num. 17.
Opinio Menochij confutatur, Deciſ. 55.lib.2.num. 29. & ibid.paulo poſt num.32.
Opinione Capicij intellectum capit. 1. de homicidio in ſexto, vide Deciſio. 18. libro 2. n. 1.
Eiuſdem c.1. de homicid. in 6. ſecundum opinionem Petri à Plaza,ibid.num.2.
Eiuſdem c.1. intellectum, iuxta eiuſdem Petri opinionem,ibid. num. 4.
Ab opinione communi in iudicando, & conſulendo non eſt recedendum, D. 63. lib.1. numero 4.
Opiniones hinc inde faciunt rē dubiam, deciſio. 26. lib.1.numero 12.
Oportet mulierem magis eſſe caſtam, quam virum, D. 47. lib.2. num.5.
Oppoſita ſunt contrariè abſoluere & condemnare, & iccirco vno eodemq; tempore, in idem ſubiectum cadere nequeunt, D.23.lib.2.num.2.
Oppoſitiones ex defectu iudicis, quæ dicantur, Dec. 64. lib. 2. num.8.
Ordo iuris in beneficialib. ſeruari debet, D. 25. libro 1. numero 16.
Ordo votorum Sancti officij Inquiſitionis Venetiarum. D.35. lib. 2. num. 1.
Ordinis peruerſio reddit proceſſum nullum, D. 10. libro 2. num. 42.
Ordine iudiciario non obſeruato, prolata banna ſunt ipſo iure nulla, iniuſta, & minimè executioni demandanda, D. 23.lib.2.nu.14.
Ordine iuris non ſeruato, quiſpiam feudo priuari non debet, D.23.lib.2.num.13.
Ordinarius alicuius quot, quibuſue modis quis dicatur, dec. 10.lib.2. num. 2.
Ordinarius in vim reſcripti, duplici authoritate procedere poteſt copulatiuè, ibid.num.8.
Ordinarius cui reſcriptum præſentatum fuit, vti tantùm delegatus procedere poterit, ibidem,num.9.
Ordinarius, & delegatus in dubio delegatus habendus eſt, ibid. num.15.
Ordinarius abſq; Inquiſitore, & econtra cauſas hæreticales diffinire non poteſt, D.66. lib.1.num.10.
Ordinarij literis robur tribuit ſigillum, D.4. lib.2.nu. 23.
Ordinario directum reſcriptum Apoſtolicum, non delegatorium, ſed excitatorium in dubio cenſetur, deciſ.1.lib.1. numero1.
Ordinario Iudice dicitur maior iudex delegatus, D. 11. libro 2. num.5.

Ordi-

Ordinarij locorum, in quibus cauſis habeant iuriſdictionẽ in Regulares, D. 36. libro 1. numero 2.
Ordinarijs recuſatis, intelligũtur & eorum officiales, D. 64. lib. 2. num. 14.
Cum Ordinarijs concurrit legatus de latere in conferendo beneficia, D. 63. lib. 2. num. 1.
Ordinariæ & delegatæ Iuriſdictionis differentia, D. 1. lib. 1. num. 5. 10. 11. 12. 13. 14. & 20.
Ordinaria poteſtate fieri dicitur collatio, quæ vigore indulti facta eſt, D. 54. lib. 2. numero 15.
Ordinariè & non executiuè proceditur contra hæredem ſoluentis penſionem, D. 47. libro 1. num. 4.
Oritur præſumptio mala ab inſolitis, Deciſio. 13. lib. 2. numero 39.
Orta ſuſpicione inquiſitionis, vel poſt ipſam inquiſitionem ſi fuga ſubſequatur non nocet inquiſito, Deciſio. 13. libro 2. num. 25. & 42.
Oris per confeſſionem, cordis cõtritionem, & operis ſatisfactionem, niſi fiat correctio, remiſſio peccatorum non conceditur, D. 35. lib. 2. num. 20.
Oſculum luxurioſum dicitur, quod à viro infertur mulieri conſentienti, D. 47. lib. 2. numero 6.
Oſculum luxurioſum operatur vt mulier amittat dotem, D. 47. lib. 2. num. 3.
Oſculum ad effectum vt luxurioſum dicatur, quid requiratur. D. 47. lib. 2. num. 2.
Oſculum non omne luxurioſum dicitur, D. 47. lib. 2. n. 3.
Oſculum luxurioſum dicitur, quando prouenit à muliere, D. 47. lib. 2. num. 4.
Oſtendere debet Priuilegium, qui allegat, Deci. 55. lib. 2. numero 68.

P.

PActum affrancãdi differt à contractu emphyteutico, Deciſione 26. lib. 1. numero 14.
Pactum tollitur conditione non adimpleta, in pacto appoſita, D. 26. lib. 1. nu. 17.
Papa aliquid alicui concedendo, authoritatem hanc, non adeo à ſe abdicat, vt illud idem, & ipſe concedere non poſſit, D. 67. lib. 1. num. 15.
Papa apponens aliquid in cauſa, cauſa dicitur affecta, Deciſione 1. libro primo, numero 16.
Papa non intendit, vt quis remoueatur à ſua poſſeſſione niſi auditus iudicialiter, D. 65. lib. 1. num. 12.
Papa non poteſt concedere indultũ quibuſdam, de nõ ſoluẽdo De-

de Decimas, D.65. libro 1. numero 12.

Papa poteſt quem eximere ab onere ſoluendi Decimam, D. 15. libro 2. num. 12.

Papa non poteſt tollere ius decimandi, ibid. num. 13.

Papa inferior, Laicum Eccleſia alicuius patronum creare non poteſt, dec. 55. lib. 2. numero 38.

Papales literas falſificantis pœna, & priuatorum, D. 9. lib. 2. num. 4. & 5.

Par in parem non habet imperium, deciſione 10. lib. 2. numero 45.

Pari in probatione Actoris ſcilicet, & Rei, Reus ſuccumbere debet nequaquam, ſed rem poſſidere de qua, vel ſuper quã ab actore conuenitur, Dec. 56. lib. 1. num. 4.

Paria eſſe, actionem non habere, vel habere talem, qua per exceptionem tollatur, vel inutilis reddatur, D. 60. libro 2. num. 1.

Paria ſunt, quem eſſe patronũ, vel in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi, Dec. 23. libro 2. num. 15.

Paria ſunt, aliquid fieri ſine lege, vel contra legem, Dec. 23. lib. 2. num. 15.

Paria ſunt, aliquid non facere, & faciendo, vt nemo ſcire poſſit, D. 19. lib. 2. nu. 5.

Paraphernalia bona mulier amittit adulterando, D. 16. lib. 2. num. 5.

Patiens in monaſterio monialis, vt ſit punienda. D. 24. lib. 2. num. 2.

Pars corporis, in qua percutitur, arguit animum, D. 58. lib. 2. num. 5. & 8.

Pars ſponte comparens, & non citata, debet audiri, deciſ. 25. lib. 1. num. 12.

Pars qua aliquem in Iudicem petijt, non poteſt illum poſtea recuſare, D. 64. libro 2. numero 4.

Pars ſi non fuerit admiſſa ad opponendũ contra teſtes, ſententia propter hoc non dicitur nulla, deciſione 54. lib. 1. numero 3.

Partis affinis iudex, ab altera parte poteſt ſuſpectus allegari, D. 64. lib. 2. num. 5.

Parte citata teſtes non repetiti non probant, D. 53. lib. ſecun. num. 2.

Parte ſic inſtante non debent impertinentes articuli admitti, D. 4. l. 1. n. 3.

Partes ad imparia iudicari non debent, deciſio. 21. libro 1. numero 8.

Partes litigantes admittuntur ad apponendam repulſam contra teſtes examinatos, D. 54. lib. 1. num. 1.

Non quod volunt partes, ſed

quod

quod ſtatuit ius, Iudex perquirere debet, D.62.lib.2. numero 34.
Partes poſſunt concordare de ſtando dicto vnius, ibid. numero 7.
Partes iudicis in confeſſis, ſunt in condemnando. ibid.nu. 22.
Partium alterius qui in iudicio contendunt, ſi fuerit Iudex affinis, recuſari poteſt, D.10.lib. 2.num. 33.
Partium conſenſus in criminalibus, & ſic in pœnalibus non attenditur, D.62.lib.ſecundo, num.33.
Partium conſenſus non conualidat defectum iuriſdictionis, D.68.lib.1.nu. 5.
De Partium conſenſu, teſtis vnicus probat concludenter, D. 62.lib.2. num.6.
A partium enumeratione valet in iure argumentum, D.25.libro 2.num. 9.
Partialis iudex, quando recuſari poteſt, Deciſio. 66. lib. 2. num.18.
Partis viſcerum pars eſt filius, & iniuria facta vni intelligitur communis, dec.58. libro 2. num.12.
Patientia ſola in corporalibus loco tituli habetur, dec.54. lib. 2.num. 19.
Patronus quomodo amittat ius iuris patronati, dec. 55.libro 2. num. 14.
Patronus non reædificans Eccleſiam penitus dirutam ius patronatus penitus amittit, D.55.lib. 2. num. 16.
Patronū quem eſſe, vel in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi, ſunt paria, D.54. lib.2. numero 4.
Patroni, in vna & eadem Eccleſia, poſſunt effici plures, D. 55.lib.2.num. 18.
Patronatus ius ex tribus acquiri, ibid. num.12.
Patronatus ius quibus ex cauſis amittatur, ibid. nu. 48.
Patronatus iuri, antequam cōſentiatur ab Epiſcopo quæ facienda ſint, ibid. nume. 11.
Pauperes & viles teſtes nō probant, deciſio. 49.libro 2. numero 13.
Paupertate depreſſis, difficilis eſt fideiuſſorum inuentio, dec. 8.lib.1.num.10.
Peccat magis delinquendo quo quis eſt dignior, & peccatum ipſius eſt magis punibile, D.10. lib.2.num. 46.
Non tam peccat qui falſo vtitur, quàm qui falſum deponit, D.49. lib.2.num.54.
Peccatum mortale eſt furtum, D.35.lib.2.num.5.
Qui aliter credit, hæreticus eſt, ibid.num. 6.
Peccatum non purgat animus redeundi ad clauſtra, Dec.35. lib.2. num. 23.

Pecca-

Peccatorum remiſſio non conceditur, niſi correcto per oris cõfeſſionem, cordis contritionẽ, & operis ſatisfactionem, Dec. 35. lib. 2. num. 20.

Pœna diſtinguit delicta, dec. 25. lib. 2. num. 39.

Pœna non debet eſſe vbi non eſt delictum, deciſio. 22. libro 2. numero 3. & deciſio. 23. eod. lib. 2. num. 1.

Pœna à iure impoſita, ab homine alteratur, Dec. 59. libro 2. num. 14.

Pœna à iure ſtatuta, quandoquidem minoratur, D. 59. lib. 2. num. 15.

Pœna corporalis, intelligitur de ea, quæ in potiori ſtat ſignificatu, D. 30. lib. 2. num. 6.

Pœna adulterij qualis, dec. 59. lib. 2. num. 7.

Pœna adulterij eſt mors naturalis de iure Ciuili: Canonico autem iure eſt Excommunicatio, deciſione 61. libro 1. numero 2.

Pœna Apoſtaſiæ grauis, & grauior, ac grauiſſima eſt, iuxta diuerſarum Regularum conſtitutiones, D. 48. libro 2. numero 3.

Pœna bona Monaſterij dilapidantium, Deciſio. 66. libro 2. num. 9.

Pœna contra naturam peccati quæ, D. 59. lib. 2. num. 3.

Pœna corporis vitiati abſq; diſpenſatione ordinati, Deciſio. 9. libro 2. numero 3. & numero 6. & 7.

Pœna falſificantis literas Papales, & priuatorum, deciſione 9. libro 2. numero 4. & numero 5.

Pœna falſi incurritur ex falſitate, quæ aliquo modo præiudicare poteſt, etiam ſi actu nõ præiudicet, dec. 4. libro 2. numero 28.

Pœna fornicationis de iure Canonico, deciſio. 59. libro 2. numero 11.

Pœna fornicationis de iure ciuili non reperitur, D. 59. libro 2. num. 10.

Pœna homicidij eſt mors naturalis, deciſione 58. libro 2. numero 17.

Pœna inceſti, deciſio. 59. libro 2. numero 4.

Pœna mortis naturalis rapinæ eſt impoſita, & bonorum confiſcationis, deciſio. 25. libro 2. numero 31.

Pœna presbyteri Sacerdotis virginem deflorantis, Dec. 63. lib. 2. num. 4.

Pœna prioris Regularis concubinam intra ſepta Monaſterij, & in propria cella adulterantis, atq; Sodomitantis, D. 66. lib. 2. num. 10.

Pœna qualis moniali ſit infligenda, quæ in monaſterio peperit, D. 24. lib. 2. nu. 2.

Pœna raptus, deciſio. 59. lib. 2. num. 5.

Pœna quanam ſit ſacrilegij, D. 57. libro 2. num. 12. & D. 59. eodem lib. 2. num. 1.

Pœna Sodomia quæ, D. 59. libro 2. num. 2.

Pœna Sodomiæ mors eſt naturalis, D. 66. libro ſecundo, numero 7.

Pœna ſtupri, Deciſio. 59. libro 2. num. 9.

Pœna mortis qua puniũtur delicta, quanto tempore præſcribantur, deciſio. 59. lib. 2. numero 6.

Pœnam in criminalibus iudex æqualem delicto ſtatuere tenetur, non iuxta petitionem accuſatoris qualitate delicti conſiderata, D. 1. lib. 2. nu. 16.

Pœnam irregularitatis, quis etiam ignoranter, & præter intentionem incurrit, D. 39. lib. 2. num. 9.

Pœnam non meretur, quod fit lege permittente, D. 22. lib. 2. num. 2.

Pœnam præcipuè per leges ſtatutam, iudex minorare poteſt nequaquam, D. 42. lib. 2. num. 5.

Pœnam ſibi debitam quis fugiendo, non dicitur habere iuſtam cauſam Apoſtatandi, D. 19. lib. 2. num. 7.

Vltra pœnam à iudice imponẽdam iniurians à iure ſit iniuriis, deciſione 32. libro 2. numero 13.

Pœna qualibet extraordinaria excepta mortis furtum punitur, D. 25. lib. 2. num. 32.

Pœna SenatuſconſultiTurpilliani tenetur iudex ex officio procedens, & ſuccumbens ſicuti accuſator, il id. num. 21.

Pœna tenetur unica falſos inducens teſtes, & falſa producens inſtrumenta, D. 49. libro 2. num. 44.

Pœna tenetur falſi non iuratus teſtis in criminalibus deponẽs, D. 53. lib. 2. num. 17.

Pœna tenetur falſi teſtis iuratus falſitatem deponens, ibid. num. 16.

à Pœna temporali excuſat conſuetudo, licet praua, iniuſta & temeraria ſit, D. 44. libro 2. num. 6.

Pœna hoc tempore videntur ad libitum imponi, D. 59. libro 2. num. 13.

In pœnalibus correlatiuorum idem eſt iudicium, D. 36. libro 2. num. 9.

Pœnitentia non impleta, quando dicatur tendere contra hæreſim, Deciſione 25. lib. 2. numero 33.

Pœnitentia in foro facta abſolutio, non prodeſt in foro ſoli, D. 36. lib. 2. num. 27.

Pendente appellatione à parte interpoſita, debet iudex

à quo, ſuperſedere, donec per Iudicem, ad quem fuerit terminatum pro vna, vel altera parte, deciſione 6. libro 1. numero 6.

Percutere & vulnerare, quomodo differant, D.58. libro 2. num.1.

Percuſſio in capite ſæpè lethalis dicitur, ibid. num. 9.

Tam percuſſio quàm vulnus dat mortem alicui, ibidem, num.20.

Percuſſiones aptæ ad occidendũ, dicuntur occidiſſe. ibidem, numero 22.

Perdit ſolum bannitus enumerata in ſententia bannitoria, D.3 lib.2.num. 11.

Periculum vbi imminet maius, ibi plurimum inſiſtendum eſt, Præfat.lib.2.num. 1.

Periculoſa dicitur comparatio literarum, D. 52. lib. 2.numero 23.

Periti quandocunq; produci, & examinari poſſunt, D.13.libro 2.num.8.

Peritorum de electione, vbi agitur, magis periti ſunt eligendi, & adhibendi, Deciſio.13. lib.2. num. 7.

Periurium, adulterium, & vſura, & ſimilia, idem quod in furto, D. 35. lib. 2. numero 7. 8. & 9.

Periurij abſq; incurſu contra iuramentum, quis venire non poteſt, deciſio. 64. libro 1. numero 6.

Periuri & falſarij teſtes nõprobant, D.49.lib.2.n.31.

Permanens aliud dicitur delictum, vt homicidium: aliud non permanens vel tranſitorium, vt adulterium, & blaſphemia, deciſione 23. libro 2. num. 5.

Perpetrans Raptum infamis efficitur, D.25.lib.2.num.16.

Perpetratio delicti non præſumitur, niſi probetur, D.16. lib. 2.num. 5.

Perpetua intelligitur ſententia non habens tempus terminatum, deciſione 11. libro 2.numero 12.

Perſona, loci, & quantitatis ratione, delicta aggrauantur, D. 25.lib. 2.num. 37.

Perſonæ Eccleſiaſticæ accuſatio permittitur tantum habentibus intereſſe, & non alijs, ibidem, num. 7.

Perſonam ſuam exemptauit Regularis, adeò vt ſecularis in eam nullam habeat iuriſdictionem, eo quod profeſſionem amiſit, Deciſione 48. libro 2. numero 11.

Perſonæ Eccleſiaſticæ non poſſunt conueniri coram iudicibus ſæcularibus, D.5.lib.2.numero 13.

Perſonæ Eccleſiaſticæ, ſecundum Canon. debent iudicari, de-

ri, deciſione 5. libro 1. numero 14.

Perſonarum eſſentiam, & qualitatem arguit habitus, D.57. lib.2.num. 13.

Peruerſio ordinis reddit proceſſum nullum, dec.10. lib.2.nume. 42.

Plenè probat teſtis de facto deponens proprio, D.52. libro ſecundo, num. 7.

Plus peccat teſtis falſum deponens, quam falſo vtens, D.49. lib. ſecun. num. 54.

Plus petendo actor, reus verò debitum fatendo, quis eorum in expenſis condemnandus erit, D.62. lib.1. num.4.

Eodem actore plus petente, & reo totum negante, expenſa erunt compenſanda, deciſio. eadem, num. 5.

Pluribus de reb. vel bonis mariti, ſibi pro dotibus ſuis aſſignatis, renunciare poteſt mulier, Dec.43. libro ſecundo, numero 2.

Pontifex ſummus ſuper bigamia diſpenſat, D. 48. libro ſecun. num. 21.

Pontifex indicendo ferias, non niſi ſubditos ligare voluit, D. 31. lib.1. num.2.

Pontificis in menſe dicitur vacare beneficium vacãs in mẽſe Maij, & ipſi competit collatio, D.25. lib. 1. num. 1.

Pontifici non creditur, quod vtilis & ſolennis fuerit alienatio decimarum, niſi exhibeatur documentum, D.29. libro 1. num. 18.

Poſſeſſor in ſua poſſeſſione tuendus eſt, Deciſione 15. lib.1. numero 5.

Poſſeſſor iniuſtis ſeruatis ſeruãdis, & cum cauſa cognitione debet amoueri, D. 25. libro 1. num. 22.

Poſſeſſor etiam ſi ſit ipſo iure priuatus, non niſi cauſa cognita debet ex poſſeſſione ſua amoueri, ibid. num. 23.

Poſſeſſor malæ fidei non facit fructus ſuos, & ad reſtitutionem tenetur, Dec.55. lib.2. numero 81.

Sine cauſa cognitione poſſeſſor non debet ſua poſſeſſione ſpoliari, D.15. lib.1. num. 6.

Vltima quaſi poſſeſſio attendẽda eſt, Deciſio. 54. lib. 2. numero 6.

à Poſſeſſione intruſus remoueri debet, D.55. libro ſecundo, numero 56.

Poſſeſſorium & petitorium ratione præſcribendi differunt, ibid. num. 61.

Poſitionibus ſi non reſpondeat contumax, tanquam confeſſus condemnabitur, D.38. lib. 1. num. 1.

Poſſunt concordare partes de ſtando dicto vnius, D.62. lib. 2. num. 7.

Poſſe maius damnũ facere, & facere minus, arguit defenſorem. Deciſione 58. libro ſecun. num. 6.

Poteſt defenſionibus renunciari, D. 1. lib. 2. num. 4.

Poteſtas in exorbitantibus ſpeciali ratione, & limitatè conceſſa, non eſt extendenda, D. 55. lib. 2. num. 73.

Poteſtas iudicis ſæcularis inſpicitur à iudice Eccleſiaſtico ad effectum licentiam concedendi Clericis, vt coram ſæculari iudice examinari poſſint, D. 30. lib. 2. num. 8.

Poteſtatem Epiſcoporum in hac materia non eſſe indefinitam, ſed coarctatam, Deciſione 35. lib. 2. num. 25.

Potius erroris admiſſi, quàm falſi ſit præſumptio, Dec. 4. lib. 2. num. 4.

Prauitatis hæreticæ Inquiſitor cognoſcit in cauſa falſitatis coram ſe commiſſa, dec. 53. lib. 2. num. 22

Praxis Reos conſtituendi Reuerendiſſimi Guidonis, deciſ. 65. lib. 2. num. 2.

Praxis tranſumptandi teſtimoniales, deciſio. 48. libro 1. numero 6.

Practicantium communi ex vſu accuſator non concludit in ſuo libello accuſatorio, Dec. 1. lib. 2. num. 15

Præcedere debet in denunciatione monitio, deciſ. 10. libro 2. num. 41.

Præcedentem clauſulam non ampliat ſubſequens clauſula, D. 26. lib. 1. num. 6.

Præceptor Io. Andreæ fuit Marſilius, deciſione 55. libro primo num. 57.

Precioſiſſima res eſt fama, & ideo non venit à quolibet cordato negligenda, magnumque eam amittere damnum eſt, D. 10. lib. 2. num. 16.

Prægnans facta monialis, quæ aufugit è monaſterio, qualiter ſit punienda, deciſione 23. lib. 2. num. 3.

Præiudicat nequaquam confitenti confeſſio delicti, de quo non apparet, deciſio. 4. libro 2. num. 6.

Prælati inopia, & paupertate ſubſiſtente, Cathedralis Eccleſia tenetur ad funeralia ſui Epiſcopi, Deciſione 18. libro 1. num. 12.

Præparatorij Veneris actus probant adulterium. Dec. 12. lib. 2. num. 5.

Præparatoria adulterij adulterium probant, Deciſio. 21. lib. 2. num. 3.

Præparatoria adulterij operantur, vt onus transferatur in probandum contrarium, aliàs ſuccumbit, Deciſ. 21. lib. 2. num. 6.

Præparatoria Veneris probant al-

aliquam non eſſe virginem, D.92.lib.2.num. 21.

Habitus itidem, ibid. num. 22.

Conuerſatio pariter, ibid. n. 23.

Presbyteri, Sacerdotis virginem deflorantis pœna, dec. 63. lib.2.num. 4.

Presbyteri forenſes modo ſub iuriſdictione Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini Patriarchæ ſunt, Deciſ.62. libro 2. num. 5.

Presbyteri omnes Diœceſani tenentur ad mandata ſui Epiſcopi, Deciſione 18. libro 2.numero 29.

Præſcribi aliud ius poteſt, aliud verò non, Deciſione 54. lib. 2. num. 30.

præſcribi temporis ſpatio, etiam diuturna crimina iure canonico non poſſe, quibus in pœnis habeat locum, Deciſ.3.libro 2. num. 12.

Præſcriptum tantùm dicitur illud, quantum poſſeſſum, Deciſione 54. libro ſecundo, numero 29.

Præſcriptio vnde ortum habuerit. Deciſione 24. libro primo num. 5.

Præſcriptio aut totalis, aut quotatiua, Dec.29.lib.1. num. 15.

Præſcriptio priuilegium eſt odioſum, & rigoroſa exceptio cõtraria iuri, & æquitati naturali, D.24.lib.1.n.3.

Præſcriptio non extenditur de ſimilibus ad ſimilia, Dec. 54. lib. 2. num. 28.

Præſcriptio & conſuetudo, quomodo differant, ibidem numero 24.

Præſcriptio cum ſit odioſa, potius reſtringenda, quàm amplianda, ibid. num. 34.

Præſcriptio quæ ſuffragetur, & in quibus delictis, Dec.5.lib. 2. num. 9.

Præſcriptio fornicationis quanto tempore fiat, Dec.59. lib. 2. num.17.

Præſcriptio ſexagenaria, & etiam minoris temporis, vtpote annorum quadraginta, tam de iure Ciuili, quàm Canonico, quamcũq; tollit actionem, D.58.lib.1.num.1.

Præſcriptio triginta annorum valet in contractu emphyteutico, Deciſione 26. libro primo num.16.

Præſcriptionis tempus debet incipere currere à die commiſſi delicti, non autem ſcientia iudicis, D.59.lib. 2. num. 18.

Præſcriptioni fidem bonam interueniſſe nequaquam, contractus contra legum vigorem celebratus indicare ſolet, Dec. 58. lib.1. num. 9.

Præſcriptionem allegantí incumbit onus probandi, tanquam fundamentum intentionis allegantis, Dec. 24. lib. 1.num.2.

Præſcriptionem probans, & non bonam fidem, nulliter agere dicitur, deciſione 58. lib. 1. numero 8.

In præſcriptione longi temporis duo requiruntur, poſſeſſio nimirum, & bona fides, dec. 24. lib. 1. num. 11

Præſenti iuri renunciari poteſt, D. 1. libro ſecun. num. 3.

Præſentatio facta ab eo qui eſt in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi, prafertur præſentationi facta à proprietario iuris patronatus, dec. 54. lib. 2. num. 5.

Præſentationi facta à proprietario iuris patronatus, præfertur præſentatio facta ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi, ibidem, numero 5.

In præſentatione iuris patronatus, attenditur quaſi poſſeſſio, ibid. num. 3.

Præſentia ſuperioris ſuſpendit iuriſdictionem inferioris, Dec. 11. lib. 2. num. 6.

Præſumitur contra eum de cuius intereſſe agitur, D. 4. libro 2. num. 11.

Præſumitur contra ſolum inuẽtum cum ſola, D. 13. lib. 2. numero 34.

Præſumitur dolus, vbi vtilitas adeſſe cernitur, D. 4. li. 4. numero 12.

Præſumitur furtũ in dubio factum ab habitante in loco vbi fuit factum, vel etiam à vicinis, D. 13. lib. 2. num. 33.

Non præſumitur delictum, dec. 46. lib. 2. num. 20.

Præſumitur nequaquam delictum, niſi probetur, D. 16. libro 2. num. 5.

Præſumitur potius error, quam falſum, deciſio. 4. libro 2. numero 4.

Præſumitur quis poſſidere bona fide, vſquequo conſtet de mala fide, deciſio. 54. libro 2. numero 16.

Præſumitur ſemper actus factus iuxta diſpoſitionem iuris, dec. 26. lib. 1. num. 8.

Præſumitur quiſq; bonus, niſi probetur contrarium, Dec. 62. lib. 2. num. 27.

Præſumitur nemo delinquere niſi cum delictum ei poteſt eſſe fauorabile & vtile, D. 4. lib. 2. num. 14.

Non præſumitur delictum, niſi probetur, D. 62. lib. ſecun. numero 26.

Primus Canon Concilij Tridentini de reformat. matrimon. ſeſſ. 24. reuocatur penitus c. is qui fidem, de ſponſal. & matrim. D. 20. lib. 1. num. 1.

Primo teſtis dicto ſemper eſt ſtãdum, deciſione 62. lib. ſecundo, num. 10.

Prima ſolutio tollit ſecundam obligationem ex ea reſultantem,

tem, deciſione 41. libro 1. numero 8.

Prima virginis diffinitio elicitur ex l. vnica. C. de raptu virginum, talis ſcilicet: quod ea virgo ſit, quæ nunquam à viro fuit cognita, D.26. libro 2.num.4.

Principium à diffinitione faciendum, D.51. libro ſecundo, num. 4.

A principali ad acceſſorium in iure validum eſt argumentũ, D.10.lib.2.num.11.

Princeps qui duplici vtitur iuriſdictione penitus diuerſa inter ſe, in deciſione cauſarum non vtitur vna pro alia, ſeu diſiunctim vtramque ſeruat, D.58.lib.1.num.19.

Principis bona non ſoluunt Decimam, deciſio. 29. lib.1.numero 2.

Prior non habet poteſtatem alienandi bona Monaſterij, niſi ex cauſa, deciſio.41. lib.1. numero 6.

Prior Regularis habet omnimodam authoritatem in Monachos ſibi ſubiectos, D.41.libro 1.num.1.

Prior Regularis, qui concubinã infra ſepta Monaſterij, & in propriam Cellulam conducit, ipſam ibidem adulterando, & Sodomitando, qua pœna puniendus ſit, dec.65. libro 2. numero 10.

Priuari quis feudo non debet niſi iuris ordine ſeruato, D.23 lib.2.num.13.

Priuatum eſt raptus delictum, deciſio. 25. lib.2.num.10. Sed contrarium vide infra, numero 8.

Priuatum delictum eſt furtum, deciſio.25. libro 2.numero 29. Sed vide infra contrariũ numero 35.

Priuatum eſt delictum iniuria, D.10.lib.2.num.36.

Priuilegium Canonis perditur difficilius, quam priuilegium fori, D.48.lib.2.num.8.

Priuilegium fori perditur facilius, quam priuilegium Canonis, D.48.lib.2.n.8.

Priuilegium perſonale ſequitur perſonam, deciſi.15. libro 1.numero 30.

Priuilegium præſcribitur ſpatio quadraginta annorum, D.1 lib.1.num.7. & infra, numero 19.

Priuilegium principis proprio motu conceſſum, quomodo ſit interpretandum, D.65. lib.1. num.5.

Priuilegium pontificis motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſum de Decimis non ſoluẽdis, an habeat locum de bonis tantum poſſeſſis tempore priuilegij conceſſi, vel etiam de poſtea acquiſitis, ibidem, num. 6.

Priuilegium quando ob non vſum tollatur, Deciſio.15. lib.1. num.37.

Priuilegij definitio, deciſ.15. lib. 1.num.11.

Priuilegij verba debent diligẽter attendi, Deciſio.55. lib.2. num. 41.

Priuilegio quis renunciare poſſit, & quomodo, Deciſ.15. lib. 1.num.31.

Priuilegium perdit Regularis Apoſtata, ſordidus, & criminoſus, cap. ſi quis ſuadete Diabolo, Dec.48. lib. 2. num.6.

Priuilegio ſuperueniente quis eximi poteſt à iuriſdictione ſaeculari, D.48.lib.2.num.15.

Qui priuilegium allegat, iſtud oſtendere habet, deciſ. 55. lib. 2.num.68.

Priuilegio fori vt quis fruatur, Regularis operatur habitus, D.57.lib.2. num.9.

Ex ſuperueniēti priuilegio quis eximitur à iuriſdictione ſaeculari, Deciſione 48. libro ſecun. num.15.

Priuilegia pontificum ſunt latiſſimè interpretanda, D. 65. lib.1.num.3.

Priuilegia pontificum non ſunt latiſſimè interpretanda, quãdo agitur de intereſſe tertij, D. ead.num.4.

Priuilegia voluntaria videntur ad merum vſum voluntarium, D.15. lib.1. num. 27.

Priuilegiatus ratione priuilegij forum priuilegiantis domini, qualiter ſortiri dicatur, deciſ. 10. lib. 2. num. 3.

Praeſumitur ſemper virgo non carnaliter cognita, niſi contrarium probetur, dec.26, lib. 2.num. 16.

Praeſumptio iuris recipit probationem in contrarium, D. 21. lib.2. num. 7.

Praeſumptio iuris & de iure non recipit probationem in cõtrarium, Dec. 12. lib. 2. num. 6. fallit tamen, vt n.7. ibid.

Praeſumptio mala oritur ab inſolitis. D. 13. lib. 2. n. 39.

Praeſumptio reſultans ex bona fama offuſcatur ab alijs malis praeſumptionibus, Dec. 13. lib.2. num. 48.

Praeſumptionem doli, fama bona probata facit ceſſare, dec. 50. lib.2.num.19.

Praeſumptionem malam inducunt variatio & mendaciũ, D.13.lib.2. num. 36.

Praeſumptionem tantum faciũt & indicium non conuincentes viles teſtes, etiam in criminibus cum non ſint omnino integri, D.28. lib. 2. num. 14.

Praeſumptionem aliquam faciunt teſtes qui ſunt ſingulares, D.13.lib.2.num. 46.

Praeſumptionem faciunt teſtes de auditu, Deciſione 48. libro 2.num. 37.

Præſumptiones iuris recipiunt probationem in contrarium, D.26.lib.2.num. 20.

Præſumptionibus iuris ſtandum eſt, Dec.21.lib.2. num.4.

Præſupponitur Iudex iniuriatus inimicus iniuriantis, & ob id à ſententiando repellitur & iudicando, Dec. 10. lib. 2. numero 18. vt teſtis iniuriatus & inimicus à teſtificando, & infra num. 32. quo caſu poſſit iudicare, vide infra, n. 26.

Præueniendo ſæcularis iudex, remanet iudex, deciſione 48. lib. 2. num. 9.

Praua non habita prius cauſæ cognitione aliquem condemnare, non eſt punire, ſed delictum committere, dec. 23. lib.2.num.11.

Non probat amicus valde intrinſecus, Deciſione 49.lib. 2. num.17.

Non probat teſtis vnicus, D.62. lib.2.num. 28.

Non probat teſtis ſingularis, D.53.lib. 2. num.9.

Non probat teſtis qui veriſimile non deponit, dec.49. libro 2. num. 7.

Non probat teſtis infamis, dec. 53.libro 2.num.3. & deciſ.49. lib. 2.num.51.

Non probat teſtis, etſi veritas aliter haberi poteſt, ſi erat inimicus, deciſione 45.libro ſec. num. 49.

Non probat teſtis confeſſus & excommunicatus, Dec.49.libro 2. num. 15.

Non probat teſtis, quando tempus eſt de ſubſtantia, tempus non probando, dec.46. libro 2. num. 21.

Non probat teſtis habens affectionem cauſæ, de qua tractatur, D.49.lib.2.num.18.

Non probat comparatio literarum, Deciſione 49.libro 2.numero 16.

Probant nequaquam teſtes de auditu, niſi in antiquis, deciſ. 11.lib.1.num.1.

Probans in his, quæ excedunt ſpacium viginti annorum, D. 11.lib.1.num. 10.

Probant plus teſtes deponendo in ſpecie quam in genere, Dec. 49.lib.2.num.6.

Non probat teſtis inimicus contra inimicum, etiam cum tortura, D.49.lib. 2. num.50.

Non probat teſtis mercenarius vel garzonus, dec. 53. libro 2. num.12.

Non probat teſtis quando de re ſua agitur propria, dec. 53. lib. 2.num. 10.

Non probat teſtis varius etiam ſi depoſuerit, deciſ. 53. libro 2. num.4.

Non probat teſtis dicens vnum, poſtea deponens aliud, dec.49. lib.2. num. 11.

Nō probat teſtis contrarius, de-

ciſione 62. libro ſecundo, numero 29.
Probant plenè duo teſtes, etiam in criminalibus, D. 52. libro 2. numero 1.
Non probant teſtes falſi, licet emendati, deciſio. 49. libro 2. numero 28.
Non probant teſtes de ſuo intereſſe & de ſe exonerando, Dec. 49. lib. 2. num. 39.
Non probant teſtes, qui verbis non conueniunt, D. 49. libro 2. num. 41.
Non probant teſtes qui vtilitatem in ſingulari ſunt percepturi, D. 49. lib. 2. n. 19.
Non probant periuri & falſarij teſtes, D. 49. lib. 2. n. 31.
Non probant teſtes inhabiles, quoad condemnationem, Dec. 53. lib. 2. num. 13.
Non probant teſtes formalibus in verbis diſcordantes, D. 53. lib. 2. num. 6.
Non probant teſtes contrarij, D. 49. lib. 2. nu. 14.
Non probant teſtes de auditu, D. 49. lib. 2. num. 36.
Non probant teſtes citata parte non repetiti, D. 37. lib. 2. numero 7.
Probare non poteſt criminis ſocius de ſe confeſſus contra cõſocium, & rationem ibi videto, D. 14. lib. 2. num. 2.
Probari debet ante omnia, nunquid Venenum malum ſit, deciſione 50. libro ſecundo, numerò 6.
Probari ex cõiecturis ſolent adulteria, deciſio. 21. lib. 2. numero 2.
Probari debet indicium quodlibet ſaltem per duos teſtes, D. 52. lib. 2. num. 15.
Probatur item ex publica voce, & fama, Dec. 47. lib. 2. numero 8.
Probatur ſcientia ſecundæ vxoris ex mutua conuerſatione, D. 47. lib. 1. num. 11.
Probatur ſcientia ſecundæ vxoris, quando matrimonium primum publicè contractum fuit, D. 47. lib. 1. num. 5.
Probatur etiam ex depoſitione vnius teſtis, ibid. num. 6.
Non probatur ſcriptura per cõparationem, niſi probetur per teſtes, qui illam viderint ſcribere, D. 52. lib. 2. nu. 19.
Ex quibus probentur inimicitiæ capitales, deciſio. 49. libro 2. num. 35.
Probante nequaquam actore, Reus abſoluitur, tritiſſima iuris regula, deciſio. 36. libro 1. numero 1.
Regulaq́; hæc procedit, quando vterq; æquè probauerit in paritate & numero teſtium, ibidem, num. 2.
Probata legitimè indicia ſufficiunt ad torturam, D. 13. libro 2. num. 52.

Qua

Quæ procedunt multo magis, quando plura procedunt indicia ab ore inquiſiti, & ſumus in atroci crimine in occultis committi ſolito, ibidem, numero 53.
Non probatum delictum, non præſumitur, deciſio. 62. lib. ſecun. num. 26.
Probandi onus incumbit actori, D. 4. lib. 1. num. 7.
Probãdi onus incumbit ipſi alleganti, D. 29. libro 1. num. 8. & deciſ. 26. lib. 1. num. 3. & D. 55. lib. 2. num. 50.
Ad probandum in iudicio ſcripturas, manu eſſe ſcriptas, duo requiruntur teſtes, D. 32. libro 2. num. 21.
Ad probandum quis non admittitur, quod probatum non releuat. deciſione 4. lib. 1. numero 8.
De probando aliquo toto cum agitur, & vnus probat de vna parte, alter de altera, ex quibus totum illud perficitur, teſtes ſingulares plenè probant, D. 52. lib. 2. num. 5.
Probando adulterium quid teſtis probare debeat, D. 21. lib. 2. num. 1.
Probatio admittitur qualibet, quando veritas aliter haberi non poteſt, deciſio. 52. libro 2. num. 8.
Probatio contra confeſſionem propriam admittitur, & eſt communis, deciſio. 62. libro 2. num. 38.
Probatio amicitiæ, D. 64. lib. 2. num. 38.
Probato delicto principali de acceſſorijs, poſtea ſtatur iuramento damnum paſſi, Dec. 26. lib. 2. num. 18.
Probatio quando admittatur contra propriam confeſſionẽ, D. 62. lib. ſecun. nu. 12.
Probatio inimicitiarum, D. 64. lib. 2. num. 13.
Probatio erroris illi incumbit, qui illum allegat, D. 4. libro 2. num. 29.
Probatio fit adulterij per præparatoria eiuſdem, D. 21. libro 2. num. 3.
Probatio nulla maior, quam propria oris confeſſio, Dec. 46. lib. 2. num. 3.
Probationem in contrarium, recipit præſumptio iuris, & de iure, Dec. 12. lib. ſecundo, numero 6.
Fallit tamen, vt num. 7. ibid.
Probationem tantum facit ſemiplenam confeſſio de crimine extraiudicialis, D. 38. libro 2. numero 1.
Probationem in contrarium recipiunt iuris præſumptiones, D. 26. lib. ſecun. nu. 20.
Probationem tantum ſemiplenam, facit comparatio literarum, Dec. 52. lib. ſecundo, numero 22.

Probationem in contrarium recipit iuris præſumptio, Dec. 21. lib. 2. num. 7.

Probatione non indiget id quod notorium eſt, deciſ. 9. libro 2. num. 8.

Probationes in criminalibus ad offenſam deſiderantur clariſſimæ, & luce meridiana clariores, D. 61. lib. 2. num. 21.

Probationes in criminalibus debent de neceſſitate concludere, dec. 51. lib. 2. n. 17.

Vbi ſunt aliæ probationes, comparatio ipſa fieri non debet, ibid. num. 26.

Probationes imperfectæ non cõiunguntur ad faciendam plenam probationem, ibidem numero 14.

Probationes aliæ vbi ſunt, comparatio ipſa fieri non debet, ibid. num. 26.

Probationes luce meridiana clariores requiruntur in criminalibus, D. 46. lib. 2. nu. 1.

Probationes requiruntur non aſſertiones, deciſio. 29. libro 1. num. 17.

Procedens ex officio Iudex ſuccumbens tenetur vti accuſator, & vti talis plectendus eſt, dec. 11. lib. 2. num. 13. & 14.

Proceſſus remiſſionis & commiſſionis, quæ ſit differentia, & quatenus ſapiat iuriſdictionem D. 19, libro ſecundo, numero 14.

Proceſſu inchoato, vel ſententia contra poſtea factum Regularem prolata, iudex non deſinet eſſe iudex. D. 48. lib. 2. nu. 13.

Super proceſſu informatiuo cum qualitatibus excuſatorijs cõfeſſio litis conteſtationem non inducit, Deciſ. 46. libr. 1. numero 13.

Procurator, an ſit admiſſus, necne? non ſpectat ad aduerſarium recipientem, ſed ad ipſum conſtituentem, D. 14. libr. 1. num. 13.

Procurator, effectus dominus litis, ſubſtituere poteſt, etiamſi non habeat facultatem ſubſtituendi, D. 55. lib. 1. numero 6. & 7.

Procurator admiſſus à parte, geſta per eum tenent, D. 14. libro 1. nu. 6.

Procurator acceptando depoſitiones inualidas teſtium, domino non præiudicat, Deciſio. 13. lib. 2. numero 14.

Procuratorium mandatum ad cauſam requiritur, aliàs proceſſus, & ſententia dicuntur nulla, Deciſ. 68. libro 1. numero 1.

Prodeſſe multum poteſt inquiſito inſpectio inſtrumenti, cum quo delictum commiſſum prætenditur, Deciſ. 13. lib. 2. numero 4.

Prodigus bonæ ſuæ famæ, & eã negli-

negligens tutari, crudelis eſſe dicitur, Deciſi. 16. libro ſecundo, num. 15.

Producens unum titulum, illumque malum, infectum, vel vitioſum, præſumitur, quod ſi meliorem habuiſſet illum allegaſſet, D. 55. lib. 2. num. 69.

Producentis ancilla nō probat, Deciſ. 49. lib. 2. nume. 16.

Ex productione iurium arguitur calumnia aduerſariorum, Deciſion. 55. libro ſecundo, numero 42.

Proferentis verba dubia, eſt eadem interpretari, D. 34. lib. 2. num. 3.

In profitendo Regulam approbatam, quæ requiratur ætas, Deciſione 58. libro ſecundo, num. 7.

Profeſſio Regularis non ante annum ſextumdecimum completum emittatur, & niſi per annum prius ſteterit in probatione Regulæ, aliàs profeſſio nulla eſt, Deciſ. 48. lib. 2. nu. 1.

Profeſſio per vim emiſſa, infra quinquennium profeſſo reclamante, facit ipſam nullā declarari, aliàs elapſo quinquēnio non auditur ulterius, Deciſ. 48. lib. 2. num. 2,

Profeſſio tacita operatur idem quod ſponſalia iurata, D. 57. lib. ſecun. num. 29.

Profeſſio tacita quando dicatur emiſſa, ibidem, num. 30.

Profeſſio Regularis facit quem monachum, vel monacham, ibid. num. 20.

Per vim emiſſa profeſſio, infrà quinquennium profeſſo reclamante, facit ipſam nullam declarari, aliàs elapſo quinquēnio non auditur ulterius, Dec. 48. lib. ſecun. nu. 2.

Profeſſionem inducit tacitā habitus Regularis delatio, D. 57. lib. ſecun. nume. 8.

Profeſſus Regularis, quod detineri nō poſſit, Canonis gaudet beneficio, Deciſione 48. lib. ſecun. num. 12.

Non profeſſa Monialis, matrimonium carnale poteſt cōtrahere, Deciſ. 57. libro ſecundo, num. 18.

Non Profeſſa Monialis, non dicitur liberata à foro ſæculari, ibid. num. 17.

Prohibitiuam diſpoſitionē ſubſequens ſimplex diſpoſitio, ſecundum illam intelligi debet, D. 7. lib. ſecun. num. 6.

Promiſſio non obligat promittētem, ſi ab altero promiſſio non acceptatur, D. 69. lib. 1. nu. 2.

Promittens ſoluere in certo loco, ad eum inuitus trahi non poteſt, niſi perſonaliter ibi reperiatur, D. 48. libro 1. numero 9.

Promittens ſe obligare, habetur pro obligato, Deciſ. 69. libro 1. num. 1.

Fra-

Pronunciatur extraordinariè ſententia, quando ex coniecturis, & præſumptionib. fertur, D.9. lib. 2. num.1.

Pronuncia Iudicis, ſententiam à ſe latam tranſitum feciſſe in rem iudicatam, eſt interlocutoria, ſed habet vim diffinitiuæ, D.27. lib.1. num. 3.

Propoſitio hæc: Hoc eſt delictū publicum, quilibet ergo poteſt accuſare, non eſt recepta in iure, nec conuertibilis, Dec.15. li.2. num. 14.

Propria oris confeſſione nulla maior probatio, dec. 46. libro 2. num. 3.

Propriam contra confeſſionem quando probatio admittatur, D.26. libro 2. num.12.

Propria in cauſa iudex iudicare non debet, Deciſ. 10. lib. 2. numero 34.

Prorogari non poteſt iuriſdictio delegata de perſona ad perſonam, Dec.49. li.1. num. 4.

Prorogatur tamen iuriſdictio de tempore ad tempus, & ſic etiam re integra, ibidem, numero 3. ac etiam de re ad rem, vt num. 6.

Proteſtatio quādo attendatur, D. 25. lib.1. num. 13.

Proteſtatio prodeſt proteſtanti, præſertim in cauſa matrimonij metu contracti, D.63. libro 1. num. 8.

Prouiſis pro validitate prouiſionum ſibi factarum docere de poſſeſſione, vel quaſi ſuorum collatorum, tempore prouiſionum factarum, ſatis eſt, nec aliud ab eis exigitur, D.54. lib. 2. num. 22.

Puniri non poteſt teſtis, nulliter examinatus deponendo falſum, D.62. libro ſecundo, numero 13.

Cum punitur Sodomita, pariter Cinædus eſt puniendus, D. 57. libro 2. num. 24.

Non punitur fornicatio ſimplex de iure ciuili; ibidem numero 27.

Non punitur delictum vi permiſſum, ibid. num. 25.

Publica fama facit indicium, & quomodo probetur, Dec.13. lib.2. num. 41. & 42.

Publica vox & fama, plurimū attendenda ad probandum, an mulier corrupta, vel virgo ſit, Dec.26. lib.2. num.24.

Publica meretrix infamis eſt, D. 3. lib. 2. num. 9.

Publica licet ſit meretrix, & venalis, coitum tamen petenti denegare poteſt: quia non tenetur ad criminis mortalis perpetrationē, idq; contra Decij opinionem, D.33. lib. ſecun. num. 11.

Publica delicta ea dicuntur, ad quorum accuſationem, quilibet de populo admittitur. D. 25. lib. ſecun. num. 18.

Publica inter delicta enumeratur vis, ſiue publica, ſiue priuata, deciſione 25. lib. ſecundo, num. 36.
Publicum de iure Canonico quodlibet delictũ appellatur, D. 10. lib. 2. num. 38.
Publicum eſt officium aduocatorum, & inuentum vt ſuccurratur ius ſuum tueri, & cauſam dicere ignorantibus, D. 27. lib. ſecun. nu. 2.
Publicum eſt delictum adulterium, & ob id ſubiacet Iudicis inquiſitioni, quæ ipſi iudicatus ſui competit ratione, D. 3. lib. 2. num. 7.
Publicum eſt delictum furtum, vt rapina, dec. 25. lib. ſecundo, num. 35.
Publicum delictum appellatur rapina, ibid. num. 35.
Publicum dicitur quodlibet delictum de iure Canonico, Dec. 15. lib. 2. num. 6.
Publicũ delictum poteſt à quolibet de populo accuſari, & quodnam delictum publicum dicatur, ibid. num. 1.
Publicatio & exceptiones contra teſtes, non ſunt de ordine ſubſtantiali iudicij, ſed ſolum de ordine & iuſtitia iudicij, D. 54. lib. 1. num. 2.
Publicatio teſtium eſt de ordine iudiciali iuſtitiæ, D. 53. libro 1. num. 5.
Pudicitiæ laudes ex Cypriano de duodecim abuſionibus, D. 26. lib. 2. num. 1.
Punire hæreticos nedum iuſtũ, ſed & neceſſarium eſt, D. 31. lib. 2. num. 6.
Puniri non debet delinquens in eo, in quo non deliquit, neq; vltra delictum, dec. 7. lib. ſecundo, num. 1.
Puniri non debet acrius iudex delinquens: delinquendo enim plus delinquit, D. 66. lib. 2. num. 15.
Puniri grauius nullus debet, quàm exigat delictum ab ipſo perpetratum, D. 7. libro 2. numero 15.
Puniri debet qui deliquit, deciſ. 57. lib. ſecun. num. 22.
Puniri debent delicta, vbi commiſſa ſunt, D. 60. lib. 2. nu. 3.
Puniri non conuictus, non debet, deciſione 02. lib. ſecundo, num. 20.
Puniuntur ſemetipſos occidentes, dec. 1. lib. 2. num. 11.
Puniendus eſt iudex, qui aduocato denegat iuſtitiam, D. 27. lib. ſecun. num. 6.
Punienda ſunt verba ſi incontinenti non fuerint reuocata, D. 34. lib. 2. num. 4.
Punienda qualiter ſit monialis prægnas facta, quæ è monaſterio aufugit, D. 24. libro ſecundo, num. 3.
Punienda eſt minus falſitas contra fiſcum commiſſa, D. 53. lib. 2. n. 24.

Pu-

Puniendum non eſt falſum nemini nocens, D. 4. libr. ſecun. num. 7.

Punito adultero puniri debet etiam adultera, D. 57. libr. ſecun. num. 23.

Purificanda primo ſunt narrata, & conditio petentis vel agentis, Deciſione 25. libro 1. numero 4.

Q.

QValificata cõfeſſio facta ad vnum effectum, effecium contrarium operari non debet, Deciſ. 46. libro 2. num. 17.

Qualificata confeſſio, differt ab excuſatione confeſſionali, ibi. num. 15.

Qualificata confeſſio tanquam connexa diuidi poteſt, & pro parte acceptari, & pro parte reſpui, ibidem, num. 26.

Qualificata confeſſio diuiditur, ſæpè ſæpius in cauſis ciuilibus, ibid. num. 31.

Qualificata confeſſio poteſt diuidi, & pars acceptari, & altera pars reſpui, ibidem, numero 9.

Qualificata confeſſio diuiditur, & ſtatur pro ea parte pro qua adſunt indicia, vel præſumptiones, ibidem, num. 16.

Qualificata cõfeſſio diuiditur, niſi in continenti fiat, ibi. numero 29.

Qualificata confeſſio non diuiditur, ſed qualitas concernens factum diuerſum à confeſſione diuiditur, ibidem, numero 30.

Qualificata confeſſio non poteſt ſcindi, ibid. num. 11.

Qualificata confeſſio in criminalibus nunquam diuiditur, ſed cum ſua qualitate accipitur, vel reſpuitur, ibidem, numero 32.

Qualificata confeſſio in criminalibus debet in totũ acceptari, vel in totum reſpui, nec diuidi poteſt, ibid. num. 10.

Pro qualificata confeſſionis declaratione Lanfranci de Oriano cautela, ibid. num. 27.

Qualificatè confitendo reus, nunquam verè dici poteſt cõfeſſus, ibid. num. 19.

Qualitas cõcernens factum diuerſum à conuerſione, non autem confeſſio qualificata, diuiditur, ibid. num. 30.

Qualitatem alterantem, ſi adiunctum habeat crimen, ea non verificata qualitate, crimen corruit, Dec. 13. li. ſecun. num. 5.

Qualitatem & eſſentiam perſonarum arguit habitus, Dec. 57. lib. 2. num. 13.

Qualibet pœna extraordinaria, excepta morte, furtũ punitur, Deciſione 25. lib. ſecun. num. 32.

Quali-

Qualiter quone modo inquires, & inquiſitus dicantur correlatiui, Deciſione 10. libro ſecundo, num. 10.

Qualiter virgines haberi debeant, & ſint, quæ inuitæ à viris cognitæ, clauſtra habent pudoris reſerata, Dec. 26. libr. 2. nu. 6. & vide infra nu. 14.

Quamuis non decidit deciſio, tamen adhuc deciſio dicitur, D. 7. lib. 1. nu. 3.

Quauis ſuſpicione etiã non conſtito de corpore delicti Iudex deuenire poteſt ad capturam, Deciſione 13. libro ſecun. numero 1. & 2.

Quando aliter non appareat de delicto, confeſſio dubia nõ nocet reo confitenti, Deciſio. 46. lib. 2. num. 5.

Quando antiquis fides ſit adhibenda, D. 55. lib. 2. nu. 53.

Quando duæ leges concurrunt, à potentiori lata, ſeruãda eſt, vtpotè lata à Summo Pontifice, & non ab Ordinario alicuius ciuitatis, Deciſ. 42. lib. 2. num. 12.

Quando de electione peritorum agitur, magis periti ſunt eligẽdi & adhibendi, Deciſion. 13. lib. 2. num. 7.

Quando iuris Canonici diſpoſitioni in delictis ſtandum ſit, D. 15. lib. 2. nu. 7.

Quando profeſſio per vim emiſſa eſt, infra quinquenniũ profeſſo reclamante, facit ipſam nullam declarari, aliàs elapſo quinquennio non auditur vlterius, D. 48. lib. 2. num. 2.

Quando quis dicatur abeſſe, D. 53. lib. 1. num. 2.

Quando quis eſſe poſſit iudex, & accuſator, vel non. D. 10. lib. 2. num. 40.

Quando videatur obſtare renunciatio mulieri, Dec. 43. libro 2. num. 4.

Quando vir mulieri conſentienti infert oſculum, id pro luxurioſo habetur, D. 47. lib. 2. num. 6.

Quando teſtis nõ probet de his, quæ vidit in tenera ætate, D. 49. lib. 2. num. 23.

Quando variatio non fit ſuper facto non principali in Reo, dubium eſt, an conſiderari debeat præſertim cum modica variatio abeſſe variante non poſſis, vide tamen infra, D. 13. libro 2. num. 24.

Quando veritas aliter haberi non poteſt, qualibet probatio admittitur, Deciſio. 52. libr. 2. num. 8.

Quandoque tenet obligatio pro vna, & non pro altera parte, Deciſione 79. libro primo, numero 4.

Quandocunque confeſſio, vſque ad ſententiam diffinitiuã excluſiuè reuocari poteſt, D. 31. lib. 2. num. 1.

Quam-

Quandecunq; periti produci, & examinari poſſunt, D.13. libro 2. num. 8.

Quandocunq; reuocari poſſunt attentata, D. 6. libro 1. numero 9.

Quantitatis loci, & perſonæ ratione delicta aggrauantur, D. 25. lib. 2. num. 37.

Quarta portio funeraliũ competit Curatis, D. 18. lib. 1. nu. 1. & quare, num. 2.

Quaſi poſſeſſio vltima attendẽda eſt, D. 54. lib. 2. num. 6.

Quaſi poſſeſſio attenditur in iuris patronatus præſentatione, ibid. num. 3.

Quatuor requirit abſolutio ab excommunicatione Canonis maioris, deciſio. 35. lib. 2. numero 24.

Quæ dicatur ſeparatio legis, D. 46. lib. ſecun. num. 22.

Quæ dicatur ſeparatio confeſſionis hominis, D. 46. lib. 2. numero 24.

Quæ præſcriptio contra decimarum ſolutionem non attendatur, deciſione 29. lib. 1. numero 14.

Quæ dicatur cauſa legitima, vt Epiſcopus poſſit facere Eccleſiam patronatam, D. 55. libro 2. num. 31.

Quæ verè dicatur cauſa matrimonialis, Dec. 28. lib. ſecundo, num. 8.

Quæ præſcriptio attendatur, D. 55. lib. 2. num. 63. & num. 65. & 66.

Quæ præter ſolitum fiunt, ſuſpitionem falſitatis inducunt, D. 4. lib. 2. num. 15.

Quæ facienda ſint ab Epiſcopo, antequam conſentiat iuri patronatus, D. 55. lib. ſecun. numero 11.

Quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, deciſio. 41. lib. 1. numero 18.

Quæ requirantur ad probandã famam, de aliquo crimine realiter admiſſo, D. 13. libro 2. num. 23.

Quæ ſunt meræ facultatis, & quæ ex gratia conceduntur nõ inducunt conſuetudinem, dec. 54. lib. 2. num. 27.

Quæ ſunt meri imperij, non delegantur, nec competunt, niſi Principibus ſuperiorem nõ recognoſcentibus, deciſio. 23. lib. 2. num. 17.

Quæ non ꝓſunt ſingula, multa iuuant, & quando procedat, deciſione 13. lib. 2. numero 50. & 51.

Quælibet legis diligentia excuſat appellantem à deſertione appellationis, D. 27. libro 1. num. 2.

Quænam Symoniæ differentia, D. 5. lib. 2. num. 8.

Quænam dici mulier honeſta debeat, deciſione 33. lib. 2. numero 1.

Quæ-

Querelantis offenſi teſtis amicus, ad torturam non facit indicium, Deciſione 50. libro 2. num. 13.
Quæſtio à quo incipi debeat, arbitrio iudicis relinquitur, D. 39. libr. 2. num. 11.
Quæſtioni locum facit teſtium contrarietas, D. 39. lib. ſecun. num. 9.
Item reuocatio depoſitionis factæ, ibid. num. 10.
Qui fuerit tortus, nec quicquã tamen confeſſus, abſoluitur, Deciſione 45. libro ſecũ. nũ. 4.
Qui habet caſum legis apertum vagari non debet, D. 55. libro ſecun. num. 62.
Qui producit Inſtrumentum, videtur fateri contenta in eo, ibid. num. 43.
Qui ſentit commodum & incommodum ſentire debet, Dec. 57. lib. 2. num. 11.
Qui tacet, & loquendo obuiare poteſt, cõſentire videtur, Dec. ſecu. lib. 1. numero 12.
Qui vnum titulum producit, et illum malum, infectum, vel vitioſum præſumitur quod ſi meliorem habuiſſet illum allegaſſet, Dec. 55. lib. ſecun. num. 69.
Qui affirmatiuè non deponunt teſtes, non probant, Deciſ. 49. lib. ſecun. num. 6.
Qui non conueniunt in verbis teſtes, non probant, ibi. nu. 41.
Qui non dotant Eccleſiam, ius potronat. non exercent, Dec. 55. lib. ſecun. num. 47.
Qui ſemetipſos occidunt, puniuntur, D. 1. lib. ſecun. num. 11.
Quibus in delictis, & quanam præſcriptio ſuffragetur, Dec. 5. lib. ſecun. num. 9.
Quibus quotve modis, quis dicatur alicuius Ordinarius, Deciſio. 10. libro ſecun. nu. 2.
Quibuſnam virginibus Aureola debeatur: Ioannis de Capiſtrano ſententia. Deciſio. 26. libro ſecundo num. 11.
Quicunque de populo, qui admittitur ad accuſandum delicta publica, debet eſſet ciuis illius loci, D. 25. lib. 2. nu. 22.
Quilibet arbiter, & moderator ſui rerumque pariter ſuarum eſt, Dec. 1. lib. ſecun. num. 6.
Quilibet clericus, vel ſacerdos tam ciuiliter, quam criminaliter coram duntaxat ſuo Iudice ordinario conueniri debet, Dec. 10. lib. ſec. nu. 1.
Quilibet del ctà in Dei offenſã commiſſa, accuſare poteſt, D. 25. lib. ſecun. num. 19.
Quilibet de populo poteſt delictũ publicum accuſare, & quodnam delictum publicum dicatur, Dec. 25. lib. ſec. num. 1.
Et nunquid actio hæc popularis accuſandi publica delicta, competat, ciuibus tantum, vel omnibus, ibid. nu. ſecun. & 4.
Quilibet, & in omni caſu in

cauſa hæreſis tenetur reuelare delinquentes, nec vlla excuſatione poteſt ſe tueri, deciſ. 51. libro 2 num. 6.

Quilibet tenetur reuelare delinquentes in cauſa læſæ Maieſtatis, D. 51. lib. 2. nu 2.

Quid requiratur vt oſculum ad effectum dicatur luxurioſum, dec. 47. lib. 2. num. 7.

Quid operentur indulta Cardinalibus ordinarijs collatorib. conceſſa, D. 54. lib. 2. num. 13.

Quidpiam quando certo quis ſcire dicatur, deciſ. 47. libro 1. num. 13.

Quis habens duo priuilegia, amiſſo vno, altero vti poterit, D. 10. lib. 1. num. 18.

Quis non admittitur ad reuocandam confeſſionem ſuam, niſi alleget, & probet errorem, ob quem confeſſus aſſeritur, dec. 31. lib. 2. num. 3.

Quis reuelare non tenetur, ſi ſecretò ab amico aliquid audiuit, deciſione 51. libro ſecundo, num. 4.

Quis non tenetur aliquid reuelare, ſi non poteſt id quod reuelat, probare, & eſt communis, dec. 51. lib. 2. num. 3.

Quis non tenetur de iure communi reuelare delinquentes, ibid. num. 1.

Quiſpiam præſumitur viuere vſq; ad centum annos, dec. 53. lib. 2. num. 76.

Quiſpiam ſine inditijs inquiri debet, D. 4. lib. 2. num. 1.

Quo ad Deum abſolutus, non dicitur abſolutus quo ad Eccleſiam, D. 36. lib. 2. num. 18.

Quomodo ſit puniendus fornicator Regularis, dec. 56. lib. 2. num. 12.

Quod ego poſſum facere per me, poſſum & per miniſtros meos, dec. 22. lib. 2. num. 4.

Quod fit lege permittente, pœnam non meretur, ibidem numero 2.

Quod fit ſeruitutis gratia, non meretur mercedem, dec. 18. libro 1. num. 11.

Quod non eſt veriſimile, vt pote habens falſitatis imaginē, credi non debet, dec. 13. lib. 2. num. 20.

Quod non reperitur exceptum a regula, ſub ea remanet, dec. 1. lib. 2. num. 2.

Quod nullum eſt, nullam fidem facit, D. 21. lib. 2. num. 2.

Quod nullum eſt, nullum operatur effectum, dec. 53. libro 1. num. 1.

Quod nullum eſt, operatur vt & quod ſequitur ex eo, nullum dicatur, ibid. num. 2.

Quod ab initio nō valet, ex poſt facto non reconualeſcit, Dec. 47 lib. 1. num. [illegible].

Quod humanitatis eſſe d[illegible], ſeruitutem non inducit, D. 55. lib. 2. num. 8.

Quod

Quod potuit noluit, & quod voluit adimplere nequiuit, trita in is Regula, dec. 11. lib. 2. numero 11.

Quod prouenit à muliere oſculum dicitur luxurioſum, D. 13. lib. 2. num. 4.

Quod vni conceditur, alteri denegatur, deciſione 21. libro 2. num. 6.

Quodlibet delictū de iure Canonico publicum appellatur, Deciſione 10. lib. 2. num. 38. & D. 25. lib. 2. num. 6.

Quodlibet iudicium debet ſaltem probari per duos teſtes, D. 52. lib. 2. num. 15.

Quodnam ius ſponſus habeat in ſponſam, deciſio. 15. libro 2. num. 11.

Quomodo contrahatur domicilium, dec. 23. lib. 1. nu. 2.

Quotieſcunque index ex officio procedens ſuccumbit, tenetur Senatuſconſul. Turpilliano ſicuti accuſator, deciſ. 25. lib. 2. num. 21.

R.

Rapiens monialem, dicitur committere delictum, cū principaliter in offenſam Dei committi dicatur, dec. 25. lib. 2. num 15.

Rapina delictum eſt grauius ipſo furto, iuxta doctrinā Hip. de Marſilijs, deciſio. 25. lib. 2. nume. 26. & vide infra, numero 34.

Rapina & furtum dicūtur affines, ibid. num. 3.

Rapina ſpecies eſt furti, ſecundum Bartolum, ergo furtum grauius eſt delictum, dec. 25. lib. 2. num. 27.

Rapina abſq; vi nequaquā dari poteſt; ibid. num. 28.

Rapina delictum publicum appellatur, ibid. num. 30.

Rapinæ & furti finis idem non eſt. D. 25. lib. 2. num. 4.

Rapinæ impoſita eſt pœna mortis naturalis, & bonorum confiſcatio, ibid. num. 31.

Raptus deſinitio, ibid. num. 17.

Raptus diffinitio ſecundum opinionem Clari & Capollæ, dec. 17. lib. 2. num. 1. quæ reprobatur, num. 7.

Raptus diffinitio iuxta Cataldini opinionem, ibidem numero tertio.

Raptus deſinitio vera ſecundū opinionem Authoris, ibidem num. 4.

Raptus delictum eſt priuatum, dec. 21. lib. 2. num. 10. ſed contrarium vide infra, n. 18.

Raptus delictum eſt publicum, ibid. num. 5.

Raptus pæna, deciſ. 59. libro 2. num. 5.

Raptus de iure ciuili non dicitur delictum publicum, D. 25. lib. 2. num. 8.

Raptus delictum eſt priuatum, Deciſ. 25. lib. ſecun. num. 10. Sed contrarium vide infra, numero 18.

Raptus delictum eſt publicum, ibidem, numero 5.

Raptus pœna, Deciſione 59. lib. ſecundo numero 5.

Raptus de iure ciuili, non dicitur delictum publicum, Dec. 25. lib. ſecun. num. 8.

Raptus inter delicta atrociora, ſeu grauiora connumerari debet, Dec. 41. lib. ſecun. num. 2.

Raptus copula non ſecuta, non punitur pœna Raptus, ibidem num. 3.

Raptus tamquam ſpecies habet genus ſuprà ſe, ſcilic. vim, quæ prædicatur de Raptu, Dec. 25. lib. ſecun. num. 14.

Raptus non committitur niſi cũ vi, non ad conuincendum animũ raptæ; ſed ipſiuſmet perſonam, Dec. 40. lib. 2. nu. 3.

Raptus committitur in nolentẽ ibidem, numero 4.

Raptus genus dici poſſe etiã furtum, minus congruè dicitur, Deciſ. 25. lib. ſecun. num. 1.

In raptu vis neceſſariò requiritur, Deciſ. 17. lib. 2. num. 5.

Rapta honeſta muliere, ipſaque carnaliter cognita, non poteſt reſtitui honor, honeſtas, vel caſtitas, Dec. 25. lib. ſecũ. nu. 34.

Raptæ offenſæ tantum competit actio, Dec. 25. lib. 2. n. 12.

Raptæ mulieris voluntas non attenditur, Dec. 17. lib. 2. n. 2.

Raptor efficitur infamis, Dec. 25. lib. ſecun. num. 16.

Rationem reddere non tenetur Iudex, quare ita ſententiauit, vt teſtis cauſam ſuæ ſcientiæ reddere tenetur, Dec. 10. lib. ſecun. num. 35.

Rationem probabilem aſſignantibus & magis concludentib. teſtibus eſt credendum, Deciſ. 42. lib. ſecun. num. 28.

Rationem dicti vel depoſitionis ſuæ teſtes non reddentes, non probant. Dec. 49. lib. 2. nu. 9.

Ratione perſonæ, loci, & quantitatis, delicta aggrauantur. Dec. 25. lib. ſecun. nu. 37.

Ratione priuilegii priuilegiatus forum priuilegiantis domini qualiter ſortiri dicatur, Dec. 10. lib. ſec. num. 3.

Qui bonis mouentur rationibus illis teſtibus magis eſt credendum. Deciſione 49. lib. ſecun. numero 20.

Rationabilis conſuetudo eſſe debet, Dec. 54. lib. ſecun. num. 25.

Reales atque ac verbales citationes per iudicis veniunt præuiam authoritatem decernendæ. Dec. 10. lib. 2. num. 7.

Recens cera inducit ſuſpicionem falſitatis Dec. 4. lib. 2. nu. 10.

Recipere poteſt teſtis poſt teſtimonium munus à producente, ſicut licet iudici poſt latã ſententiã

tentiã, vel depoſitio reſpectiue poteſt dici venalis. Deciſione 49. lib. ſecun. nu. 40.
Recipit ſportulas delegatus, Deciſione 1. libro 1. numero 13.
Receptus teſtis inter certas perſonas, non facit iudicium contra alium, Deciſione 49. libro 2. num. 43.
Recognitio ſcripturæ priuatæ iudicialiter vt fiat, neceſſaria. Deciſione 41. lib. 1. num. 3.
Reconciliantur Bart. & Marſilius, Deciſ. 1. lib. 1. num. 41.
Reconciliatio Octauiani Vulpellij refutatur. Dec. 46. libro ſecundo numero 14.
Recordari poteſt teſtis vno tempore alio non, Dec. 13. libro ſecũdo numero 45.
Recuſare iudicem pars non poteſt, quæ illum in iudicem petijt. Dec. 64. librõ ſecundo numero 4.
Recuſari non poteſt tanquam ſuſpectus iudex abſque cauſa. D. 66. lib. ſecun. num. 12.
Recuſatur iudex ad cauſam affectionem habens. Dec. 64. li. ſecun. num. 9.
Recuſatur iudex inimicus. Dec. 46. lib. ſecun. num. 12.
Recuſatis Ordinarijs, recuſati intelliguntur & eorum officiales. Dec. 64. lib. 2. nu. 14.
Recuſatio Iudicis coram eodem proponi debet, aliàs nil operatur, D. 51. lib. 1. num. 2.
Recuſatio, & appellatio æquiparantur. ibid. num. 3.
Recuſatio Iudicis debet fieri per principalem, vel procuratorem legitimum. Deciſio 51. libro 1. numero 6.
Redeundi animus ad clauſtra non purgat peccatum. deciſ. 55. lib. ſecun. num. 23.
Cum Reædificatur conſecrata Eccleſia, adhuc conſecratione indiget, deciſ. 55. libro ſecundo num. 15.
Reædificans eccleſiam cum Epiſcopi conſenſu, an acquirat ius patronatus, Dec. 55. lib. ſecundo num. 14.
Referenti non creditur, niſi de relato conſtet. D. 55. libro ſecundo num. 5.
Refugium miſerorum Doctorũ quale ſit, Præfat. lib. 1. nu. 2.
Refutatur reconciliatio Octauiani Vulpellij. Dec. 46. lib. 2. num. 14.
Regreſſus quando detur ratione priuilegij, Dec. 15. libro ſecundo numero 29.
Regulari debet Iudicis arbitrium ſecundum iuris Diſpoſitionem. Dec. 59. lib. 2. num. 16.
Regula iuris trita eſt: Quod potuit noluit, & quod voluit adimplere nequiuit. dec. 11. lib. 2. nu. 11.
Regulæ medicinæ attẽduntur in cognoſcendo an vulneratus ſit ad mortem, nec ne? Deciſione 58.

ne 58. ſecundo lib. numero 18.

A Regula quod non reperitur exceptum. ſub ea remanet. D. 5. lib. 2. num. 2.

Regularis habitus gaudet priuilegio Canonis, ſi quis ſuadẽte Diabolo &c. Dec. 57. libro ſecun. numero 10.

Regularis habitus operatur vt fruatur quis priuilegio fori. D. 57. lib. 2. num. 9.

Regularis habitus delatio, inducit profeſſionem tacitam. dec. 27. lib. 2. num. 8.

Regularis profeſſio facit quem Monachum vel Monacham, dec. 57. lib. 2. num. 29.

Regularis profeſſio ante annum ſextum decimum completum non emittatur, & per annum prius ſteterit in probatione regulæ, aliàs profeſſio nulla eſt, dec. 48. lib. 2. num. 1.

Regularis die profeſſionis qua emittit, omnia eius bona cum perſona incorporantur monaſterio, deciſione 30. libro 1. numero 1.

Regularis profeſſus gaudet beneficio Canonis, quod detineri non poſſit, deciſio. 48. libro 2. num. 12.

Regularis quod profeſſionem emiſit, exemptauit perſonam ſuam, adeo vt ſæcularis in eã nullam habeat iuriſdictionẽ, [illegible] 46. libro ſecundo, [illegible]

Regularis poteſt ad ſtrictiorem religionem ſe conferre de licẽcia ſuperioris. deciſ. 33. libro 1. num. 1.

Regularis profeſſus in vna religione, & ingrediens ſtrictiorẽ, ſi ante emiſſam profeſſionem redit ad primam, redire intelligitur ex tunc, non autem ex nunc, ibid. num. 2.

Regularis apoſtata, ſordidus, & crimînoſus perdit priuilegium cap. ſi quis ſuadente diabolo, dec. 48. lib. 2. num. 6.

Regularis criminoſus in odium ſui, duos ſortitur Iudices, ibid. num. 10.

Regularis dimittendo habitum ob iuſtum timorem, non dicitur Apoſtata, dec. 19. libro 2. num. 1.

Regularis ferens habitum regularem, ſed cõopertum, non dicitur Apoſtata, nec minus excommunicatus, ibidem numero ſecundo, contrarium vide in ſequ.

Regularis ferẽs habitum Regularem coopertum, vel illum dimittendo. Apoſtata dicitur etiamſi ſit Epiſcopus, ibidem, nu. 3.

Regularis dimittens habitum vel illum coopertum ferendo, dicitur Apoſtata de tertia ſpecie, ſcilicet irregularitatis, ibidem, num. 4.

Regularis dimiſſo habitu ſuo

regulari, & ingerens ſe enormiorus, delictaque atrociora committendo, perdit priuilegium fori, deciſione 48. libro ſecundo, numero 5. & numero ſeptimo.

Regularis fornicando, quomodo ſit puniendus. deciſ. 59. libro 2. numero 12.

Regulari in cauſa Monaſterij, non plenè creditur, dec. 35. lib. 1. num. 8.

Regulares ob intereſſe Religionis tenetur accuſare Apoſtatas, Deciſione 60. libro ſecundo num. 1.

Regularium appellatione Monialis nondum profeſſa nõ venit, Deciſione 57. libro ſecun. num. 15.

Regularium ab accuſatione ſæculares repelluntur, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequantur, deciſione 51. libro 2. num. 9. & 10.

Regularium Ordinarij Iudices qui ſint, deciſione 36. libro 1. num. 1. & 3.

Reijcitur à teſtimonio inimicus D. 28. lib. 2. num. 3.

Reijciendus eſt in totum teſtis, qui pro parte falſum deponit, D. 49. lib. 2. num. 55.

Reiectis articulis primis, reiecti intelliguntur additionales, D. 4. lib. 1. num. 20.

Relapſo non denegantur Sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ, deciſione 39. libro ſecun. num. 11.

De relapſo vero, vel interpretatiuo, quis condemnari non debet, niſi de vno verò lapſu conſtiterit, deciſio. 39. libro 2. num. 18.

De relato niſi conſtet, referenti non creditur, deciſ. 55. libro 2. num. 57.

Relatio depoſitionis teſtis validæ, ad inualidam, anne probet, relinquitur arbitrio iudicis, deciſione 46. libro primo, num. 2.

Religionis vota tria ſunt, obedientia, paupertas, & continentia, quorum ſingulorum tranſgreſſio obligat ad mortale, Deciſione 35. libro ſecundo, num. 12.

Ob religionis intereſſe Regulares tenetur accuſare Apoſtatas, Deciſione 66. libro ſecun. numero 1.

Religionis ſuæ habitum non deferens religioſus, mortaliter peccat etiamſi eiectus eſſet à monaſterio, Deciſ. 35. libro 2. num. 14.

Religionis Chriſtianæ inſtituta parui faciendo, & voluntariè apoſtatare, ſapit hæreſim, dec. 66. lib. 2. num. 5.

Religioſi tenentur ad ſolutionẽ Decimarum, deciſ. 25. libro 1. numero 2.

Regilioſæ perſonæ nõ niſi coram

Iudice Eccleſiaſtico, poſſunt conueniri, Dec. 41. libro 1. numero 14.

Remiſſio peccatorum nõ conceditur niſi correcto per oris confeſſionem, cordis contritionem & operis ſatisfactionem, Dec. 35. lib. ſec. num. 21.

Remiſſionis & commiſſionis proceſſus, quæ ſit differentia, & quatenus iuriſdictionem ſapiat, Dec. 10. libro 2. nu. 14.

Renunciare poteſt Hypotheca ſua dotis mulier, potius vni quam alteri, deciſ. 43. libro ſecundo num. 1.

Renunciare quis iuri futuro non poteſt, dec. 1. libro ſecun. numero 1. Limita tamen, vt numero 2. ibidem.

Renunciare poteſt mulier pluribus, vel bonis mariti ſibi pro dotibus ſuis aſſignatis, D. 43. lib. 2. num. 2.

Renunciari iuri præſenti poteſt, dec. 1. lib. ſec. num. 3.

Renunciari poteſt defenſionibus, ibid. num. 4.

Renuncians iuri, & defenſionibus ſuis, poteſt denuo audiri, deciſ. 1. libro 2. num. 7.

Renuncians accuſationi, aut ab eadem deſiſtens vlterius non auditur, vt nec defenſionibus ſuis renuncians, non venit audiendus iterato, dec. 1. lib. 2. numero 5. Sed vide contrarium infra num. 7.

Renũcianti tacita iuris renunciatio, quando noceat, dec. 54. lib. 2. num. 11.

Renunciatio expreſſè facta in iudicio ab vna partium, Inſtrumenti antea celebrati nullam reddit intentatam actionem, Deciſio. 58. lib. 1. num. 7.

Renunciatio quando obſtare videatur mulieri, D. 43. lib. ſecundo num. 4.

Renunciatio tacita iuris, quando renuncianti noceat, dec. 54. lib. 2. num. 11.

Renunciationis vlterioris probationis effectum operari ſolet concluſio in cauſa, D. 1. libro 2. num. 18.

Reparationem admittit virgini ias mentaliter læſa criminaliter verò violata nequaquã, dec. 26. libro ſecun. num. 12.

Non repetiti teſtes parte citata, non probant, D. 53. lib. 2. nu. 7.

Repetitionis formalis vim habet teſtium confirmatio etiam ex ante obſeruantia, Dec. 13. lib. 2 num. 13.

Repræſentat delegatus delegantem. Dec. 1. lib. 1. num. 11.

Repudium fiebat antiquitus ex cauſis quibus nunc fit, thori ſeparatio. dec. 45. lib. 1. num. 5.

Requiritur cauſa cognitio in quocunq; Iudicio cum ſit de iure Diuino, & ideò ſine actus annullatione emitti nequit. d. 33. lib. 2. num. 10.

Requiruntur probationes luce meridiana clariores in criminalibus. Dec. 46. lib. 2. nu. 1.
Requiſita, vt oſculum ad effectum poſſit dici luxurioſum. d. 47. lib. 2. num. 2.
Requiſita ad probandam famã de aliquo crimine realiter admiſſo quænam ſint. dec. 13. lib. 2. num. 23.
Res Eccleſiaſticæ ſecundùm ius Canonicum iudicari debent, Dec. 58. lib. 1. nu m. 10.
Rei ſacræ imponendi ſeruitutem cauſa legitima quæ ſit. dec. 55. lib. 2. num. 37.
Rei ſacræ ſine legitima cauſa Epiſcopus ſeruitutem imponere nequit, dec. 55. lib. 2. num. 36.
Reipublicæ intereſt ne delicta remaneant impunita Dec. 15. lib. 2. num. 5. & Dec. 25. lib. 2. num. 25. & Dec. 62. libro lib. 2. num. 19.
Re integra, quomodo intelligatur. D. 49. lib. 1. num. 2.
Re prius extraiudicialiter narrata, teſtis examinatus non probat. dec. 49. libro ſecundo numero 24.
De Re ſua propria quando agitur, teſtis non probat. Dec. 53. lib. 2. num. 10.
Res in vtilitatẽ Monaſterij conuerſa vendicantur ab eo & id ipſum ad eorum ſolutionem obligatum reddunt. dec. 41. lib. 1. num. 4.
Rerum ſuarum defenſio non debet denegari, dec. 58. libro 2. num. 11.
In rebus cognoſcendis, oportet cauſas, & prima principia cognoſcere, & ab ijs exordium ſumere. Dec. 55. lib. 2. num. 3.
Reſcriptum Apoſtolicum, aliàs Ordinario directum non delegatorium. ſed excitatorium in dubio cenſetur. Deciſ. 1. libro 1. num. 1.
Reſcriptum de procedendo contra exemptos, non dicitur delegatorium, ſed excitatorium, dec. 1. lib. 1. numero 6.
Reſcripti verba debent aliquid operari. dec. 1. lib. 1. num. 19.
Reſcripti conditio intelligitur de prima approbatione, dec. 23. lib. 1. num. 6.
Reſcripti in vim, Ordinarius duplici authoritate procedere poteſt copulatiuè, dec. 1. l. 1. num. 8.
Reſcriptum Ordinario præſentatum, vti delegatus procedere poterit dec. 1. lib. 1. num. 9.
Reſeruatio Iudicis quid operetur, dec. 2. lib. 1. num 7.
Reſpectu actus immediatè præcedentis actus in continenti factus cenſetur, dec. 6. lib. ſecundo numero 2.
Reſtringenda potius, q̃ ampliãda præſcriptio odioſa, dec. 54. lib. 2. num. 34.
Reus abſoluitur actore non pro-

bante tritiſſima iuris regula, dec.15.lib.1.num.14.& D.56. lib.1.num.1.

Regulaq; hac procedit, quando vterq; æquè probauerit in paritate, & numero teſtium, ibidem, num.2.

Reus abſoluitur actore non probante, etiamſi reus aſſumpſerit onus probandi, & non probauerit, D.4.lib.1. num.30.

Reus ante quam condemnetur, debet ad faciendas ſuas defenſiones admitti, deciſ. 23. libro 2. num. 7.

Reus nõ poteſt condemnari, niſi ſit confeſſus, vel legitimè cõuictus, D.50. lib.2. num. 2.

Reus an poſſit facere eſſe delictum illud, quod non eſt, dec. 50.lib.2. num. 2.

Reus confeſſus delictum, & de eo non conſtito, non debet condemnari, D.31. lib. 2. num. 2.

Reus an conueniri poſſit in loco deſtinatæ ſolutionis, deciſ. 48. lib.1.num.1.

Reus delinquens non debet puniri in eo, in quo non deliquit, neq; vltra delictum, deciſ. 7. lib.2. num. 1.

Reus exceptiones ſuas non probando, debet abſolui, ſi Actor itidem actionem non pbauerit, D.62.lib.1. num.1.

Reus in probandis exceptionib. ſuis fit Actor, Deciſ. 5. libro 1. num 1.

Reus mentiens in vno, præſumitur in altero mentiri, dec. 13. lib.2.num. 6.

Reus niſi conuictus puniri non debet, deciſione 62. libro 2. numero 20.

Reus poſſeſſor poteſt dare obiectũ cõtra actorem ad effectum victoriam obtinendi, in foro fori D.21.lib. 1. num. 2.

Reus poteſt exceptionibus ſibi superuenientibus lite pendente, & etiãſi eſſet in cauſa criminali concluſum, ad ſui defenſionem & cautelam in iudicio uti, deciſione 1. libro 2. num. 20.

Reus potius de vulnere quam de morte debet in dubio condemnari, Deciſione 1. libro 2. num. 8.

Reus pro parte victus, & pro parte obtinens, in nihilo debet condemnari, deciſ.62. libro 1. num. 6.

Reus qualificatè confitendo, nũquam verè dici poteſt confeſſus, D.49.lib.2. num.19.

Reus ſponte confitendo, mitius eſt puniẽdus, D.46. lib. 2.n.8.

Reus recipiẽs onus in ſe probãdi, fit actor, deciſ.4.lib. 2.n.6.

Rei confeſſio ad condemnandũ eſt valida, D. 46. lib.2.nu.6.

Rei forum ſequitur actor, deciſ. 5.lib.1.num.7 & dec.32.libro 2 num.6.& dec.34. eod libro num. 6.

Rei

Rei innocentiam arguit bona vita & fama, deciſ. 50. libro 2. num. 18.

Rei negligentiam actor ſupplere non tenetur, deciſ. 2. libro 1. num. 10.

Reo confitenti non nocet confeſſio dubia, quando aliter nō appareat de delicto, dec. 46. libro 2. num. 5.

Reo ſemper fauetur in dubijs, D. 46. lib. 2. nu. 60.

Reo ne vlterius ſe defendendi via precludatur, eo fine criminali in cauſa non concluditur, D. 1. lib. 2. num. 19.

Et quid ſit in cauſa concludere, ibidem.

Reum aliquem nō facit lingua, niſi & mens concurrat, D. 34. lib. 2. num. 5.

Reo reſpondente credere ſe eſſe Apoſtatam, & excommunicatum, & debere pœnitere, & ſacramentaliter confiteri, & Euchariſtiam ſumere ſingulis annis, inquiſitor non poteſt ſe vlterius intromittere, ſed reliqua ad Ordinarium pertinent, D. 35. lib. 2. num. 28.

Pro reo ſemper interpretatur cōfeſſio dubia, D. 46. lib. 2. n. 8.

In reo dubium eſt, an variatio ſi non ſit ſuper facto non principali, an conſiderari debeat, preſertim cum modica variatio abeſſe varianti non poſſit, vide tamen infra, dec. 13. libro 2. num. 24.

Rei quando examinantur, nonnulla ſunt ſigna attendenda, & quanam illa, ibid. n. 38.

Reorum defenſiones Iudex ex officio perquirere tenetur, licèt ſui defenſionem negligat ipſe reus, Deciſione 23. libro ſecun. num. 8.

Reos conſtituendi Reuer. Guid. praxis, dec. 95. lib. 2. num. 2.

Reuelare aliquid quis non tenetur, ſi non poteſt id, quod reuelat, probare, & eſt communis, D. 51. lib. 2. num. 3.

Reuelare delinquentes quis de iure communi non tenetur, D. 51. lib. 2. num. 1.

Reuelare delinquentes in omni caſu in cauſa hereſis tenetur quilibet, nec vlla excuſatione poteſt ſe tueri, dec. 51. libro 2. num. 6.

Reuelare quis non tenetur, ſi ſecreto ab amico aliquid audiuit, ibid. num. 4.

Reuelator poteſt eſſe teſtis, & magnum facit indicium, ibid. num. 7.

Reuerentiales in forma, inter alia continent, quatenus appellatio ſit interpoſita à perſona legitima, Deciſ. 6. libro 2. num. 4.

Reuocare vt quis poſſit ſuam confeſſionem, non admittitur, niſi alleget, & probet errorem, ob quem confeſſus aſſeritur, deciſione 31. libro 2. num. 5.

Reuo-

Reuocari poſſunt quandocunq; attentata. Deciſ. 6. libro 1. numero 9.
Reuocatio Iudicis debet eidem intimari, aliàs procedendo tenet proceſſus, deciſ. 31. libro 1. num. 4.
Reuocanda veniunt in primis & ante omnia ipſa attentata, D. 25. lib. 1. num. 24.
Reuocanda veniunt ex capite attentatorum facta poſt legitimè interpoſitam appellationem, D. 6. lib. 2. num. 3.
Reuocatio fit criminalis ſententiæ, vbi de errore conſtiterit. dec. 1. lib. 2. num. 21.
Rimari omnia decet Iudicem. ideo tam in interlocutoria, q̃ diffinitiua, tum etiam in ipſo litis initio, ſeu cauſa principio, eidem de delicto conſtare debet, D. 23. lib. 2. num. 4.
Riminal. iunior præceptor fuit Authoris, Præf. lib. 1. num. 6.
Robur tribuit literis Ordinarij ipſum ſigillum, deciſ. 4. lib. 2. num. 23.
Rotæ deciſiones maioris ſunt authoritatis, quam communis Doctorum opinio de mente Io. de Imo. Præf. lib. 1. num. 4.
Rotæ deciſiones maioris ſunt authoritatis, quam communis Doctorum opinio de mẽte Andreæ Sicul. ibidem num. 5.
Rubrum facit ius, deciſ. 56. lib. 2. num. 15.
Rubrum ſicuti ipſa lex, pro lege allegatur, ibid. num. 4.
Rubrum declaratur ante nigri interpretationem, ibid. nu. 8.
Rubrum declarat dubia nigri, ibid. num. 6.
Rubrum ſi ſit contractum nigro nigrum ſeruatur, deciſ. 50. lib. 1. num. 53.
De rubro ad nigrum argumentum in iure eſt validiſſimum, dec. 56. lib. 2. num. 5.
Rubrica & titulus nomina ſynonima, ibid. num. 7.
Rubrica ſine nigro ſtare poteſt, ibid. num. 12.
Rubrica debet eſſe generalior nigro, ibid. n. 10.
Rubricæ officium quale ſit, ibid. num. 16.
A Rubrica ſemper exordium eſt ſumendum, ibid. n. 9.
Rubricæ continentur appellatione librorum, ibid. num. 5.
Rubricarum diſtinctio, ibidem, num. 14.

S.

Sacerdos, vel Clericus quilibet tam ciuiliter, quam criminaliter coram dũtaxat ſuo Iudice Ordinario conueniri debet, deciſ. 10. libro 2. num. 1.
Sacerdos poteſt aggreſſorem occidere, & ad celebrationem Miſſæ redire abſq; incurſu pœnarũ,

uarum, deciſione 58. libro 2. num.14.

Sacerdos poteſt de licentia confitentis reuelare confeſſionem. dec.3.lib.1.num.1. & quando vel quo caſu, num.3. & 4.

Sacerdotis presbyteri deflorantis virginem, pœna qua, deciſ. 63.lib.2.num.4.

An ſacerdotis confeſſarij depoſitio, ſufficienter probet? dec.3. lib.1.num.2.

Ex Sacramentorum frequentatione ſuſpicio quæcunq; tollitur, dec.50.lib.2.num.17.

Sacramentis Eccleſiæ ſeptem enumeratur matrimonium, dec.20. lib.1.num.2.

Sacri Concilij decreta Tridentini ſtatuentis certam pœnam contra non reſidentes per conſtitutiones ſynodales alterari poſſunt, D.42. lib.2. n.2.

Sacri Concilij Tridentini c.20. ſeſſ.24. de reformatione decretum, quomodo ſit intelligendum, D.66.lib.2.num.14.

Sacræ congregationis cõtra Luſitanos Habraicè viuentes, decretum, D.65.lib. 2. num.5.

Sacra loca non recipere ſeruitutem, dec.55.lib.2.num.13.

Sacrilegium committit qui furatur in Eccleſia, dec.60.libro 2.num.2.

Sacrilegium eſt diſputare de à iure prohibitis, deciſ.55. lib. 2. num.79.

Sacrilegij pœna, dec.57. lib.2.n. 12.& dec.59.lib.2.nu.1.

Sacrilegus ſuſpenſus eſt ab ingreſſu eccleſiæ, & ſacramentorum perceptione, dec. 35. lib. 2.num.10.

Sacrilegus controuertitur an ſit ipſo iure excommunicatus, dec.35.lib.2.num.10.

Idem ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ & ſacramentorum ſuſceptione, ibid.num.10.

Saluo iure impertinentium, & hac Clauſula quid inferat, D. 4.lib.1.num.24.

Saluo iure, hac clauſula in articulis appoſita, quid operetur, dec.4. lib.1.num.4.

Saluis exceptionibus examinādi ſunt teſtes contra quos excipitur, etiam in criminalibus, quando non examinantur rigorosè, D.13.lib. 2. num.9.

Sancta Tridētina Synodus mādet perſolui Decimas, dec.15. lib.1.num.4.

Sanctius eſt nocentem abſoluere, quam innocentem condemnare, dec.1.lib.2.num.14. & dec.42 lib.2.num.9.

Sanctiſſimi D.N.Papæ IIII. cōtra Luſitanos Habraicè viuētes, conſtitutio, deciſ.65.libro 1. num. 9.

Sanctiſſimi D.N. Sixti P.P. V. conſtitutio felicis record. contra illegitimos naturales, dec. 32.libro 2.num.1.

Sciri

Sciri quod non poteſt, non eſſe dicitur, Deciſione 55. libro 2. num. 49.
Scientia præſumpta idem debet operari quod certa, D. 47. lib. 1. num. 12.
Scientia ſecundæ uxoris de primo matrimonio non præſumitur, niſi probetur, dec. 47. libro 1. num. 3.
Scientia ſecundæ uxoris probata de primo matrimonio, vir liberatur ab illius petitione, ibid. num. 4.
Scriptura priuata non militat contra tertium, deciſ. 41. libro 1. num. 12.
Scriptura priuata ſcripta vel ſubſcripta à parte obligantis, etiam ſine ſubſcriptione teſtium, probat contra ſcribentem, D. 60. lib. 1. num. 7.
Scriptura priuata ſubſcripta à partibus & teſtibus, probat etiam contra tertium, ibidem, num. 8.
Scriptura priuata quibuis munita ſolemnitatibus, ex quo tamen non conficitur per publicam perſonam, nomen priuatæ ſcripturæ retinet, licèt vim publici Inſtrumenti obtineat, quaſi publicè confecta, D. 40. lib. 1. num. 9.
Scriptura cum pro forma requiritur, tunc ſubſcribens non habetur pro ſcribente, dec. 40. libro 1. num. 7.
Scriptura per comparationem non probatur, niſi probetur per teſtes, qui illam viderint ſcribere, D. 52. lib. 2. num. 19.
Scriptura ut ſit ſcripta manu alicuius, & ſic probet, oportet quod teſtes deponãt ſe præſentes fuiſſe, quando ille ſcripſit, Deciſione 52. libro ſecundo numero 13.
Scripturam manu N. fuiſſe ſcriptam ut probetur, duo requiruntur periti in iudicio ita deponentes, deciſione 52. libro 2. num. 24.
Scriptor priuatæ ſcripturæ non debet inter teſtes computari, D. 40. lib. 1. num. 7.
Secretis Sereniſſimi Domini Venetiarum laudatur Laurentius Maſſa, deciſ. 44. libro 2. nu. 8.
Sæcularis iudex ſi inchoauit proceſſum, vel protulit ſententiam contra poſtea factum Regularem, non deſinit eſſe iudex, D. 48. lib. 2. num. 13.
Sæcularis iudex præueniẽdo remanet iudex, Dec. 48. libro 2. num. 9.
Sæcularis iudex ex indultis Apoſtolicis habet authoritatem in clericos & Monachos, Dec. 48. lib. 2. num. 18.
Sæcularis index cognoſcit de falſitate corã commiſſa à perſona Eccleſiaſtica, dec. 53. lib. 2. num. 21.

Sæcularis iudicis poteſtas inſpicitur à iudice Eccleſiaſtico ad effectum licentiam concedendi clericis, vt coram ſæculari iudice examinari poſſint, Dec. 30. lib. 2. num. 8.

Sæcularis fori acta probant etiam in Eccleſiaſtico, dec. 8. lib. 2. num. 0.

Sæculari à iudice quando falſus teſtis poſſit puniri, etiam ſi ſit clericus, & quo caſu ſæcularis iudex iudicet contra clericum in criminibus, Deciſione 7. libro ſecundo, numero 4. & 5.

Sæculari à iudice nunquid clericus iudicari poſſit, etiam de falſitate quam coram ſe vt teſtis depoſuit, Dec. 8. libro 2. num. 2.

Sæculares repelluntur ab accuſatione Regularium, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequantur, deciſio. 15. libro 2. n. 9. & ſeq.

Sæcularibus iudicibus hæretici impœnitentes ſunt tradendi, vt morte puniantur, deciſ. 31. lib. 2. num. 5.

Secundus actus reuocat tacitè primum, partiũ præſertim mutuo interueniente conſenſu, D. 58. lib. 1. num. 4.

Secunda virginis definitio quænam ſit, Deciſione 26. libro 2. num. 8.

Secundum Iuris diſpoſitionem iudicis arbitrium regulari debet, D. 59. lib. 2. num. 16.

Secundum ius quod delegatus à Papa iudicare debet, eſt ius Canonicum, Dec. 44. libro 2. num. 1.

Semel admiſſus debet manuteneri, D. 12. libro 1. num. 3. fallit tamen, vt num. 4. ibid.

Semel examinatus, & reiectus, non debet vlterius examinari, D. 25. lib. 1. num. 5.

Semiplena probatio, & vltra, facit quem vehementer de hæreſi ſuſpectum, dec. 39. libro 2. numero 16.

Semper fauetur Reo in dubijs, D. 49. lib. 2. num. 62.

Semper quis debet citari, quando de ſuo agitur intereſſe, Dec. 25. lib. 1. num. 9.

Senatuſcõſulto Turpilliano iudex ex officio procedens in euentum ſuccumbentiæ tenetur ſicuti accuſator, Dec. 10. libro 2. num. 30.

Sententiarit ſic vel ſic, iudex rationem reddere non tenetur vt teſtis cauſam ſuæ ſcientiæ reddere obligatur, dec. 10. libro 2. num. 30.

Sententiare & declarare qualiter inter ſe differant, Deciſ. 16. libro 2. numero 4. & num. fin. 8.

Sententiare quatenus poſſit iudex inimicus cõtra reum inimicum, D. 10. lib. 2. num. 8.

Senten

Sententia ſi ab ea appelletur, facit tranſitum in rem iudicatã, dec.15.lib.1.num. 8.

Sententia banni eſt ſtricti iuris, & ob id non venit extendenda ad ſpecificata, immo potius reſtringenda eſt, deciſ.3.lib.2. num.12.

Sententia criminalis cõſtito de errore reuocatur, dec.1. libro 2.num.21.

Sententia extraordinariè pronunciatur, quando ex coniecturis, & præſumptionib. fertur, D.9.lib. 2. num.1.

Sententia lata à Iudice recuſato, & proceſſus ab eo factus, ipſo iure nulla ſunt, dec.51. libro 1.num.1.

Sententia matrimonialis nunquam tranſit in rem iudicatam, D.28.lib.1.num.6.

Sentẽtia thori ſeparationis, caret priuilegio cauſæ matrimonialis, ibid. num. 7.

Sententia à non ſuo Iudice lata habetur pro non lata, deciſ. 11. libro 2. num. 3.

Sententia à non ſuo Iudice lata, nulla eſt, nec exequenda venit, dec.8.lib.2. num.1.

Sententia habens tempus terminatum intelligitur perpetua, dec.11. lib. 2. num. 12.

Sententia alimentorum per appellationem non retardatur executio, deciſione 19. libro 2. num. 7.

Sententiæ nullitas ſubſequitur ex eo quod Iudex alio modo procedat quam ſibi competit, & tenetur lege Iulia Maieſtatis, dec.11.lib.2.num.9. & 10. & vide infra n.13.

Sententiam iudex ſecundum allegata & probata ferre tenetur, D.23.lib.2.num.9.

Ad ſententiam audien. requiritur citatio, alias ſententia nulla eſt, D.6.lib.1. n.3.

Ad ſententiam citatio non eſt neceſſaria quando prius pars appellauerat, deciſio.6.libro 1. num.3.

A ſentẽtia criminali ſemper datur appellatio: Idq; procedit tã in diffinitiua, quam in interlocutoria, deciſ. 1. libro ſecun. num. 22.

A ſententia diffinitiua datur appellatio, deciſione 7. libro 1. num.1.

Pro ſententia ſemper præſumitur, D.15.lib. 1.num. 9.

Separata dicitur attentatorum cauſa à cauſa principali, dec. 25.libro 1. num. 26.

Separatio cõfeſſionis eſt duplex, dec.46.lib. 2. n. 21.

Separatio confeſſionis hominis quæ dicatur, deciſio. 46. lib.2. num. 24.

Separatio confeſſionis hominis quæ ſe habet vti cauſa & effectus, diuiſibilis eſt, deciſ.46. lib.2. num. 25.

Sepa-

Separatio legis quæ dicatur, D. 46. libro 2. num. 22.
Separatio thori fit ex adulterio per alterum ex coniugibus cõmiſſo, D. 45. lib. 1. num. 1.
Separatio thori fit ob ſæuitias illatas à marito coniugi, Dec. 45. libro 1. num. 4.
Eademq; licita eſt & iuſta cauſa ſeparationis lecti coniugalis, ibid. num. eod.
Separationis thori cauſa eſt criminalis, D. 21. lib. 2. nu. 5.
Sepeliens hæreticum debet illũ proprijs manibus exhumare, D. 36. libro 2. num. 20.
Sepultura eſt quies corporis, nõ animæ, D. 36. lib. 2. num. 16.
Seruatur pro lege conſuetudo & eſt lex, D. 4. lib. 1. nu. 11.
Non ſeruatis ſeruandis facta comparatio nulla eſt. Dec. 52. lib. 2. num. 20.
Seruitutis imponendæ rei ſacræ quæ ſit cauſa, deciſ. 55. libro 2. num. 27.
Seruitutem non recipit, quod iuris humani eſſe deſinit, D. 55. libro 2. num. 8.
Seruitutem loca ſacra non recipiunt, D. 55. libro 2. nu. 13.
Seruitutem Epiſcopus rei ſacræ abſq; cauſa legitima imponere non põteſt, deciſione 55. libro 2. num. 36.
Sicut ſe habent ſpõſalia ad matrimonium, ſic habitus regularis ad profeſſionem, Dec. 57. lib. 2. nu. 28.
Sigillans ſigillo Epiſcopi defuncti, de falſo punitur, dec. 4. lib. 2. num. 22.
Sigillũ tribuit robur literis Ordinarij, ibid. num. 23.
Sigillũ Epiſcopi dicitur authenticum, & faciens fidem, videlicet ex totius orbis generali conſuetudine, etiam à Curia Romana obſeruata, ibidem, numero 24.
Sigillo alieno vtens, vti alieno, non incidit in falſum, ibidem, numero 5.
Signum vel accidens mortale apparens, ad mortem eſſe vulneratum dicitur, dec. 58. libro 2. num. 19.
Signa nonnulla attendenda, quando rei examinantur, & quænam illa, deciſ. 13. libro 2. num. 38.
Symonia quæ appelletur hæreſis, D. 5. libro 2. num. 6.
Symonia alia prohibita de iure Diuino, alia de iure poſitiuo, D. 5. libro 2. num. 7.
Symoniæ differentia quæ, ibid. numero 8.
Symonia crimen quo ad accuſationem, & inquiſitionẽ æquiparatur crimini læſæ maieſtatis, & hæreſis, ibid. n. 1. Limitatur, vt n. 3. 4. & 5.
Symoniacus dicitur, qui plus penſionis promiſit, quàm beneficium ipſum elargitur, dec. 2. libro 2. num. 1.

De ſimilibus ad ſimilia non extenditur præſcriptio, dec. 54. libro 2. num. 28.
Simplex fornicatio de iure ciuili non punitur, dec. 57. libro 2. numero 27.
Simplex diſpoſitio ſubſequens poſt diſpoſitionem prohibitiuã ſecundum illam intelligi debet, D. 7. libro 2. num. 6.
Singularis & vnicus teſtis de iure irritè deponit, & nullatenus probat, D. 10. libro 2. nu. 23. & infra n. 27.
Singularis teſtis non probat, D. 53. libro 2. num. 9.
Singulares teſtes plenè probant, quando agitur de probando aliquo toto, & vnus probat de vna parte, alter verò de alia parte, ex quibus perficitur illud totum, deciſ. 52. libro ſecũ. num. 5.
Singulares teſtes aliquam præſumptionem faciunt, deciſ. 13. libro 2. num. 46.
Singularitas teſtium, etiam diuerſificatiua, ſi tendit ad eundem rei finem, non attenditur, D. 52. libro 2. num. 4.
Singularitas non attenditur, quando agitur de grauioribus & atrocioribus delictis difficilimæ probationis, ibidem, numero 6.
Synonima ſunt titulus, & Rubrica, Deciſione 56. libro ſecũ. numero 7.
Socius criminis de ſe confeſſus contra conſocium non probat, & rationem ibi videto, D. 14. libro 2. num. 2.
Socius criminis non facit indicium ad torturam, D. 50. libro 2. num. 56.
Socius criminis nedum probat, ſed nec indicium facit ad inquirendum, deciſ. 49. libro 2. num. 56.
Socius teſtis, vel particeps criminis, repellitur à teſtimonio, D. 28. libro 2. num. 1.
Socio criminis, ac inimico capitali, non eſt credendum, D. 13. libro 2. num. 21.
Socios ſecum ducere poteſt vir pro occidenda vxore reperta in adulterio. dec. 22. libro ſecundo, num. 1.
Sodomia tã cum maſculo, quã cum fœmina committitur, D. 69. libro 2. num. 8.
Sodomiæ pœna quæ, dec. 59. libro 2. num. 2.
Sodomiæ pœna mors eſt naturalis, Deciſ. 66. libro ſecundo, numero 7.
Sodomia in crimine an ſit neceſſe vt liquido conſtet de corpore delicti, D. 13. libro ſecun. numero 30.
Sodomita ſi punitur, cinedus pariter eſt puniendus, Deciſione 57. libro ſecundo, numero 24.
Solennitas iuris requiritur in alie-

alienationi rerum Eccleſiarũ, D.29.libro 1.num. 20.
Solennitas iuris requiſita ſi omittitur, vitiatur actus, dec. 40. libro 1.num.6.
Solus inuentus cum ſola, facit vt contra eum præſumatur de delicto, D.13.libro 2.num.34.
Solo animo hæreſis perficitur, D.31.libro 2.num.4.
Sola patientia in corporalibus loco tituli habetur, Dec.54.libro 2.num.19.
Soluãtur vt decima eſt conſuetudo, D.15. libro 1. num. 3.
Solutio reſponſi Calderini in tit. de Apoſtatis, con.5. ibi, Ex factis intentionem ſumi, dec. 35. libro 2.num.4.
Sola patientia in corporalibus loco tituli habetur, D. 54. lib. 2.num. 19.
Solutio onerum coacta immunitatem conceſſam non tollit, D.15. libro 1. num. 22.
Solutionem decimarum, nequaquam poteſt adimere conſuetudo, D.61.libro 1.num.14.
Ad Solutionem decimarũ vterq;. Actor ſcilicet & Reus, tenetur, D.62. libro 1. num.7.
